


~~K.S. G. 7~~ F. 90





LIBRARY OF
THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN

PURCHASED 1923 FROM
GENEVA BOTANICAL GARDEN

Septemb' 1899 R. W. Gibson. Inv.

**DUPLICATA DE LA BIBLIOTHÈQUE
DU CONSERVATOIRE BOTANIQUE DE GENEVE
VENDU EN 1922**





ALBERTI GVILIELMI ROTHII,
MEDICINAE DOCTORIS, PHYSICI PROVIN-
CIALIS DVCATVS BREMENSIS, SOCIETA-
TIS HALENSIS NATVRAE CVRISO-
RVM SODALIS

TENTAMEN
FLORAE
GERMANICAE.

TOMVS II.

CONTINENS SYNONYMA ET ADVERSARIA AD
ILLVSTRATIONEM FLORAE GERMANICAE.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

PARS PRIOR.

Lipsiae,

in Bibliopolio I. G. Mülleriano. 1789.

. R 615

A. 2

p. 1

Multo facilius est inuenire aliquid, quod animad-
versum non fuerat in iis, quae facta sunt, et id cau-
lari atque immutare; quam ab initio omnia recte exco-
gitare et construere.

GALENVS.

VIRIS ILLVSTRIBVS

DOCTISSIMIS EXCELLENTISSIMIS ET DE SCIENTIA
BOTANICA MAXIME MERITISSIMIS.

GEORGIO CHRISTIANO
O E D E R O

MEDICINAE DOCTORI, QVONDAM PROVINCIAE NI-
DROSIENSIS IN NORVEGIA PRAEFECTO, NVNC IN DVCATV OL-
DENBVRGENSI IVDICII PROVINCIALIS OLDENBVRGEN-
SIS PRAESIDI ETC.

NEC NON

IOAN. CHRIST. DANIELI
SCHREBERO

MEDICINAE DOCTORI, SER. MARGGR. BRAND. ONOLZB.
ET CVLMB. CONSIL. AVLICO, MED. BOT. ET OECON. PROFES-
SORI PVBL. ORDIN. IN ACADEMIA ERLANGENSI, ACAD. NAT.
CVR. ET HIST. GOETTING. SOC. BOT. ET GEORG. FLO-
RENT. OECON. LIPS. ET VDIŃ. SODALI.

FAVTOIBVS ATQVE PRAECEPTORIBVS
SVIS PLVRIMVM COLENDIS

H O C C E
GERMANICAE FLORAE
TENTAMEN

IN DOCUMENTVM OBSERVANTIAE
ET PERENNIS STUDII

D I C A T

ALBERTVS GVILIELMVS ROTH.

PRAEFAMEN

PRAEFAMEN.

Tentaminis Florae Germanicae Publico alterum hic trado *Tomum*, synonyma et aduersaria ad illustrationem *prioris* continentem. Quo minus autem voluminosus euadat liber, in duas commode diuidi posse partes iudicauī, quarum prior Classes tredecim priores complectitur, sequens autem operi inponet finem cum generum et synonymorum indice.

Plures in priore Tomo praeteruisas omissasque Germaniae plantas cum synonymis suo loco inserui, Floristarum auctoritate Germanicorum nixus. Plures autem sane in amplo ditissimoque Germanico campo nondum detectae stirpes scrutatori botanico relictas manent.

In botanophilorum vsū characteres generum essentialia passim ostendere studui. Speciei cuique ejusdemque varietati Floristarum Germanicorum adscripsi synonyma, quo peregrinator botanicus locum natalem plantae specialiozem inuenire possit. Exceptis autem BAUHINIS fratribus aliisque e veterum numero auctoribus SCHEUCHZERO, LOBELIO et CAMERARIO, synonyma aliorum rei herbariae auctorum omnia plane omisi, quae in Systemate Plantarum LINNEI fusius extant enarrata.

Succinctam partium notabiliorum descriptionem differentiasque a consimilibus plantis praecipuas cuique speciei adponere non ingratum fore speravi. Quas autem mihi nondum observare contigit plantas, silentio potius transire, quam descriptiones mancas vitiosasque reddere malui.

Varietates, etiam minus notabiliores, enarraui simulque obscuritates illustrantes dubiaque tollentes quasdam adjeci Observationes.

Vbi in plantarum quarundam collocatione a systemate *Linneano* recessi, rationes meas suo loco reddidi.

Nisi pretiosis sumptuosisque botanicorum operibus carere debuisssem, perfectius meum euaderet opus. Dabam in pago *Vegeßack* ad portum d. 25to Martii 1789.

A. W. ROTH.



LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

Flor. Germ. p. I. n. I. *Salicornia herbacea.*

S. herbacea, patula, articulis apice compressis emarginato-bifidis. *Lin.* Syst. Plant. Tom. I. p. 8. *Grimm* Ufenac. in N. A. A. N. C. Tom. 3. app. p. 252. et Tom. 5. app. p. 120. *Schreb.* Spic. Fl. Lips. p. 39. *Scopoli* Carn. n. 1. *Zinn.* Goett. pag. 54.

Salicornia *Dill.* Gief. app. p. 28. *Hall.* Goett. p. 5.

Kali geniculatum maius et minus. *Buxb.* Hal. p. 173. *Rupp.* len. p. 340.

α. *Articulis apice crassioribus.*

Radix annua, fibrosa. *Caulis* erectus, herbaceus, succulentus, ramosissimus, articulatus: *articulis* superne crassioribus, apice emarginato-bifidis, submembranaceis. *Rami ramulique* oppositi. *Spicae* in ramis ramulisque terminales illisque crassiores, cylindricae, obusae, articulae. *Flores* terni in quouis articulo oppositi, sibi contigui, quorum intermedius superior. *Squama calycina* ovalis, obtusa. *Stigma* bifidum.

β. *Articulis fere cylindricis.*

Herbacea, succulenta et simillima antecedentis; at *articuli* superne minus incrassati, fere aequales, cylindrici et tenuiores.

AUG 7 1853

Variat I. A digitali ad palmarem altitudinem.

2. *Caule* basi ascendente.

3. *Ramis* oppositis, simplicibus.

4. *Spicis* semiuncialibus, uncialibus et paulo longioribus.

Observ. I. Duo stamina obseruatores quidam viderunt, at in Germania unicum tantum obseruatum est.

Observ. II. *Ioh. Bauh.* figura in hist. Plant. Tom. 3. pag. 705. n. I. II. III. ab auctoribus ad *Sal. herbaceam* relata, minus quadrat. Articuli enim brevissimi et rami aut alterni, aut fasciculati delineati sunt.

Observ. III. Amicus dilect. *Trentepohl* in *Ducatu Oldenburgico* varietatem obseruauit articulis apice integris.

Fl. Germ. p. 2. n. 2. *Salicornia virginica*.

S. herbacea, erecta, ramis simplicissimis. *Linn. Syst. Plant.* Tom. 1. pag. 9.

Observat. b. Scholler in *Suppl. Fl. Barb.* p. I. plantam suam prope *Barbi* cum *Salicornia herbacea* crescentem ob ramos indiuisos, spicam longiorem et squamas calycinas ouatas, cochlearis instar concauas, erectas, ab illa diuersam et *virginicam* esse purat. Vix autem credo, quod *Scholli* plantam specie differat a *S. herbacea*, cuius squamas calycinas in *Ducatu Oldenburgico* semper obseruauit ouales, cochleariformes, vti etiam videre licet in *Icone optima* *Celeberr. Oederi Flor. Dan. Tab. 303.* Plura ibidem occurrunt specimina ramis oppositis simplicissimis, quae caeterum perfecte similia sunt *S. herbaceae*.

Dubitat etiam *Cel. Schreberus* in *Suppl. Fl. Barb.* l. c. *Scholli* plantam a *S. herbacea* diuersam esse.

HIPPURIS.

Fl. germ. p. 2. *Hippuris vulgaris*.

H. foliis linearibus subulatis.

α. palustris foliis verticillatis patentibus.

Hippuris. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 9. Nonne Erford. p. 307. Plan. Erford. p. 39. Scop. Carn. ed. 2. n. 2.*

Equisetum palustre breuioribus foliis polyspermum. *C. Baub. pin. p. 15. Volck. Norimb. p. 151.*

Limnopleuce. *Zinn. Goett. pag. 55.*

Pinastella. *Buxb. Halens. p. 261. Dill. Gies. append. p. 168. Rupp. Jen. p. 349.*

Polygonum foemina Equiseti facie *Io. Bauh. hist. 3. Lib. 36. p. 724.*

β. fluuiatilis foliis submersis reflexis, emersis in spiram contortis.

Hippuris vulgaris α. fluuiatilis. Wigg. prim. Flor. Holfat. p. 1.

H. vulgaris. β. spiralis. Murr. prodr. Goett. p. 39.

α. palustris.

Caulis simplicissimus erectus, palmaris aut pedalis. *Folia* octo, decem et plura, linearia, subulata, plana, ad articulos verticillata, patentia, saturate viridia. *Flores* verticillati, in axillis foliorum solitarii, nudi. *Germen* ouale, glabrum, superne margine exiguo circumdatum.

β. fluuiatilis.

Caulis praealtus, vlnaris et biulnaris. *Folia* pallide vi-
rentia: *submersa* reflexa; *emersa* spirae in modum caulem
ambientia, non verticillata.

Observ. I. Vtrum *Hippuris palustris* et *fluuiatilis* pro
speciebus diuersis habendae sint, equidem non au-
deo determinare, *H. fluuiatilis* enim mihi adhuc
ignota est.

Observ. II. Ob Calycis defectum euidentioris et stamen
germini superimponum, ad classem *Gynandriam*
Hippuridem referendam esse, iudicat *Cel. Putzius*
in *Observ. Bot. Fasc. 3. p. 7.* At margo eleua-
tus exiguus, quo germen superne circumdatur,
quem Calyculum dicit *Adansonius*, calycis mu-
nere quasi fungitur. Germen itaque interum di-
ci meretur. Hinc iure meritoque ad *Monandriam*
nec ad *Gynandriam* referenda est *Hippuris*.

CLASSIS II.

D I A N D R I A.

MONOGYNIA.

* *Flores inferi, monopetali, regulares.*

LIGVSTRVM.

Fl. Germ. p. 4. *Ligustrum vulgare.*

Ligustrum. *Lim.* Syst. Plant. Tom. I. pag. 18. *Boehm.* Lips. n. 2. *Buxb.* Halens. p. 193. *Dill.* Ges. p. 94. *Grimm.* Menac. p. 253. *Hall.* Goett. p. 233. *Nonne* Erford. p. 10. *Plan.* Erford. p. 41. *Rupp.* Ien. p. 45. *Zimm.* Goett. p. 275.

L. foliis ovatis obtusis: panicula simpliciter trichotoma. *Willdenow* prodr. Berol. n. 23.

L. germanicum. *C. Bauh.* pin. p. 472. *I. Bauh.* hist. I. p. 528.

Frutex altitudine pedum sex vel octo, cortice glabro. *Folia* opposita ovato-lanceolata, breviter petiolata, integerrima, glabra. *Florum racemi* terminales, ovati, densi. *Calyx* brevissimus, interus, quadridentatus. *Corolla* infundibuliformis, quadrifida, regularis, candida. *Bacca* nigra, tetrasperma.

Variat 1. *Foliis* nonnullis alternis aut quoque ternis.

2. *Bacca* trisperma.

SYRINGA.

Fl. Germ. p. 4. *Syringa vulgaris.*

S. foliis ovato-cordatis. *Lim.* Syst. Plant. Tom. I. pag. 20. *Grimm.* Menac. p. 253. *Hall.* Goett. p. 233. *Nonne* Erford. pag. 9. *Plan.* Erford. p. 41. *Rupp.* Ien. p. 24. *Zimm.* Goett. pag. 275. *Willdenow* prodr. Berol. n. 24.

S. caerulea. *C. Bauh.* pin. p. 398. *I. Bauh.* hist. I. Lib. 8. pag. 204. *Buxb.* Halens. p. 314.

Lilac foliis cordatis. *Boehm. Lips. n. I.*

Frutex altitudine decem ad duodecim pedum et nonnunquam altior. *Folia* cordato ovata, petiolata, integerrima, glabra, alternata. *Racemi* magni, terminales. *Calyx* exiguus quadridentatus. *Corolla* caerulea feu purpurascens, infundibuliformis, quadrifida, patens. *Capſula* bivalvis, bilocularis compressa, glabra, acuminata: *valvulis* dissepimento contrariis. *Semina* compressa, marginata.

Variat 1. *Corolla* quinquefida.

2. *Floribus* albis.

Syringa maior. *Buxb. Halenf. p. 314. Rupp. Ien. p. 24.*

Lilac flore albo. *Boehm. Lips. n. I.*

** *Flores inferi, monopetali, irregulares. Fructus capsulares.*

VERONICA.

Observ. *Corollae lacinia quarta angustior* optimum sistit generis characterem. *Capſula* emarginata plerumque, obcordata.

† *Spicatae.*

Fl. Germ. p. 4. n. I. *Veronica spuria.*

V. spicis terminalibus, foliis ternis aequaliter serratis. Linn. Syft. Plant. Tom. I. p. 24.

V. foliis ternis rariter dentatis, spica rariore. Hall. Goett. pag. 234.

V. spicata angustifolia. C. Baub. pin. p. 246. Bergen. Franc. p. 80. Buxb. Halenf. p. 332.

Radix perennis. *Caulis* teres, articulatus. *Folia* angustolanceolata, vtrinque attenuata, in petiolum breuem decurrentia, internodiis longiora, plerumque terna; serraturis remotis, aequalibus. *Stipulae* nullae. *Spica* terminalis, digitalis aut palmaris, gracilis, floribus laxè dispositis. *Bractea* sub quouis pedunculo unica, lineari-lanceolata, pedunculo brevior. *Pedunculi* capillares, calyce duplo vel triplo longiores. *Calyces* respectu *Corollae* minimi, tetraphylli, aequales: *foliolis* linearibus obtusis.

Variat 1. *Foliis* oppositis binis et quaternis.

2. *Caule foliisque* hirsutis.

Observat. I. Differt a sequente I. *Foliis* angustioribus, vtrinque attenuatis, ferraturis remotis aequalibus. 2. *Pedunculis* longioribus. 3. *Bracteis* brevioribus, latioribus.

Observat. II. Equidem intelligere nequeo, quomodo *Cel. Willdenow* in prodr. Flor. Berol. no. 26. sub *Veronica maritima* dicere possit, quod *Veron. spuria* foliis gaudeat semper incisuris inaequalibus, et hinc differat a *V. maritima* foliis inaequaliter incisus seu interrupte pinnatifidis, quod mihi nunquam observare contigit, neque vllum in auctorum botanicorum scriptis mihi occurrit vestigium.

Observ. III. *Poltichii* descriptio *Ver. spuriae* palat. n. 6. minus quadrat ad nostram plantam, sed potius ad *Veron. longifoliam* pertinere mihi videtur.

Fl. Germ. p. 5. n. 2. *Veronica maritima*.

V. spicis terminalibus, foliis ternis inaequaliter ferratis. *Lim. Syst. Plant. Tom. I. p. 24.*

V. foliis ternis lanceolatis ferratis, floribus spicatis. *Boehm. Lipf. n. 95.*

V. spicata, maior recta caerulea. *Buxb. Halens. p. 332. Dill. Gies. p. 97. Volck. Norimb. p. 396.*

V. foliis ternis ovato-lanceolatis ferratis, floribus spicatis. *Hall. Goett. p. 234. Zinn. Goett. p. 277.*

V. spicata recta profunde ferrata, quam *Lysimachiam caeruleam* quidam vocant. *I. Bauh. hist. 3. p. 284.*

Lysimachia spicata caerulea. *C. Bauh. pin. p. 164.*

Radix perennis. *Caulis* sesquipedalis aut bipedalis, angulosus, tomentosus. *Folia* plerumque ternis, cordato-lanceolata acuminata, inaequaliter et argute ferrata, ad basin inciso-dentata, subtus tomentosa. *Petiolis* quatuor s. quinque lineas longi, tomentosi, canaliculati. *Stipulae* lineares. *Spicae* terminales densae. *Bractaeae* solitariae, capillares, hirsutae, pedunculis longiores. *Pedunculi* longitudine calycis, tenues. *Calyx* inaequalis, tetraphyllus: *foliis* duobus linearibus longioribus; duobus brevioribus, latioribus, bifidis.

Variat Foliis oppositis binis et quaternis.

Observat. I. *Cel. Willdenow* in prodr. Flor. Berol. n. 26.

contendit, quod folia interdum sint aequaliter ferrata. Hoc autem valet tantum de parte superiore foliorum, cum infra medium semper obseruentur inaequaliter ferrata et ad basin inciso-dentata.

Obseruat. II. Ob calycis foliola duo breuiora bifida, calyx primo intuitu sexfidus apparet.

Flor. Germ. p. 5. n. 3. *Veronica longifolia.*

V. spicis terminalibus, foliis oppositis lanceolatis ferratis acuminatis. *Lin.* Syst. Plant. Tom. I. p. 25.

V. spicata latifolia. *C. Bauh.* pin. p. 246. *Bergen Franc.* p. 80. *Rupp.* Ien. p. 245. *Volckam.* Norimb. p. 396.

V. maior latifolia, foliis splendentibus et non splendentibus. *J. Bauh.* hist. 3. p. 283.

Radix perennis. *Caulis* erectus, teres, hirsutus quidem sed minus tomentosus, superne ramosus. *Folia* opposita, lato-lanceolata in petiolum decurrentia. inaequaliter et argute ferrata, acuminata: *suprema* alterna. *Spicae* speciosae, terminales semipedales et non raro longiores, floribus dense dispositis. *Bractae* lineari-lanceolatae, longitudine fere floris. *Pedunculi* calyce breuiores. *Calyx* inequalis, tetraphyllus: *foliis* lanceolatis, integerrimis: *duobus* duplo breuioribus.

Variat *ferraturis* foliorum subaequalibus.

Obseruat. I. Differt ab antecedente, cui similis I. *Foliis* vtrinque attenuatis, in petiolum decurrentibus: nec cordato-lanceolatis. 2. *Spicis* maioribus, densioribus. 3. *Pedunculis* breuioribus. 4. Partibus floris et fructus duplo fere maioribus. 5. *Calycis foliolis* omnibus integris: nec duobus minoribus bifidis.

Obseruat. II. Si numerum foliorum ternarium excipias, quem *Pollichius* in *Veronica* sua *spuria* subintelligere videtur, optime descriptio respondet *Ver. longifoliae*.

Obseruat. III. Ternarius foliorum numerus valde variabilis non valet ad differentias specificas *Veronicarum*. Hinc *Linnei* differentiae specificae erant mutandae.

Flor. Germ. p. 5. n. 4. *Veronica spicata.*

V. spica terminali, foliis oppositis crenatis obtusis, caule erecto tomentoso. *Lin.* Syst. Plant. Tom. I. p. 25. *Gmel.* Tu-

bing. p. 6. *Leers* Herborn. n. 6. *Murr.* prodr. Goett. pag. 39. *Nonne* Erford. p. 46. n. 1. *Plan.* Erford. p. 41. *Reich.* Flor. Moeno. Francof. n. 6. *Scholl.* Barb. n. 8. *Willdenow* prodr. Berol. n. 27.

V. caule simplici nudo spicato, foliis oppositis scabris ovatis dentatis. *Hall.* Goett. p. 234. *Zimm.* Goett. p. 278.

V. foliis obtusis, caule non ramoso, spica nuda terminato. *Boehm.* Lipf. n. 96.

V. spicata minor. *C. Bauh.* pin. p. 247. *Bergen* Francof. p. 80. *Johren.* Hod. bot. p. 26.

V. angustifolia montana spicata minor. *Rupp.* Ien. p. 246.

V. angustifolia recta minima. *Buxb.* Halens. p. 332.

V. spicata, foliis *Veronicae officinarum.* *Dill.* Gief. p. 161.

V. spicata recta minor *Io. Baub.* hist. 3. p. 282.

Radix perennis. *Caulis* basi decumbens. ascendens, teres, hirsutus, simplex, a palmari ad sesquipedalem altitudinem. *Folia* opposita, lanceolata, obtusa, utrinque attenuata, obtuse ferrata, petiolata: superiora alterna, subsessilia, angustiora. *Spica* terminalis, solitaria, densa.

β. caule ramoso, spicis pluribus.

Veronica spicata maior angustifolia. *Io. Baub.* hist. 3. p. 284.

Variat caule foliisque minus hirsutis.

Observat. Celeberrimus *Scopoli* in Flor. Carn. ed. 2. n. 16. hanc plantam coniunxit cum *Ver. longifolia*, licet toto coelo inter se differant. Convenit quidem *V. spicata* cum *V. longifolia* foliis oppositis utrinque attenuatis et in petiolum decurrentibus: at differt etiam ab illa 1. *Caule* ascendente, multo minore. 2. *Foliis* minoribus, ellipticis, obtusis, ferraturis aequalibus, remotioribus, obtusis. 3. *Spica* brevior, densiore.

Flor. Germ. p. 5. n. 5. *Veronica hybrida.*

V. spicis terminalibus, foliis oppositis obtuse ferratis scabris, caule erecto. *Lin.* Syst. Plant. T. 1. p. 26.

Raram hanc Germaniae plantam anno 1776. semel observavi prope *Halam Saxonum* (in der Heide) cuius descriptionem tradam.

Caulis simplex, fere sesquipedalis, teres, hirsutus. *Folia* omnia opposita, scabra, breviter petiolata: *inferiora* subcordata, ovato-lanceolata, obtusa, serraturis grossis, obtusis, subduplicatis; *suprema* minima, lanceolata, aequaliter serrata. *Petiolii* lati crassi, canaliculati, vix lineae longitudinem aequantes. *Spica* terminalis, *Ver. spuriae* fililis, fere digitalis, laxa. *Bractee* minimae, obtusae, hirsutae. *Pedunculi* calyce triplo vel quadruplo longiores, filiformes, hirsuti. *Calyx* tetraphyllus, exiguus, aequalis: *foliis* lanceolatis, obtusis.

Flor. Germ. p. 5. n. 6. *Veronica officinalis*.

V. spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis, caule procumbente. *Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 26. Boehm. Lips. n. 89. Doerr. Nass. n. 305. Gmelin Tubing. p. 2. Grimm. Henac. p. 253. Murr. prodr. Goett. p. 39. Nonne Erford. p. 46. Plan. Erford. p. 41. Scholl. Barb. n. 9. Scop. Carn. ed. 2. n. 21. Weig. Pom. n. 7. Wilke Gryph. n. 6.*

V. foliis siccis ovatis ferratis, caule procumbente ex alis racemosa. *Hall. Goett. p. 234.*

V. spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis scabris ovatis, caule procumbente. *Zinn. Goett. p. 278.*

V. mas supina et vulgatissima. *C. Bauh. pin. p. 246. Bergen Franc. p. 77. Buxb. Halens. p. 331. Dill. Gies. p. 83. Volck. Norimb. p. 397.*

V. officinarum. *Rupp. Ien. p. 244.*

Radix repens, perennis. *Caulis* palmaris, pedalis, repens et non raro radicans, deinum adicendens. *Folia* opposita, ovata, obtusa, serrata, scabra, in petiolum brevem desinentia. *Spicae* ex alis foliorum laxae. *Flores* pallide caerulei.

Variat 1. *Flore pleno. Reichard Fl. Moeno-Franc. n. 7. β.*
2. *Floribus candidis.*

Veronica mas supina et vulgatissima flore candido. Bergen Francof. p. 77.

†† *Racemosae.*

Flor. Germ. p. 6. n. 7. *Veronica serpyllifolia.*

V. racemo terminali subspicato, foliis ovatis glabris crenatis. *Linn. Syst. Plant. T. 1. pag. 29. Doerr. Nass. n. 305. Gmelin Tubing. p. 3. Grimm Henac. p. 253. Leers Herborn. n. 8. Murr. prodr. Goett. p. 39. Nonne Erford. p. 46. Plan. Er-*

ford. p. 42. *Reich.* Flor. Moeno-Francof. n. 8. *Scholl.* Barb. n. 10. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 10. *Weig.* Fl. Pom. n. 8. *Wilke.* Fl. Gryph. n. 7.

V. floribus solitariis, foliis ovatis glabris crenatis. *Boehm.* Lipf. n. 90.

V. pratensis serpyllifolia. *C. Bauh.* pin. p. 247. *Bergem* Franc. p. 79. *Buxb.* Halenf. p. 332. *Dill.* Gief. p. 53. *Rupp.* len. p. 246. *Volck.* Norimb. p. 397.

V. foliis glabris ovatis, floribus rarius spicatis, sessilibus. *Hall.* Goett. p. 236. *Zinn.* Goett. p. 278.

β. *Foliis maioribus rotundis.*

V. pratensis serpyllifolia verna, repens Nummulariae folio. *Wigg.* prim. Flor. Hoff. p. 3. n. 10. β.

V. repens Nummulariae folio. *Buxb.* Halenf. p. 336. *Dill.* Gief. p. 173. append. p. 67.

V. montana annua nondum descripta. *Rupp.* len. p. 245.

Caules procumbentes non raro radicantes, ramosissimi: *floriferi* adscendentes, erecti, digitales. *Folia* opposita, ovata, obtusa, glabra, breviter petiolata: *floralia inferiora* subcrenata; *superiora* integerrima. *Flores* pedunculati, racemosi: *inferiores* remotiores; *superiores* densiores. *Calyx* subaequalis, glaber. *Corollae* lacinia infima angustissima, alba; superior caerulea; laterales pallidiores. *Faux* flava. *Antherae* caeruleae. *Stigma* capitatum. *Capsula* glabra polysperma. *Semina* exigua, umbilicata.

β. Differt tantum magnitudine, palmaris enim et non raro fere pedalis, foliis maioribus et rotundioribus.

Habitat in locis umbrosis.

Flor Germ. p. 6. n. 8. *Veronica Beccabunga.*

V. racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 30. *Boehm.* Lipf. n. 85. *Doerr.* Nass. n. 305. *Gmel.* Tub. p. 3. *Nonne* Erford. p. 47. *Plan.* Erford. p. 42. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 11. *Weig.* Fl. Pom. n. 10. *Wilke* Flor. Gryph. n. 8. *Zinn.* Goett. p. 279.

V. aquatica major, folio subrotundo. *Berg.* Franc. p. 79. n. 9. *Buxb.* Halenf. p. 334. *Dill.* Gief. p. 76.

V. aquatica, foliis ovatis ex alis racemosa. *Hall.* Goett. p. 235. Becca-

Beccabunga Rivini et officinarum. *Rupp.* Ien. p. 247.
Volck. Norimb. p. 58.

Anagallis aquatica major, folio subrotundo. *C. Bauh.*
pin. p. 252.

β. minor.

V. aquatica minor folio subrotundo. *Buxb.* Halensf. p. 334.
Dill. Gief. p. 76.

V. aquatica major folio oblongo. *Bergen* Francof. p. 79.
n. 10.

Beccabunga minor. *Boehm.* Lipsf. n. 85. var. *Volck.* No-
rinb. p. 58.

Beccabunga minor. *Rupp.* Ien. p. 247.

Anagallis aquatica minor folio subrotundo. *C. Bauh.* pin.
p. 252.

Tota planta glaberrima. *Caulis* articulatus, teres, repens,
radicans.

Folia carnosa, exsubrotundo - ovata, obtusa, crenata,
petiolata. *Flores* caerulei venis saturationibus picti.

β. Differt tantummodo magnitudine a loco natali minus fer-
tili oriunda.

Variat *Foliis* integerrimis.

Veronica aquatica perennis latifolia, minor, subrotunda,
non crenata. *Buxb.* Halensf. p. 334.

Anagallis aquatica folio rotundo non crenato. *C. Bauh.*
pin. p. 252.

Flor. Germ. p. 6. n. 9. *Veronica Anagallis.*

V. racemis lateralibus, foliis lanceolatis serratis, caule ere-
cto. *Linn.* Syst. Plant. T. I. pag. 30. *Boehm.* Lipsf. n. 84.
Doerr. Nass. n. 305. *Grimm* Ifenac. p. 253. *Nonne* Erford. p.
46. n. 5. *Plan.* Erford. p. 42. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 12. *Weig.*
Fl. Pom. n. 10. *Wilke* Flor. Gryph. n. 9. *Zinn* Goett. p. 279.

V. aquatica, foliis ovato - acuminatis ex alis racemosa,
Hall. Goett. p. 236.

V. aquatica major, folio oblongo. *Berg.* Franc. p. 79. n.
II. *Buxb.* Halensf. p. 334. *Dill.* Gief. p. 84.

Becca-

Beccabunga folio oblongo major. *Rupp.* Ien. p. 246. *Volckan.* Norimb. p. 58.

Anagallis aquatica major folio oblongo *C. Bauh.* pin. p. 252. *I. Bauh.* hist. 3. p. 780.

Radix repens. *Caulis* erectus, glaber, angulosus. *Folia* glabra: inferiora ovata obtusa; superiora lanceolata, acuminata, sessilia. *Racemi* alares, multiflori. *Flores* purpurascetes. *Semina* minuta, umbilicata.

β. *Racemo* unico, *foliis* lanceolatis crenatis. *Willdenow* prodr. Berol. n. 31. β.

Caulis vix digitalis, glaber, superne parum ramosus. *Folia* lineari-lanceolata, obsolete crenata. *Racemus* unicus, quadriflorus. *Corolla* albida, apicibus rubicundis.

Habitat in turfosis inundatis prope *Berolinum*.

Nonne ejusdem Varietatis Synonyma?

Veronica aquatica minor folio oblongo. *Berg.* Franc. 1. c. n. 12. *Buxb.* Halens. p. 334. *Dill.* Gies. p. 84.

Beccabunga minor. *Rupp.* Ien. p. 246.

Beccabunga minor folio oblongo. *Volck.* Norimb. p. 58.

Anagallis aquatica minor folio oblongo. *C. Bauh.* pin. 1. c. *I. Bauh.* hist. 1. c.

Flor. Germ. p. 6. n. 10. *Veronica scutellata*.

V. racemis lateralibus alternis, pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis. *Lin.* Syst. Plant T. 1. p. 30. *Boehm.* Lips. n. 86. *Gmel.* Tubing. p. 331. *Grimm* Menac. p. 253. *Nonne* Erford p. 47. *Plan.* Erford. p. 42. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 22. *Weig.* Flor. Pom. n. 11. *Wilke* Fl. Gryph. n. 10. *Zinn* Goett. p. 279.

V. floribus racemosis lateralibus, foliis linearibus integerrimis. *Boehm.* Lips. n. 86.

V. angustifolia scutellata. *Buxb.* Halens. p. 333. *Rupp.* Ien. p. 244.

V. palustris angustifolia. *Dill.* Gies. p. 76.

V. aquatica, foliis linearibus rariter dentatis. *Hall.* Goett. p. 236.

Anagallis aquatica angustifolia et scutellata. *C. Bauh.* pin. p. 252. *Io. Bauh.* hist. 3. p. 791.

Radix repens, stolonifera. *Caulis* adscendens, teres, glaber. *Folia* opposita, glabra, connato-fessilia, lineari-lanceolata, primo intuitu integerrima, attamen tenuissime dentata: *dentibus* remotis. *Racemi* laxi, divaricati: *pedicellis* longis capillaribus; *fructiferis* decurvis. *Corolla* alba venis purpurascens: *lobis* picta. *Capsula* arbulata, emarginata glabra.

β. *Foliis ovato-lanceolatis.*

Hujus varietatis mentionem fecerunt *Hall.* Goett. l. c. et *Wigg.* prim. Flor. Holf. p. 3. quam autem obleruare mihi non licuit.

Observat. Differt a *Ver. Anagallide.* 1. *Habitu* toto minore, tenuiore. 2. *Foliis* linearibus et lineari-lanceolatis. 3. *Racemis* laxis paucifloris. 4. *Pedicellis* longioribus, capillaribus: *fructiferis* deflexis.

Fl. Germ. p. 7. n. II. *Veronica Teucrium.*

V. racemis lateralibus longissimis, *foliis* ovatis rugosis dentatis obtusiusculis, *caulibus* procumbentibus, *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 31. *Beitraege zur Botanik Th.* 2. p. 136. *Nonne* Erford. p. 48. n. 7. 8. *Plan.* Erford. p. 42. *Scholl.* Suppl. Flor. Barb. p. 353.

V. supina facie *Teucrii pratensis.* *Berg.* Franc. p. 78. n. 4.

V. montana. *Rupp.* Ien. p. 244.

V. foliis imis cordatis, superioribus angustioribus ellipticis ex alis racemosa. *Hall.* Goett. p. 235. *Boehm.* Lipf. n. 87. *Zinn.* Goett. p. 278.

V. spuria facie *Teucrii pratensis.* *Buxb.* Halenf. p. 331.

Chamaedrys spuria angustifolia. *Io. Bauh.* hist. 3. p. 285.

Chamaedrys spuria major angustifolia. *C. Bauh.* pin. p. 248.

β. *major*, caule adscendente, *foliis* profundius ferratis.

V. frutescens altera. *Volck.* Norimb. p. 297.

Teucrium quartum Clusii. *Leyff.* Halenf. n. 13. β.

Chamaedrys spuria major altera frutescens. *C. Bauh.* pin. p. 248.

Radix perennis. *Caulis* basi prostratus, teres, vndique hirsutus, firmus. *Folia* opposita, sessilia, cordato-lanceolata, dentata. *Racemi* oppositi, laterales, densi, multiflori. *Pedicelli* breues. *Calyx* pentaphyllus: *lacinia* vnica minima. *Corolla* caerulea, fauce albida, villis clausa.

β. Differt *caulibus* adscendentibus. *Foliis* latioribus, subcordatis, amplexicaulibus, profundius serratis, interdum laciniatis. *Floribus* maioribus speciosis, saturatius caeruleis. Leyff. l. c.

Obferuat. Hallerus l. c. Varietatem obferuauit *Corolla* sexpartita, *Staminibus* tribus et *Stylis* duobus.

Flor. Germ. p. 7. n. 12. *Veronica prostrata*.

V. racemis lateralibus, foliis oblongo-ouatis serratis, caulibus prostratis. Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 32. Beitrage zur Botanic Th. 2. p. 136. Moench Hass. n. 11. Tab. 1.

V. spicata terrestris perennis minor angustifolia et procumbens. Buxb. Halens. p. 331.

V. montana angustifolia minor. Rupp. Ien. p. 244.

Chamaedrys incana spuria minor angustifolia. C. Bauh. pin. p. 249. prodr. 117. Io. Bauh. hist. 3. p. 287.

Radix perennis. *Caulis* procumbens, demum adscendens, debilis, teres, vndique villosus. *Folia* opposita, dura, serrata, scabra: *inferiora* ouata, obtusa, breuiter petiolata; *superiora* angustiora, lineari-lanceolata, subsessilia. *Racemi* axillares, longi, multiflori. *Calyx* quinquefidus, inaequalis: *laciniis* duabus reliquis duplo maioribus, longitudine pedicelli. *Corolla* pallide caerulea; *laciniis* acuminatis.

Variat 1. *Floribus* carneis

2. *Floribus* albis.

Veronica spicata procumbens flore albo. Buxb. Halens. p. 332.

Obferuat. 1. Similis *Veron. Teucrio*, at differt 1. *Caule* decumbente, debili. 2. *Foliis* non tam profunde serratis, atque superioribus angustioribus, lineari-lanceolatis. 3. *Laciniis Calycis* duabus maximis, lineari-lanceolatis, *tribus* breuissimis linearibus.

Obseru. II.

Obferu. II. Moench Haff. n. II. Calycis laciniis dicit aequalles et in Tab. I. vbi bonam nobis dedit Iconem *V. prostratae*, calycem feorfim quinquefidum, aequalem delineari curauit. At in omnibus hujus plantae fpeciminibus, a me vifis, nunquam obferuare potui calycem aequalem, fed femper inaequalem, cum quo confentit etiam *Linneus*.

Flor. Germ. p. 7. n. 13. *Veronica montana*.

V. racemis lateralibus paucifloris, calycibus hirsutis, foliis ouatis rugofis crenatis petiolatis, caule debili. Linn. Syst. Plant. T. I. p. 32. Zinn. Goett. p. 279.

V. fupina Teucree folio. Dill. Gief. p. 92. Rupp. Ien. p. 244.

V. procumbens. Hall. Goett. p. 235.

Chamaedrys spuriae affinis rotundifolia scutellata. C. Bauh. pin. p. 249.

*Radix repens, perennis. Tota planta exceptis Corollis et ftaminibus hirsuta. Cardis repens, radicans, dein procumbens et demum adfcendens, teres, vndique villofiffimus. Folia oppofita, hirsuta, crenata, fubtus purpurafcentia, obtufa, in petiolum definentia: inferiora minora, fere subrotunda; fuperiora fenfim majora, ex rotundo - ouata. Petioli longitudine foliorum, villofi, fuperne fulecati. Racemi axillares, alterni, filiformes, pauciflori: pedicellis remotis capillaribus, bractea lanceolato - ouata multo, longioribus. Calyx quadrifidus, fubaequalis: laciniis oualibus obtufis. Corolla pallide caerulea, calyce duplo major. Antherae albo - violaceae. Capsula magna, nitida, compressa, fuborbiculata, bafi et fuperne emarginata (vt in *Bifcutella*) decaferma: margine acuto, ciliato.*

Variat *Corolla* quinquepartita.

Obferu. I. Calyx post florefcentiam ad magnitudinem fere Capsulae accrefcit, hinc *Pollichius* palat. n. 14. forfitan calycem corolla longiorem putauit.

Obferu. II. Leers Herborn n. 13. Caulem dicit diftiche pilofum, quod autem nunquam obferuatur, fed Caulis circum circa villofus. Forfitan e ficco fpecimine defcriptionem defumpfit, vbi ob compressionem caulis lateribus oppofitis villofiffimus apparet.

Fl. Germ. p. 7. n. 14. *Veronica Chamaedrys*.

V. racemis lateralibus. foliis ovatis sessilibus rugosis dentatis, caule bifariam piloso. Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 33. Beitraege zur Bot. Th. 2. p. 144. Doerr. Nass. n. 305. Grimm. Menac. p. 254. Weig. Fl. Pom. n. 12. Wilke Fl. Gryph. n. 11.

V. minor, foliis imis rotundioribus. Bergen Francof. p. 78. n. 3. Buxb. Halens. p. 331. Volck. Norimb. p. 396.

V. pratensis latifolia. Dill. Gies. p. 53. Rupp. Ien. p. 244.

V. foliis cordatis superioribus majoribus ex alis racemosa. Hall. Goett. p. 235. Boehm. Lips. n. 88. Zimm. Goett. p. 278.

Chamaedrys spuria minor rotundifolia. C. Bauh. pin. p. 249.

Chamaedrys spuria latifolia. Io. Bauh. hist. 3. p. 286. fig. bona.

Radix perennis, repens. *Caulis* basi procumbens, tunc erectus, teres, duriusculus: *lateribus* duobus oppositis glabris; alteris duobus pilis candidis, incurvis, densis obfritis. *Folia* superne glabra, rugosa, subtus pilosa, opposita, incisoferrata: *inferiora* minora, ovata, breuiter petiolata: *superiora* majora subsessilia, cordata, ovato-oblonga. *Racemi* oppositi axillares, laxi, multiflori; *pedicellis* capillaribus, bracteis lanceolatis longioribus. *Calyx* quadrifidus: *laciniis* subaequalibus, lanceolato-acuminatis. *Corolla* pulcherrime caerulea. *Capsula* obcordata, compressa, margine ciliata.

Variat 1. *Racemo* vno alteroue, aut alterno, aut gemino.

2. *Calycibus* quinquefidis.

3. *Corollis* albis.

4. Quoad magnitudinem a digitali ad palmarem et fere pedalem altitudinem.

Observat. Cel. Scopoli in Flor. Carn. ed. 2. n. 14. sub nomine *Veron. Chamaedrys V. montanam* cum hac coniunxit. Differt autem *V. Chamaedrys* a *V. montana* 1. *Caule* duriusculo erecto, lateribus duobus oppositis pilosis duobus glabris: nec repente, radicante, debili circum circa villosa. 2. *Foliis inferioribus* breuiter tantum petiolatis; *superioribus* sessilibus, fere amplexicaulis, inciso-ferratis: nec crenata, omnia

omnia in petiolum longum desinentia. 3. *Racemis* oppositis, multifloris: nec alternis, paucifloris. 4. *Laciniis* calycis lanceolato-acuminatis: nec ovalibus, obtusis. 5. *Capsula* minore, exacte obcordata: nec magna, suborbiculata, basi et superne emarginata.

Flor. Germ. p. 8. n. 15. *Veronica latifolia*.

V. racemis lateralibus, foliis cordatis rugosis dentatis, caule fricto. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 35. Scop. Carn. ed. 2. n. 13. Retz. Obs. bot. Fasc. I. p. 9. n. 5. β.*

V. Pseudochamaedrys. *Jacq. Flor. austr. Tab. 60.*

Chamaedrys spuria major latifolia. *C. Bauh. pin. p. 248.*

Chamaedrys falsa maxima: an Teucrium primum siue maius panonicum Clusii? *I. Bauh. hist. 3. p. 286.*

Radix lignosa. *Caulis* erectus, teres, frictus, hirsutus. *Folia* opposita hirsuta, sessilia, semiamplexicaulia, inaequaliter ferrata, sub lanceolata, obtusiuscula. *Racemi* laterales, longissimi, nutantes. *Calyx* pentaphyllus: *foliolis* inaequalibus lanceolatis: quinto minimo lineari. *Corolla* laete violacea.

Obseru. I. *Cel. Scopoli* l. c. plantam suam ita describit: *Folia* dentata sessilia. *Pedunculi fructiferi* ita denique inflexi, ut emarginatura capsulae scapum respiciat. *Calyx* parvus, linea paulo longior. *Corolla* rosea et alba, villosiuscula, saturatioribus lineolis variegata; fauce radiata lineis kermesinis. *Antherae* flavo polline plenas. *Capsula* villis ciliata, compressa.

Obseru. II. Sub *Veron. latifolia* *Linn.* duas diuersas plantas latere videtur, quas autem obseruare mihi non contigit. *Priorem* foliis latioribus, describit *Ill. Retz.* l. c. n. 5. α; *posterior* autem, foliis angustioribus, in *Germania*, quamuis rarius, occurrit.

Obseru. III. *Veronicam* suam *Pseudochamaedryn* *Ill. Jacq.* ipse in Litteris pro *Veron. latifolia* habet, teste *Cel. Murrayo* *Syst. Veget. ed. XIV. p. 60.*

+++ *Floribus lateralibus solitariis.*

Flor. Germ. p. 8. n. 16. *Veronica agrestis*.

V. floribus solitariis, foliis cordatis incisus pedunculo brevioribus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 35. Boehm. Lips. n. 91. Flor. Germ. Vol. II. T. I. B Dör-*

Dörrien Nass. n. 30. *Grimm*. Isenac. p. 254. *Nonne* Erford. p. 48. n. 9. *Plan.* Erford. p. 42. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 23. *Weig.* Fl. Pom. n. 13. *Zinn.* Goett. p. 279.

V. flosculis oblongis pediculis insidentibus *Chamaedrys* folio. *Berg.* Fl. Francof. p. 79. *Volk.* Norimb. p. 397.

V. foliis cordatis crenatis, floribus solitariis pedunculatis. *Hall.* Goett. p. 236.

V. foliis *Chamaedrys*. *Buxb.* Halens. p. 333. *Dill.* Gies. p. 40. *Rupp.* Jen. p. 245.

Aline *Chamaedryfolia*, flosculis pediculis insidentibus. *C. Bauh.* pin. p. 250.

Aline ferrato folio glabro. *I. Bauh.* hist. 3. p. 366. fig. bona.

Radix fibrosa, annua. *Caulis* decumbens, teres, tener, ramosissimus, hirsutus. *Folia* cordato-ouata, aut subrotunda, obtusa, rugosa, crenata, pubescentia, petiolata: petiolis longitudine fere folii: inferiora opposita; floralia alterna. *Pedunculi* filiformes, axillares, solitarii, foliis longiores, floriferi erecti, fructiferi deflexi. *Calyx* tetraphyllus: foliolis ovalibus, ciliatis, tricoctatis; floriferis inaequalibus, duobus duplo fere minoribus; fructiferis aequalibus. *Corolla* pallide caerulea, venis saturatioribus pulcherrime picta. *Antherae* caeruleae. *Capsula* calyce paulo minor, emarginata, turgidiuscula, scabra.

Variat I. *Flore* candido, toto caeruleo et laciniis tribus albicantibus, quarta caerulea.

2. *Foliis* cordato-ouatis et cordato-subrotundis: crenatis et profundius incisif.

3. Quoad magnitudinem a digitali ad palmarem immo ad pedalem nonnunquam longitudinem et tunc partibus omnibus maioribus.

Obseru. I. *Cel. Wiggers* in primitiis *Florae* *Holsatiae*, p. 4. *Folia* pedunculis saepe longiora esse asserit, quod e quidem nunquam obseruare potui.

Obseru. II. *Plurimi* auctores botanici calycem dicunt aequalem. At hoc valet tantummodo de calyce fructifero, nam calyx floris semper inaequalis obseruatur.

Obseru. III. *Cel. Hoffmann* in *Obs. bot.* tp. 6. *Capsulam* puluere nigricante deusto non raro repletam inuenit.

Flor. Germ. p. 8. n. 17. *Veronica arvensis*.

V. floribus solitariis, foliis cordatis incisus pedunculo longioribus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 36. Dörr. Nass. n. 305. Grimm. Ilen. p. 254. Nonne Erford. p. 49. n. 10. Plan. Erford. p. 43. Scop. Carn. ed. 2. n. 18. Weig. Fl. Pom. n. 14. Wilcke Fl. Gryph. n. 12.*

V. flosculis cauliculis adhaerentibus. *Buxb. Halens. p. 333. Dill. Gies. p. 53. Rupp. Ien. p. 245.*

V. foliis subrotundis crenatis hirsutis, petiolis calyce brevioribus. *Hall. Goett. p. 236. Boehm. Lipf. n. 94. Zinn. Goett. pag. 279.*

Alfne *Veronicae* foliis, flosculis cauliculis adhaerentibus. *C. Bauh. pin. p. 250.*

Alfne ferrato folio hirsutiore, floribus et loculis cauliculis adhaerentibus. *I. Bauh. hist. 3. p. 364. fig. opt.*

Radix fibrosa, annua. *Caulis* basi procumbens, tunc ascendens, erectus, ramosissimus, teres. hirsutus. *Folia* utrinque piloso-scabra: *radicalia* opposita, petiolata, cordato-subrotunda, laeviter crenata; *caulina inferiora* maxima, opposita, breviter petiolata et sessilia, cordato-ovata, obtusa, crenata; *floralia* alterna, sessilia, scaberrima. flore et fructu longiora: *inferiora* ovato-lanceolata, versus basin praecipue breviter crenata; *superiora* lanceolata et lineari-lanceolata, integerrima. *Pedunculi* axillares, brevissimi, vix lineam longi, calyce triplo fere brevioribus. *Calyx* tetraphyllus, floris et fructus inaequalis: *foliolis* lanceolatis, villosis. *Corolla* calyce minor, fugax, albidâ, venis caeruleis picta. *Capsula* obcordata, compressa, emarginata, glabra, nitida, margine ciliata, calyce paulo minor.

Variat 1. Ab vnciali ad digitalem, palmarem et semipedalem altitudinem.

2. *Foliis* caulinis remotis et approximatis.

3. *Caule* simplicissimo, basi tantum ramoso et ramosissimo.

4. *Floribus* remotis et approximatis, imbricatis et quasi racemosis.

5. *Corollis* pallide caeruleis et candidis.

Obferu. Differt haec planta ab antecedente *V. agresti*, cum qua facillime confunditur:

1. *Caule* basi tantum procumbente, tunc erecto: nec toto decumbente.

2. *Folii floralibus* sessilibus, ovato-lanceolatis, lanceolatis et lineari-lanceolatis flore et fructu longioribus: nec petiolatis, cordato-ovatis, pedunculo brevioribus.
 3. *Pedunculis* brevissimis, vix linearibus: nec longis, semiuncialibus. 4. *Calycis foliolis* lanceolatis, floris et fructus inaequalibus: nec ovalibus, tricoctatis, fructiferis aequalibus. 5. *Corolla* minore. 6. *Capsula* compressa, glabra, nitida, margine ciliata: nec turgida, scabra.

Flor. Germ. p. 8. n. 18. *Veronica hederæfolia*.

V. floribus solitariis, foliis cordatis planis quinquelobis. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 36. *Boehm.* Lips. n. 92. *Dörr.* Nass. n. 305. *Grimm.* Isenac. p. 254. *Nonne* Erford. p. 49. *Plan.* Erford. p. 43. *Weig.* Fl. Pom. n. 15. *Wilke* Fl. Gryph. n. 13. *Oed.* Dan. 428.

V. floribus solitariis, foliis quinquelobis, corollis calyce brevioribus. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 24.

V. foliis cordatis quinquelobis, calycis segmentis sagittatis. *Hall.* Goett. p. 236. *Zinn.* Goett. p. 280.

V. folio *Hederæ*. *Dill.* Gies. p. 37. *Rupp.* Ien. p. 245. *Volk.* Norimb. p. 397.

V. *cymbalariae* folio *verna*. *Berg.* Francof. p. 78. *Buxb.* Halens. p. 333.

Alfinae *Hederæ* folio. *C. Baub.* pin. p. 250.

Alfines genus *Fuchsis*, folio *Hederulae* hirsuto. *I. Bauh.* hist. 3. p. 368. fig. bona.

Radix fibrosa, annua. *Caulis* procumbens, inferne praecipue ramosus, obsolete angulosus; *lineis* duabus oppositis evidentioribus, villosioribus. *Folia* hirsuta, petiolata, carnosa: *radicalia* duo opposita ex ovato-rotunda, longius petiolata, integerrima; *caulina inferiora* opposita, cordato-subrotunda, tri- aut quinqueloba; *lobo* intermedio maiore et rotundiore, *floralia* alterna, similia foliis caulinis inferioribus. *Pedunculi* ex foliorum alis solitarii, filiformes, foliis longiores; *floriferi* erecti; *fructiferi* deflexi. *Calyx* tetraphyllus, inaequalis, villosus, corolla paulo maior: *foliolis* cordato-oblongis, ciliatis, apice purpureis: *duobus* paulo maioribus. *Corolla* pallide caerulea. *Antherae* caeruleae. *Capsula* glabra, ventricosa, obsolete tetragona, laeviter emarginata. *Semina* umbilicata.

Variat I. *Foliis* tri- et quinquelobis in eadem planta, viridibus et subtus purpurascensibus.

2. *Flore* albo, calycis foliolis obtusioribus.

Veronica chia verna Cymbalariae folio. Hall. Goett. p. 236. Zinn. Goett. p. 280. β.

Obferu. Flore delapfo *Pedunculi* deflectuntur et *Calyx* euadit contractus tetragonus.

β. *Cymbalarifolia.* Gmel. Tubing. p. 6. Cel. Gmelin plantam suam ita describit: *Radix* tenuis, fibrosa. *Truncus* ascendens, ramosissimus: ramis repentibus subramosis, tenuibus, multa et folia et flores gignentibus. *Folia* subdecurrentia, alterna, pedunculo longiora, oblongo-ouata. serrata, a basi ad apicem trunci et ramorum decrescentia, supra villosa, subtus laevia; costa eminente ramosa. *Flores* solitarii, pedunculis satis longis viridibus insistentes axillares. *Calyx* tetraphyllus, persistens: foliolis concavis, reflexis, linea longitudinali eleuata exaratis, sublanceolatis, viridibus, flore marcescente fere conniuentibus. *Corolla* rotata, segmentis quatuor inaequalibus, inconstanter caeruleis, deciduis, annulo albo subviridi cinctis, vnguibus semper et dorso plerumque albis, venis caeruleis: altero segmento maximo subcordato: duobus oppositis subaequalibus et minimo subouatis. *Filamenta* duo in interstitiis inter segmenta maximum et vtrumque medium oriunda, alba, incuruata, in apice gerentia *Antheras* bifidas, alidas, margine inferiore nigro. *Germen* ex fundo calycis ortum, nigrum, subcordatum, sulco medio longitudinali, ex cuius medio surgit *stylus* albidus brevis terminatus *stigmatibus* sensim incrassato, clauiformi; albo. *Pericarpium* cordatum, biloculare, albidum, semina multa continens, calyce cinctum. Habitat in hortis et agris prope *Tubingam*.

Flor. Germ. p. 9. n. 19. *Veronica triphyllus.*

V. floribus solitariis, foliis digitato-partitis, pedunculis calyce longioribus. Linn. Syst. Plant. T. I. p. 37. Boehm. Lips. n. 93. Dörr. Nass. n. 305. Grimm Isenac. p. 254. Nonne Erford. pag. 49. Plan. Erford. p. 43. Scop. Carn. ed. 2. n. 25. Weig. Flor. Pom. n. 16.

V. floribus solitariis, foliis digitato-partitis, pedunculo brevioribus. Pollich palat. n. 20. Verzeichnis aller Gewaechse Teutschl. T. I. p. 52.

V. verna trifido aut quinquesido folio. Berg. Franc. p. 78.

V. foliis trifidis et quinquefidis. *Hall.* Goett. p. 237. *Zinn.* Goett. p. 280.

V. Rutae folio. *Buxb.* Hall. p. 333. *Dill.* Giesf. pag. 38. *Rupp.* Ien. p. 245.

V. caerulea triphyllus nunc pentaphyllos, seu trifida et quinquefida. *Volk.* Norimb. p. 397.

Alfene triphyllus caerulea. *C. Bauh.* pin. p. 250.

Alfene folio profunde secto, flore purpureo. *I. Bauh.* hist. 3. p. 368.

Radix annua fibrosa. *Caulis* teres, basi decumbens, tunc erectus, pubescens, digitalis et altior, basi praecipue ramosus. *Folia* hirsuta, subtus rubella: *radicalia* prima longius petiolata, opposita, ovata, integerrima; *caulina inferiora* opposita, breviter petiolata, cordato-subrotunda, incisa; *floralia* alterna, subsessilia, subrotunda, usque ad basin fere incisa, hinc digitato-partita: *laciniis* obovatis, obtusis. *Pedunculi* alares, longitudine foliorum aut illis longiores. *Calyx* quadripartitus, inaequalis, hirsutus, basi caerulescens: *laciniis* ovalibus obtusis. *Capsula* compressa, margine ciliata, emarginata, subdidyma, calyce maior.

β. *Calycis laciniis trilobis.*

Calyx quadripartitus, inaequalis: *laciniis* trilobis, obtusis: *lobis lateralibus* exiguis, oppositis, linearibus, obtusis; *intermedio* maximo, ovali, obtuso.

Habitat inter segetes *Ducatus Bremensis.*

Variat *Caule* simplici, in medio nudo, *floribus* fastigiatis.

Flor. Germ. p. 9. n. 20. *Veronica verna.*

V. floribus solitariis, foliis digitato-partitis, pedunculis calyce brevioribus. *Lim.* Syst. Plant. T. I. p. 37. *Plan.* Erford. pag. 43.

V. floribus solitariis, foliis digitato-partitis pedunculo longioribus. *Nonne* Erford. p. 49. *Weig.* Fl. Pom. n. 17. *Wilk.* Flor. Gryph. n. 14.

V. humilis erecta montana, flore parvo caeruleo. *Dill.* Giesf. p. 47. app. pag. 38.

Radix fibrosa. *Caulis* erectus, teres, strictus inferne praecipue ramosus et laeviter pubescens, superne villosus, digitalis, sesquidigitalis et nonnunquam altior. *Folia* hirsuta: *caulina in-*
fima

fima ouata, obtusa, laeuiter incisa; *ramifera* ouato-oblonga, in petiolum decurrentia, cum ramis opposita, fere vsque ad basin incisa, hinc digitato-partita: *laciniis lateralibus* lanceolatis, obtusis; *intermedia* maxima, longius producta, ouali-lanceolata, obtusissima: *floralia infima* lanceolata, basi vtrunque dente lanceolato notata; *superiora* lineari-lanceolata integerrima, vtrunque attenuata, flore fructuque longiora. *Pedunculi* alares, foliarii, breuissimi, lineae longitudinem non superantes. *Calyx* tetraphyllus, inaequalis, corolla paulo maior: *folioli* angustolanceolatis, ciliatis, foliis floralibus similibus, sed duplo minoribus. *Capsula* similis antecedentis.

Variat *Caule* simpliciusculo, vnciali et paulo longiore, quam describit *Pollich.* palat. n. 21.

Obseruat. I. Celeberr. *Oederi* Icon. Flor. Dan. Tab. 252. optime designat plantam prope *Erlangam* anno 1778. copiose obseruatam, quamuis specimen ramo solitario representet. Plerumque enim ramis copiosis oppositis mihi occurrebat planta, quam pusillam dicunt plerique auctores botanici, licet mihi semper esset digitalis aut sesquidigitalis.

Obseruat. II. Differt ab antecedente, cum qua facile confundi posset 1. *Caule* erecto, stricto. 2. *Foliis caulinis inferioribus* ouato-oblongis, in petiolum decurrentibus; *lacinia intermedia* longius producta; nec cordato-ouatis seu subrotundis. 3. *Foliis floralibus inferioribus* lanceolatis, basi vtrunque dente praeditis: *superioribus* lineari-lanceolatis, integerrimis, *omnibus* flore fructuque longioribus: nec subrotundis, digitato-partitis, pedunculo breuioribus. 4. *Pedunculis* calyce breuioribus: nec longioribus. 5. *Calyce* tetraphyllo: *folioli* angustato lanceolatis: nec quadripartito, laciniis oualibus.

Flor. Germ. p. 9. n. 21. *Veronica romana.*

V. floribus solitariis subsessilibus, foliis oblongis subdentatis, caule erecto. *Lim.* Syst. Plant. T. I. pag. 38. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 17.

Nostra planta cum carniolica maxima ex parte conuenit.

Caulis villosus, purpureus, erectus, sed non strictus, ramis oppositis non raro ad basin refractis. *Folia caulina inferiora* breuiter petiolata, cordato-ouata, crenata, opposita, glabra, costis

subtus scabriusculis: *floralia* alterna, subsessilia, approximata, obtusa; *inferiora* cordato-oblonga, supra medium dentata, non raro refracta; *superiora* cordato-ouata, ciliata, infra medium denticulata; *suprema* oualia, trinervia, subintegerrima. *Calyces* in alis foliorum subsessiles, basi purpurei, fructiferi reflexi, tetraphylli, inaequales: *foliolis* ciliatis; *duobus* maioribus, oualibus, v. quinque attenuatis: *duobus* minoribus, lanceolatis. *Corolla* calyce minor, violacea. *Capsula* matura exigua, vix lineae longitudine latior, emarginata, margine laeuiter ciliata, polysperma. *Semina* oualia, minutissima, flaua.

Flor. Germ. p. 9. n. 22. *Veronica acinifolia*.

V. floribus pedunculatis solitariis, foliis ouatis glabris crenatis, caule erecto subpiloso. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 38.

V. erecta acinifolio, glabro, floribus caeruleis, segmento inferiore albido et angusto. *Dill.* Giesl. p. 54. app. p. 39. *Buxb.* Halens. p. 333.

Plantam a me nondum visam ita describit *Pollichius* palat. n. 22.

Flores caerulei venis obscure caeruleis picti. *Pedunculi* alares, solitarii, rigidi, erecti, vniflori. *Caulis* erectus, palmaris, teres pubescens; rami oppositi. *Folia caulina* coniugata; *floralia* alterna; satis longis interuallis singula paria a se inuicem distant, fere orbicularia, breuiter petiolata, obtusa, margine denticulis latioribus obtulis notata, laeuiter hirsuta apparent.

Omissa in Flor. Germ. *Veronica peregrina*.

V. floribus solitariis sessilibus, foliis lanceolato-linearibus glabris obtulis integerrimis, caule erecto. *Lin.* Syst. Veget. p. 60. Syst. Plant. T. I. p. 38. *Koelpin* Flor. Gryph. n. 6. *Weig.* Flor. Pom. n. 18. *Oeder* Flor. Dan. Tab. 407.

Habitat in cultis et aruis *Pomeraniae*. ☉.

Radix annua fibrosa. *Caulis* erectus, ramosus. *Folia* glabra, sessilia, *ramifera* opposita, lanceolata, ad apicem serrata; *floralia* alterna, lineari-lanceolata, integerrima. *Flores* sessiles, inferiores autem breuissime pedunculati. *Calyx* subaequalis, corolla maior, tetraphyllus: *foliolis* lanceolatis, obtulis, glabris, unico paulo minore.

Obseru. *Caulis* ramique versus apicem plerumque flexuosi.

GRATIOLA.

Observatio. Ob stamina duo tantum perfecta *Linneus* hocce Genus cum sequentibus *Pinguicula*, *Vtricularia*, *Lycopo*, *Salvia* ad hanc Classem secundam retulit, et, respiciens staminum numerum perfectorum, ob duo stamina minora aut imperfecta, aut plane deficientia, ab ordine suo naturali *Ringentium* et a Class. XIV. Systematis sui *Didynamia* minori cum iure remouit, de quibus mihi sermo alio iam loco fuit *) Ne autem nimis rerum nouarum studiosus videar, *Linneum* in enumeratione plantarum Germaniae secutus sum.

Flor. Germ. p. 10. *Gratiola officinalis.*

G. foliis lanceolatis ferratis, floribus pedunculatis. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 47. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 27. *Weig.* Pom. n. 19.

Gratiola. *Berg.* Fl. Francof. p. 86. *I. Bauh.* hist. 3. p. 435. fig. bona.

G. officinarum. *Rupp.* Ien. p. 243.

G. siue gratia Dei. *Buxb.* Halens. p. 149.

G. centauroides. *C. Bauh.* pin. p. 279.

Radix repens, geniculata, fibrosa, perennis. *Caules* erecti, ramosi, tetragoni, glabri. *Folia* opposita, sessilia, lanceolata, obtusa, internodiis longiora, ferrata, glabra, neruis tribus eminentioribus. *Flores* ex aliis foliorum solitarii, oppositi, longe pedunculati. *Bractee* infra calycem duae, oppositi, lineari-lanceolatae, corolla paullo minores. *Calyx* profunde quinquepartitus: laciniis linearibus inaequalibus, bracteis multo minoribus. *Corolla* monopetala ringens, resupinata: *Tubus* calyce longior. *Labium superius* breuius, emarginatum; *Labium inferius* trifidum; lobis rotundatis. *Filamenta* duo perfecta, antherifera; duo imperfecta. *Capsula* glabra, polysperma.

Variat I. A digitali ad sesquipedalem altitudinem.

2. *Calyce* sex partito.

3. *Flore* albo.

B 5

Ob-

*) Verzeichnis derjenigen Pflanzen, welche nach der Anzahl und Beschaffenheit ihrer Geschlechtstheile nicht in den gehoerigen Classen und Ordnungen des *Linneischen* Systems stehen u. s. w. p. 118 - 124.

Observ. I. Cel. *Willdenow* in prodr. Flor. Berol. n. 59. bracteas infra calycem sibi oppositas pro calycis parte habet et Calycem dicit heptaphyllum, cui autem non respondet partium structura. Calyx quidem tam profunde diuisus, ut non immerito dici possit pentaphyllus, at Bracteae infra Calycem, extra seriem laciniarum, pedunculo magis incrassato adhaerent.

Observ. II. *Pollichius* dicit in descriptione partium fructificationis: duo adesse Filamenta perfecta, antherifera et tria imperfecta globum apice gerentia. Equidem semper tantum duo sterilia observavi.

PINGVICULA.

Observ. I. In ordine Ringentium stamina Petalo inserta sunt, hocce autem genus rarissimum exceptionis praebet exemplum. quod, ob stamina thalamo inserta, ad *Thalamostemonas Gleditschii* pertinet.

Observ. II. Corolla tubo brevissimo superne in medio faucibus intra labium superius et Cornu nectariferum (lege inversa naturae) Calyci affixa est.

Flor. Germ. p. 10. n. 1. *Pinguicula vulgaris*.

P. nectario cylindraceo longitudine petali. *Lim.* Syst. Plant T. 1. p. 5. *Nonne* Erford. p. 5. *Pian.* Erford. pag. 43. *Weig.* Flor. Pom. n. 20. *Wilke* Flor. Gryph. n. 15. *Timm.* prodr. Flor. Megapol. n. 24.

P. calcare gracili cylindrico, violaceo flore. *Boehm.* Flor. Lipsf. n. 83.

P. Gesneri. *Hoppe* Flor. Ger. p. 142. *Rupp.* Ien. p. 237. *Volk.* Norimb. p. 334. *I. Bauh.* hist. 3. p. 546.

Sanicula montana, flore calcari donato. *C. Bauh.* pin. p. 243.

Radix fibrosa perennis. Tota planta pilis capitatis pellucidis adspersa. *Folia* ovata, carnosa margine reflexa. *Scapus* teres, uniflorus. *Calyx* monophyllus, bilabiatus; *labio superiore* tripartito; *inferiore* bifido, reclinato, calcar nectariferum fulciente. *Corolla* violacea, bilabiata: *Labium superius* bifidum; *inferius* trifidum. *Faux* inflata, compressa; *palato* barbato cinereo. *Tubus* brevissimus. in calyce latitans. *Cornu nectariferum* cylindraceum, longitudine fere Corollae, ad apicem paululum incurvatum.

Fila-

Filamenta inferne ad labium inferius calycis thalamo inserta, basi dilatata, stigmati approximata. *Germen* pilis capitatis adspersum. *Stylus* brevissimus. *Stigma* bilabiatum: *labium superius* erectum, angustissimum, semibifidum, labium superius Calycis et Corollae respiciens; *inferius* maius, latum, planum, reflexum, antheras tegens. *Capsula* apice bifida.

Variat Labio inferiore calycis trifido: *lacinia intermedia* maxima; *lateralibus* brevissimis.

Obseru. I. Linnéus in Gener. plant. p. 15. calycis labium inferius dicit reflexum, quod autem non est, sed reclinatum tantummodo.

Obseru. II. Equidem perspicere nequeo, cur Linnéus in Generibus plant. l. c. labium stigmati angustissimum superius pro inferiore et labium latum magnum, inferius pro superiore habeat, cum tamen labiorum Corollae directioni respondeant.

Flor. Germ. p. 10. n. 2. *Pinguicula alpina*.

P. nectario conico, petalo brevior. Linn. Syst. Plant. T. I. pag. 50. Scop. Carn. ed. 2. n. 28.

Antecedentis simillima exceptis floribus, differt enim 1. *Corolla* alba, palato villosa flavo. 2. *Calcari nectarifero* corolla brevior, basi ventricosa, conico.

VTRICVLARIA.

Flor. Germ. p. 10. n. 1. *Vtricularia vulgaris*.

V. nectario conico, scapo paucifloro. Linn. Syst. Plant. T. I. p. 51. Nonne Erford. p. 45. Plan. Erford. p. 43. Weig. Flor. Pom. n. 21. Wilke Fl. Gryph. n. 16.

Lentibularia. Buxb. Halens. pag. 183. Dill. Gies. p. 145. app. p. 115. Hall. Goett. p. 305. Hoppe Ger. p. 142. Rupp. Ien. p. 237. Volkam. Norimb. p. 245.

Lentibularia maior. Berg. Flor. Francof. p. 183.

Millefolium aquaticum lenticulatum. C. Baub. pin. p. 141.

Millefolium aquaticum flore luteo galericulato. I. Bauh. hist. 3. pag. 775.

Folia multifida, capillaria, ramosissima, *Vesiculis* semilunariibus, compressis, aqua repletis praedita. *Scapus* palmaris gla-

glaber, teres. *Bracteae* in scapo et ad basin pedunculorum breues, ovatae, obtusae, sub membranaceae. *Racemus* terminalis, laxis, quadri- ad sexflorus. *Pedunculi* filiformes, nudi. *Calyx* diphyllus, glaber, deciduus; *foliis* ovalibus, concavis. *Corolla* monopetala, personata, flava: *Labium superius* ovatum, obtusum, erectum: *Labium inferius* subrotundum. basi subtus in calcar nectariferum, conicum. obtusum productum. *Faux* tumore flavo striis fulvis ornato clausa. *Stigma* compressum, glabrum. *Capsula* ovalis.

Flor. Germ. p. II. n. 2. *Vtricularia minor*.

V. nectario carinato. *Linn. Syst. Plant. Tom. I. p. 51.*
Weigel Flor. Pom. n. 23.

Lentibularia minor. *Berg. Flor. Francof. p. 88.*

Antecedenti similis, sed omnibus in partibus minor. *Corolla* ringens. *Labium superius* duplo minus inferiore. *Faux* aperta. *Calcar nectariferum* breue, vix lineae longitudine, carinatum.

*** *Flores inferi monopetali, irregulares. Fructus gymnospermi.*

L Y C O P V S.

Flor. Germ. p. II. *Lycopus europaeus*.

L. foliis sinuato-ferratis. *Linn. Syst. Plant. Tom. I. p. 56.*
Böhm. Lips. n. 82. Dörr. Nass. n. 184. Nonne Erford. p. 44.
Plan. Erford. p. 43. Scop. Carn. ed. 2. n. 29. Weig. Flor. Pom.
n. 24. Wilke Fl. Gryph. n. 18. Zinn. Goett. p. 317.

Lycopus. *Hall. Goett. p. 345.*

L. palustris glaber. *Berg. Fl. Franc. p. 101. Buxb. Hal-*
lenf. p. 205. Dill. Gies. p. 135. Rupp. Ien. p. 230.

Marubium aquaticum quorundam. I. Baub. hist. 3. p. 318.
fig. bona.

Marubium palustre glabrum. C. Bauh. pin. p. 230.

Pseudo-Marubium palustre. Volk. Norimb. p. 344.

Radix geniculata, repens. Caulis erectus, tetragonus, ramosus. *Folia* opposita, breuiter petiolata, ovata, seu ovato-lanceolata, profunde et ampliter dentata, seu sinuato-ferrata: *ferraturis* inaequalibus. *Flores* verticillati, densi, sessiles. *Bracteae* sub verticillis lanceolatae. *Calyx* bilabiatus: *Labio*
su-

superiore tridentato; *inferiore* profundius bidentato; *dentibus* linearibus. *Corolla* parua, alba, quadrifida, irregularis: *laciniis* obtusis; *superiore* apice reflexo; *inferiore* longiore, emarginata. *Stamina* duo perfecta, distantia. *Semina* quatuor.

Variat *Foliis* pinnatifidis hirsutis: laciniis lanceolatis, dentatis.

Lycopus palustris villosus. Berg. Flor. Franc. p. 101.
Buxb. Halenf. p. 205. *Dill.* Gief. p. 135.

Marubium palustre hirsutum tenuius laciniatum.
C. Bauh. pin. p. 230. prodr. p. 110. *Hall.* Goett.
p. 345. β. *Zimm.* Goett. p. 318. β.

Obseru. I. Haecce varietas simillima *Lycopo virginico*, at differt ab illo laciniis foliorum inaequalibus, dentatis, quae in *Lycopo virginico* aequales integerrimae sunt.

Obseru. II. *Leers* Fl. Herb. n. 23. semel obseruauit huius plantae specimen Caule quadripedali; Floribus omnibus foemineis, seu staminibus destitutis.

SALVIA.

Flor. Germ. p. II. n. I. *Salvia syluestris.*

Errore typographi in *Flora Germanica* quae ad hanc speciem pertinet differentia specifica ad *Saluicam nemorosam* relata est et vice versa differentia specifica *Saluicae nemorosae* ad hanc *Salu. syluestrem*. Hinc differentia specifica *S. syluestris* ita audit.

S. foliis cordato-lanceolatis, bracteis coloratis flore longioribus.

S. foliis cordato-lanceolatis undulatis, biferratis, maculatis, acutis, bracteis coloratis flore breuioribus. *Linn.* Syft. Plant. Tom. I. p. 63. *Nonne* Erford. p. 44. *Plan.* Erford. p. 44. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 32.

S. foliis cordato-lanceolatis duplicato crenatis undulatis, staminibus galea multo breuioribus. *Zimm.* Goett. p. 297.

Horminum syluestre salui folium maius maculatum. *C. Bauh.* pin. p. 239.

Radix perennis. *Caulis* villosus, quadrangulus: *angulis* obtusis; *lateribus duobus* oppositis fulcatis. *Folia* inferiora longe, superiora breuiter petiolata, cordato-lanceolata, duplicato-crenata, superne glabra rugosa, subtus tomentosa. *Bractee* sub quouis verticillo duae, oppositae, ovato-lanceolatae, acu-

minatae, purpureae. longitudine corollarum. *Corollae* labii inferioris *lacinia intermedia* emarginata, concava: *laterales* minores, reflexae.

Obferu. Specimina mea prope *Rulsdorf* in Mansfeldia legi
1776.

Flor. Germ. p. II. n. 2. *Salvia nemorosa*.

S. foliis cordato-lanceolatis, bracteis coloratis flore minoribus.

S. foliis cordato-lanceolatis ferratis planis, bracteis coloratis, corollae labio infimo reflexo. *Linn. Syft. Plant. Tom. I. pag. 64.*

S. foliis cordato-lanceolatis simpliciter ferratis, staminibus galeam aequantibus. *Zinn. Goett. p. 297.*

Horminum fylueftre faluifolium minus. *C. Bauh. pin. p. 239. Buxb. Hal. p. 161. Rupp. Ien. p. 221.*

Gallitrichum glabrum, folio faluiae, flore purpureo. *I. Bauh. hift. 3. p. 312. bona fig.*

Antecedenti fimillima, fed omnibus in partibus minor et differt 1. *Foliis caulinis fuperioribus* praecipue aequaliter crenatis. 2. *Bracteis* cordato-ovatis, acuminatis, vix longitudine calycis, violaceis. 3. *Corollae labii inferioris lacinia intermedia* plerumque reflexa.

Obferu. *Zinnius* differentiam specificam harum, vix specie differentium plantarum partim a crenis foliorum duplicatis aut simplicibus, partim a staminum longitudine defumpfit. At Stamina in vtraque longitudine galeae.

Flor. Germ. p. 12. n. 3. *Salvia pratensis*.

S. foliis cordato-oblongis crenatis; fummis amplexicaulibus, verticillis fubnudis, corollis galea glutinosis. *Linn. Syft. Plant. T. I. p. 65. Dörr. Nass. n. 251. Nonne Erford. p. 44. Plan. Erford. p. 44. Scop. Carn. ed. 2. n. 37.*

S. foliis cordato-lanceolatis ferratis, verticillis raris et diffectis. *Hall. Goett. p. 322. Böhm. Lipf. n. 81.*

S. foliis cordato-oblongis crenatis, verticillis fubnudis diffitis, calyce tubo floris breuiore. *Zinn. Goett. p. 296.*

S. fylueftris, folis ferratis, flore caeruleo. *Berg. Flor. Franc. p. 95. n. 8.*

Horminum pratense. *Rupp.* Ien. p. 222.

Horminum pratense, foliis ferratis. *C. Bauh.* pin. p. 238.
Buxb. Halens. p. 161. *Volk.* Norimb. p. 213.

Sclarea pratensis. *Dill.* Gies. p. 115.

Gallitrichum sylvestre vulgo, siue sylvestris Sclarea flore purpureo caeruleone magno. *I. Bauh.* hist. 3. p. 311. f. 1.

Caulis erectus, hirsutus obtuse quadrangulus. *Folia* opposita, cordata, rugosa, glabra, subtus villosa, duplicato crenata: *radicalia* ovata, obtusa, longe petiolata; *caulina* ex toto oblonga; *summa* sessilia, amplexicaulia, lanceolata. *Corolla* magna, caerulea. *Labiū inferius* superiori brevius.

Variat I. *Foliis* profunde inciso-crenatis.

Horminum sylvestre maius foliis profunde incis. *C. Bauh.* pin. p. 239. *Willd.* prodr. Fl. Berol. n. 62. β.

I. *Corolla* minore.

Horminum pratense flore minore. *Rupp.* Ien. p. 222. *Hall.* Goett. p. 322. β.

Gallitrichi varietas. *I. Bauh.* hist. 3. p. 311. f. 2.

3. *Floribus* purpurascens.

Salvia sylvestris, foliis ferratis, flore purpureo. *Berg.* Fl. Francof. p. 95.

Horminum pratense, foliis ferratis, flore purpureo. *Buxb.* Halens. p. 161.

Sclarea pratensis, foliis ferratis, flore suaue rubente. *Rupp.* Ien. p. 222.

β. *agrestis* foliis cordatis, summis amplexicaulibus, corollarum galea labium aequante. *Lin.* Syst. Plant. l. c. β. *Reich.* Flor. Moeno-Francof. n. 22. β. auctar. et emend. p. 164. *Willd.* prodr. Berol. n. 62. γ.

Salvia maior, floribus albidis. *Berg.* Flor. Francof. p. 95.

Horminum pratense foliis ferratis, flore albo. *Buxb.* Hal. pag. 161.

Horminum pratense niucum, foliis incanis. *C. Bauh.* pin. pag. 238.

Sclarea pratensis, foliis ferratis, flore albo. *Rupp.* Ien. p. 222.
Differt *Corolla* alba; labio inferiore aequali superiori.

Obferu. *Salvia fylueftris*, *nemorofa* et *pratensis* ad *Sclareas* *Tournefortii* pertinent.

Flor. Germ. p. 12. n. 4. *Salvia Verbenaca*.

S. foliis ferratis finuatis laeuifculis, corollis calyce anguftioribus. *Linn. Syft. Plant. Tom. I. p. 66.*

S. foliis finuato-ferratis hirsutis, galea obtufa, ftvlo galeae longitudine. *Zinn. Goett. p. 297.*

Sclarea hispanica. *Rupp. Ien. p. 222.*

Horminum fylueftre Lauandulae flore. *C. Bauh. pin. p. 239.*

Caulis erectus, pilofio-vifcidus. *Folia* ouata, finuata, crenata, rugofa: *caulina inferiora* obtufa, longe petiolata; *media* breuiter petiolata; *superiora* feffilia acuta. *Bractee* cordatae, acuminatae, pilofae, fub verticillis oppofitae. *Flores* verticillato-fpicati, fubpedunculati, in quouis verticillo plerumque sex. *Calycis labium fuperius* obfolete tridentatum: *inferius* longius, bifidum, mucronatum. *Corolla* calyce anguftior: *Labium inferius* circa faucem lineis quatuor, nigro-purpureis notatum.

Flor. Germ. p. 12. n. 5. *Salvia verticillata*.

S. foliis, cordatis crenato-dentatis, verticillis fubnudis, ftvlo corollae labio inferiori incumbente. *Linn. Syft. Plant. Tom. I. p. 68.* *Crantz. Austr. p. 241.* *Scop. Carn. ed. 2. n. 34.*

Horminum fylueftre tertium Clufii. *Hall. Goett. p. 319.*

Horminum fylueftre latifolium verticillatum. *C. Bauh. pin. pag. 238.*

Gallitricho affinis planta, feu Horminum fylueftre latifolium Clufio. *I. Baub. hift. 3. p. 314. fig. optima.*

Caulis erectus, villofus. *Folia* cordata, feu cordato-fagittata, rugofa, villofa, crenato-dentata, in acumen breue definentia: *inferiora* cordato-ouata, longe petiolata: petiolis plerumque pari pinnarum auctis; *superiora* breuiter petiolata, cordato-fubrotunda. *Bractee* cordato-lanceolatae. *Flores* pedunculati, viginti et plures in quouis verticillo remoto. *Corolla* externe pubefcens: *Labium fuperius* fornicatum, bafi contractum. *Stylus* labio inferiori incumbens illoque longior.

Obferu. *Salvia Verbenaca* et *verticillata* ad Hormina *Tournefortii* pertinent.

Flor. Germ. p. 12. n. 6. *Salvia glutinosa*.

S. foliis cordato-fagittatis ferratis acutis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 68. Jacq. Vind. p. 5. Scop. Carn. ed. 2. n. 33.*

S. montana maxima foliis Hormini, flore flavescente. *Berg. Flor. Francof. p. 95.*

Horminum lateum glutinosum. *C. Bauh. pin. pag. 238. Volk. Norimb. p. 214.*

Galeopsis species lutea viscida odorata nemorensis. *I. Bauh. hist. 3. p. 314. fig. bona.*

Tota planta villosa-viscida. *Caulis* erectus. *Folia* opposita, petiolata, cordato-fagittata, acuminata, rugosa, ferrata. *Flores* verticillato-racemosi, flavi, magni *Bracteeae* ovato-lanceolatae, calyce non longiores. *Calycis labium superius* integrum, acutum; *inferius* bifidum. *Stamina* corolla longiora. *Observ.* Villi totius plantae excernunt tenax admodum gluten.

Omissa in Flor. Germ. *Salvia Sclarea*.

S. foliis rugosis cordatis, oblongis, villosis ferratis: bracteis floralibus calyce longioribus concavis acuminatis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 71. Jacq. Vind. p. 6.*

S. quae Sclarea. *Berg. Francof. p. 95.*

Horminum Sclarea dictum. *C. Bauh. pin. p. 238.*

Gallitrichum satium. *I. Bauh. hist. 3. p. 309.*

Caulis erectus, crassus, a basi ramosus, villosa-viscidus. *Folia* cordato-ovata, acuta, rugosa, villosa, acute crenata: *inferiora* petiolata; *superiora* sessilia. *Verticilli* in panicula brachiata triflori. *Bracteeae* cordatae, acuminatae, concavae, coloratae. calycibus longiores. *Flores* pallide caerulei, brevissime pedunculati. *Calycis labium superius* tridentatum; dente intermedio brevior; *inferius* bifidum. *Staminum* vectes cruscule superiore curvo, longitudine labii superioris Corollae; inferiore brevissimo, terminato glandula foliacea.

Habitat prope *Francof. ad Viadr.* et in *Austria*. ♂.

* * * * *

Verbena officinalis ob stamina quatuor perfecta per paris approximata ad Class. XIV. Didynamiam relata est.

Flor. Germ. Vol. II. P. I.

C

**** Flo-

* * * * *Flores superi.*

C I R C A E A.

Flor. Germ. p. 12. n. 1. *Circaea Lutetiana.*

C. caule erecto, racemis pluribus, foliis ovatis. Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 23. Berg. Fl. Franc. p. 169. Buxb. Halens. p. 74. Dörr. Nass. n. 103. Grimm. Men. p. 256. Jacq Vind. p. 6. Rupp. Ien. p. 55. Weig. Fl. Pom. n. 6. Wilcke Fl. Gryph. n. 7. Zinn. Goett. p. 229.

Circaea. Böhm. Lips. n. 250. Dill. Gies. p. 121.

C. caule pubescente, foliis ovato-lanceolatis subcordatis. Wigg. prim. Fl. Holl. p. 2.

C. foliis cordato-ovatis subserratis pubescentibus. Willd. prodr. Berol. n. 25.

C. foliis oppositis, ellipticis, subvillosis, integris. Scop. Carn. ed. 1. p. 258. n. 1. ed. 2. n. 6.

C. maior foliis longioribus, obiter crenatis. Hall. Goett. pag. 185.

Solanifolia Circaea dicta maior. C. Bauh. pin. p. 168.

Radix repens, stolonifera, fibrosa, perennis. Caulis erectus, hirsutus, teres, geniculatus: ramis oppositis, remotis, erectis. Folia opposita, petiolata, subserrata, acuminata: inferiora ovata; superiora subcordato-ovata. Racemi terminales, longi, multiflori, laxi, nudi. Flores pedunculati, albi. Calyx diphyllus, refractus, pilosus. Petala duo, obcordata. Capsula pilis vncinatis, hispida, obovata.

Variat 1. *Foliis glabris, caule petiolisque valde pilosis.*

2. *Racemo saepe unico, simplici.*

Flor. Germ. p. 13. n. 2. *Circaea alpina.*

C. caule prostrato, racemo unico, foliis cordatis. Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 23. Botan. Abhandl. und Beobacht. p. 25. n. 1.

C. foliis alternis cordatis dentatis glabris. Scop. Carn. ed. 1. p. 258. n. 2. ed. 2. n. 7.

C. minima, foliis brevioribus dentatis. Hall. Goett. p. 185.

C. mi.

C. minima. Berg. Fl. Francos. p. 169. Dill. Gies. Cat. app. p. 16. Rupp. Jen. p. 55. Hoppe Fl. Ger. p. 31.

Solanifolia *Circaea alpina.* C. Bauh. pin. p. 168.

Caulis glaber, ramosissimus, nodis pureis geniculatus. *Rami* oppositi, densi, depressi, hinc caulis saepius profertus. *Folia* opposita, petiolata, glabra, nitida, undulata, omnia cordata, dentata. *Racemi* terminales, breues, hirsuti, semper solitarii, filiformes. *Pedicelli* capillares, hirsuti.

Variat *Caule* ascendente, simplicissimo, vix digiti intermedii longitudine.

Obseru. I. *Circaea alpina* differt itaque a *C. Lutetiana.* 1. *Habitu* toto teneriore. 2. *Ramis* densioribus depressis. 3. *Internodiis* purpureis. 4. *Foliis* exacte cordatis, breuioribus, undulatis, nitidis, profundius dentatis.

Obseru. II. In *C. alpina* flores omnes quidem hermaphroditii, sed plurimi steriles sunt et post florescentiam cum pedicellis decidui, qui in *C. Lutetiana* omnes plerumque fertiles exadunt.

Obseru. III. Celeberrimi *Oederi* Icon. Flor. Dan. Tab. 210. auctoritate *Linnei* allegata, non quadrat ad *C. alpinam*, ob caulem erectum et folia ex ouato magis oblonga, acuminata, hirsuta et laeuiter tantum serrata. Significare mihi potius videtur Varietatem *C. Lutetianae* alteram, racemo solitariis.

D I G Y N I A.

A N T H O X A N T H V M.

Flor. Germ. p. 13. n. I. *Anthoxanthum odoratum.*

A. spica oblonga, ouata, flosculis subpedunculatis arista longioribus. *Lin.* Syst. Plant. Tom. I. p. 74. *Berg.* Flor. Francos. pag. 313. *Böhm.* Lips. n. 597. *Dörr.* Nass. n. 4. *Hall.* Goett. p. 50. *Leers* Herborn. n. 25. Tab. 2. fig. 11. *Nonne* Erford. p. 272. *Plan.* Erford. p. 44. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 38. *Weig.* Fl. Pom. n. 25. *Wilk.* Flor. Gryph. n. 19. *Zinn.* Goett. p. 59. *Schreb.* Graeser Tab. 5.

Gramen anthoxanthum. *I. Bauh.* hist. 2. p. 466. *Rupp.* Ien. pag. 307.

Gramen pratense spica flavescente. *C. Bauh.* pin. pag. 3. *Scheuchz.* Agrost. p. 88.

Gramen vernum spica laxa. *Dill.* Gief. p. 48. *Culmus* erectus. *Folia* vtrinque scabra. *Ligula* obtusa, crenulata. *Vaginae* striatae. *Panicula* spicata. *Pedunculi* breues, fasciculati, ante et post florescentiam coarctati: *inferiores* remotiores. *Gluma* bivaluis, inaequalis; *valuula altera* duplo minore. *Corolla* bivaluis, aequalis, pilosa, longitudine valuulae minoris *Glumae*, aristata: *valuulae exterioris* *Arista* in medio dorso inserta, recta, *Gluma* paulo breuior; *interioris* *Arista* ad basin inserta, geniculata, demum tortilis recurua, *Gluma* paulo longior. *Nectarium* bivalue, inaequale, includens germen et filamentorum basin. *Stamina* duo longissima.

Variat 1. *Spica* duplici seu ramosa. *Leers* Herborn. l. c. α. Gramen anthoxanthum maius. *Dill.* Gief. p. 79. et app. p. 44.

2. *Glumis calycinis* pubescentibus. *Leers* l. c. β.

Flor. Germ. p. 13. n. 2. *Anthoxanthum paniculatum.*

A. floribus paniculatis. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 75. *Cel. Gmelin* in Enumeratione Plant. Tubing. pag. 10. ita plantam describit: *Culmus* glaber, vix semipedalis. *Spica* terminalis coarctata. *Glumarum valuulae* inaequales, altera altera et corollis duplo maiore. *Corollae* pilosae, dorso aristatae: *aristis* glumarum longiore valuula minoribus. *Glumis* unifloris. *Spiculis* pedunculatis.

Obseru. Nisi mera antecedentis varietas, specificus character solummodo nititur. *Calyce* quadrifloro, et *Aristis* corollarum calyce breuioribus. Nam, vt ex antecedentibus apparet, *Anthox. odoratum* itidem flores paniculatos habet et variat spica ramosa.

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

* Flores superi.

VALERIANA.

Flor. Germ. p. 16. n. 1. *Valeriana dioica*.

V. floribus triandris dioicis, foliis pinnatis integerrimis. *Linn. Syst. Plant. Tom. I. p. 85. Dörr. Nass. n. 1302. Nomen Erford. p. 47. Plan. Erford. p. 47. Scop. Carn. ed. 2. n. 40. Verzeichniss der Pflanzen, welche nicht in den gehoerigen etc. p. 140. Weig. Flor. Pom. n. 26. Wilke Fl. Gryph. n. 20. Zinn. Gött. p. 377.*

V. floribus triandris dioicis, foliis radicalibus subintegris et pinnatifidis, caulinis pinnatis: pinnis integerrimis. *Willd. prodr. Berol. n. 64.*

V. foliis imis ovalibus, superioribus plerumque pinnatis, sexu distincta. *Hall. Goett. p. 350. Böhm. Lips. n. 98.*

V. palustris minor. *Berg. Fl. Franc. p. 66.*

V. minor. *Dill. Gies. p. 47. Volk. Norimb. p. 392.*

M a s.

V. palustris minor. *C. Bauh. pin. p. 164. Buxb. Hal. n. 329. Rupp. Ien. p. 214.*

V. alpina minor. *C. Bauh. pin. p. 165. prodr. p. 87. Hoppe Fl. Ger. p. 127.*

F o e m.

V. palustris media parum laciniata. *C. Bauh. pin. p. 164.*

V. palustris inodora parum laciniata. *C. Bauh. prodr. p. 86.*

V. minor, flore exiguo. *Buxb. Halens. p. 329.*

V. aquatica minor, flore exiguo. *Rupp. Ien. p. 214.*

Radix repens, geniculata. Caulis erectus, basi stolones

amittens, pedalis, tetragonus, sulcatus. *Folia* cum ramis opposita: *radicalia* ovalia, longe petiolata: *caulina* petiolo lato amplexicaulia; *inferiora* pinnatifida, foliolo impari maximo; *superiora* pinnata, impari foliolo lanceolato, maiore, pinnis linearilanceolatis. *Flores masculi* in corymbum laxum terminalem dispositi, purpurascens, parvi. *Corolla* infundibuliformis, quinquefida. *Filamenta* Corolla longiora. *Antherae* purpurascens. *Pistilli* rudimentum. *Flores foeminei* albidij, in corymbo terminali conglobati. *Corolla* vt in mare, at multo minor. *Pistillum* corolla d. plo tere longius. *Stigma* bi- aut trifidum. *Staminum* rudimenta perexigua.

Variat *foliis* tenuissime serratis.

Observ. Cel. *Scopoli* l. c. ita de hac planta dicit: „Millena
„specimina examinavi et nunquam vidi flores dioicos,
„sed nunc omnes hermaphrodites, nunc filamentis vno
„alteroue c. strato instructos, nunc masculos et foemi-
„neos in eadem planta ita tamen vt masculi flores
„continerent rudimentum germinis et styli; sine fe-
„minibus vero perfectis nullam hactenus inueni plan-
„tam.“ In *Ducatu Bremensi*, vbi copiose habitat
V. dioica, nec non in *Saxonia* nunquam mihi in-
venire contigit floribus hermaphroditis, semper flo-
ribus dioicis et nonnunquam ne rudimentum qui-
dem partis alterius deficientis observare potui.

Flor. Germ. p. 16. n. 2. *Valeriana officinalis*.

V. floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 1. p. 86. *Dörr.* Nass. n. 302. *Hall.* Goett. p. 349. *Nonne* Erford. p. 50. *Plan.* Erford. p. 47. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 39. *Weig.* Fl. Pom. n. 27. *Wilke* Fl. Gryph. n. 21. *Zinn.* Goett. p. 378.

V. floribus triandris, foliis uniformibus pinnatis: pinnis dentatis. *Willd.* prodr. Berol. n. 65.

Valeriana *Dill.* Gies. p. 116. *Volk.* Norimb. p. 392.

V. fylvestris maior. *C. Bauh.* pin. p. 164. *Berg.* Fl. Franc. p. 65. *Buxb.* Halens. p. 329. *Rapp.* Ien. p. 215.

Radix fibrosa. *Caulis* teres, sulcatus, glaber. *Folia* cum ramis opposita, omnia pinnata: *pinnis* lanceolatis, dentatis; *extrema* maiore, triloba. *Florum corymbi* in caule ramisque ter-
mi-

minales. *Bracteae* ovato-lanceolatae, margine submembranaeae. *Calyx* nullus, nisi margo elevatus germinis. *Corolla* purpurascens. *Tubus* basi hinc gibbus, calcaris vestigium praebens. *Stigma* bi- tri- aut quinquefidum.

Variat 1. *Foliis* angustioribus.

Valeriana folio angustiore. *Volk.* Norimb. p. 392.

V. sylvestris maior montana. *C. Bauh.* pin. p. 164. *Dill.* Gies. p. 97.

2. *Foliis* profunde dentatis et laciniatis.

Valeriana palustris maior. *C. Bauh.* pin. p. 164. prodr. pag. 86. *Buxb.* Hal. p. 329. *Rupp.* Ien. p. 214.

Obseru. Stylus in initio florescentiae staminibus obseruatur breuior, hinc *Cel. Scopoli* antheras clauso adhuc flore pollen suum spargere putat. At ante plenariam floris deflorescentiam stylus staminibus euadit longior.

Flor. Germ. p. 17. n. 3. Valeriana *Phu*.

V. floribus triandris, foliis caulinis pinnatis, radicalibus indiuisis. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 86.

V. hortensis *Phu* folio *Olivatri* *Dioscoridis*. *C. Bauh.* pin. pag. 164.

V. maior odorata radice. *J. Bauh.* hist. 3. p. 209. *Caulis* teres, glaber, quadri- seu quinquepedalis. *Folia radicalia* maxima, ex ouali oblonga, in petiolum longiorem decurrentia, integerrima: *caulina* opposita integerrima; *inferiora* pinnatifida, breuiter petiolata; *pinnis* ex ouali-lanceolatis; *suprema* pinnata; pinnis linearibus. *Corymbi* florum terminales, densi. *Bracteae* lanceolatae. *Corollae tubus* cylindricus, basi filiformis, supra basin hinc gibbus. *Stigma* plerumque trifidum.

Obseru. Differt ab antecedente 1. *Caule* tereti, non fulcato.
2. *Foliis* omnibus integerrimis: *radicalibus* ex ouali-oblongis, longissime petiolatis: nec pinnatis.

Flor. Germ. p. 17. n. 4. Valeriana *olitoria*.

Valeriana locusta *α. olitoria* floribus triandris caule dichotomo, foliis linearibus, fructu simplici. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 89. *Dörr.* Nass. n. 302. *Gmel.* Tub. p. 11. *Leers* Herb. n. 28. *Leyff.* Halens. n. 33. *α.* *Moench* Hass. n. 26. *Murr.* prodr. Goett. p. 40. *Nonne* Erford. p. 50. *Plan.* Erford. p. 47.

Reich. Fl. Moeno-Franc. n. 27. *Scholl.* Barb. n. 31. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 46. *Weig.* Flor. Pom. n. 28. *Wigg.* prim. Fl. Holf. p. 5. *Wilke* Fl. Gryph. n. 22.

V. campestris inodora maior. *C. Bauh.* pin. p. 165.

Valerianella auensis praecox humilis, femine compresso. *Dill.* Gief. p. 47. *Berg.* Fl. Franc. p. 66. *Rupp.* Ien. p. 215.

Locusta. *Buxb.* Hal. p. 196.

Locusta herba. *J. Bauh.* hist 3. p. 323.

β. foliis superioribus ad basin obsolete dentatis. *Willd.* prodr. Berol. n. 66. *β.*

Valeriana caule dichotomo, foliis oblongis rariter incis, feminis mucrone simplici. *Hall.* Goett. p. 378.

Valerianella olitoria, foliis oblongis rariter incis, corona feminis simplici acuminata. *Pollich.* palat. n. 32.

Valerianella caule dichotomo, foliis oblongis rariter incis, feminis mucrone simplici. *Hall.* Goett. p. 350. *Böhm.* Lips. n. 99.

Lactuca agnina seu Valerianella foliis ferratis. *Leyff.* Halens. l. c. *β.*

Caulis erectus, ramosus, dichotomus, angulosus, laeuiter pubescens. *Folia* glabra integerrima: *radicalia* in cespitem congesta, oualia; *caulina* cum ramis opposita, basi connata, amplexicaulia, lanceolata, aut lineari-lanceolata, obtusa; *floralia* linearia. *Flores* in caule ramisque terminales, fasciculati, et in umbellam quasi congesti, in dichotoma autem ramulorum solitarii, sessiles, minuti, ex albido caerulei, interstincti *Bracteis* linearibus. *Semina* subrotunda, mucronata, bipartibilia.

β. Differt tantuminodo *Foliis caulinis superioribus* versus basin denticulatis.

Obseru. Hanc et sequentem *Valerianam*, quae specie re vera differunt, *Linné* pro varietatibus habuit et *Pollichius* sub nouo genere *Valerianellae* enumerauit et minori quidem cum iure, cum maxima affinitate coniunxerit natura cum antecedentibus.

Flor. Germ. p. 17. n. 5. *Valeriana dentata.*

Valeriana Locusta E. dentata caule dichotomo, foliis oblongis subserratis, feminibus corona tridentata. *Linn.* Syst. Plant. Tom.

T. I. p. 89. *Gmel.* Tub. pag. 12. *Leers* Herb. n. 29. *Mönch.* Hass. n. 27. *Murr.* prodr. Gött. p. 40. *Nonne* Erford. pag. 51. *Plan.* Erford. p. 48.

V. *Valerianella*, caule dichotomo, foliis plerumque ferratis, feminibus corona tridentata. *Reich.* Fl. Moeno-Francof. n. 28. *Zinn.* Gött. p. 278.

Valerianella dentata foliis oblongis ferratis, feminibus corona tridentata. *Pollich* palat. n. 33.

Valerianella caule dichotomo, foliis plerumque ferratis, feminibus corona tridentata. *Hall.* Gött. p. 351.

Valerianella aruensis ferotina altior, femine turgidiore. *Rupp.* Ien. p. 215.

Locusta altior ferotina. *Buxb.* Hal. p. 196.

Locusta altera, foliis ferratis. *I. Bauh.* hist. 3. p. 324.

Caulis plerumque sesquipedalis, scaber, ramosus. *Folia* antecedentis similia, at scabra et *supericra* dentata. *Flores* carnei. *Semina* non bipartibilia, hinc conuexa, eneruia, inde angulata bineruia, terminata corona tri- aut quinquedentata: *dente* intermedio triplo maiore.

I R I S.

Obseru. Mira structura floris et in regno vegetabili sane rarissima in hoc genere obseruatur. *Stigma* enim tripartitum, coloratum, petaliforme supereminet tegitque Antheras, quarum pollen tam arcte autem cohaeret, vt vi solummodo quadam externa ab illis remoueri possit. Fructificatio itaque, ob nimium pollinis cohaerentiam et stigma supereminens antheras, locum non haberet, nisi Insectorum ope perficeretur. De his maxima sane cum voluptate legitur *Koehltreuteri* vorläufige Nachr. von einigen das Geschlecht der Pflanz. betreff. Versuch. p. 21 et seq.

Flor. Germ. p. 17. n. 1. *Iris germanica.*

I. corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, floribus inferioribus pedunculatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 1. p. 105. *Böhm.* Lips. n. 4. *Grimm.* Ifen. p. 257. *Nonne* Erford. p. 10. *Plan.* Erford. p. 48. *Scop.* Carn. ed 2. n. 51.

I. vulgaris germanica seu sylvestris. *C. Bauh.* pin. p. 30. *Berg.* Flor. Franc. p. 204. *Buxb.* Hal. p. 168. *Rupp.* Ien. p. 31. *Volk.* Norimb. p. 231.

Radix repens, nodosa, perennis. *Caulis* erectus, sesquipedalis et altior, teres, glaber. *Folia* ensiformia, falcata, vaginantia, canie breviora. *Flores* plerumque tres, in quouis caule. *Pedunculi* longitudine fere germinis, cum illo in *Spatha* diphylia, ventricosa, submembranacea, ovali-acuminata latitantes. *Germe*n femiunciale. *Corolla* supera, monopetala, purpureo-violacea, sexpartita. *Tubus* fere sesquiuncialis e *spatha* eminens: *laciniae* tres erectae, tres deflexae, barbatae. *Stigmata* ex albedo-violacea, glabra.

β. *Pygmaea.* *Leyff.* Fl. Hal. n. 34. β.

Omnibus in partibus minor. *Caulis* vix digitalis, longitudine plerumque foliorum, tri- seu quadriflorus: *floribus* violaceis; *lateralibus* alternis, subsessilibus. *Antherae* duarum linearum longitudine.

Flor. Germ. p. 17. n. 2. *Iris squalens.*

I. corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, petalis deflexis replicatis: erectis emarginatis. *Linn.* Syst. Plant. Tom. I. pag. 106

Similima *Iridi germanicae* et differt praecipue tantum *Corollae laciniis* tribus deflexis barbatis in medio margine replicatis, situratus violaceis, venis albis flavescentibus, in medio coeruleis pictis: *tribus erectis* vt et *stigmatibus* squalide flavis, valde emarginatis.

Flor. Germ. p. 17. n. 3. *Iris pumila.*

I. corollis barbatis, caule foliis breviora unifloro. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 106. *Plan.* Erford. p. 48. *Iacq.* Vind. p. 8.

Chamaeciris minor flore purpureo. *C. Bauh.* pin. p. 33.

Caulis omnium brevissimus, vix germinis longitudine. ad radicem in fundo *Spathae* latitans, uniflorus. *Folia* ensiformia, quatuor seu quinque, basi caulem cum *spatha* vaginantia, triangularia, digitalia. *Spatha* diphylia tubi *corollae* longitudine, subaequalis, apice obtusa, membranacea, pellucida. *Corollae tubus* ratione plantae longissimus, fere biuncialis: *laciniae* vix cimar-

emarginatae. *Antherae* semiunciales. *Stigmata* bifida, acuminata, superne saturatius colorata.

Variat *Caule* altiore, flore purpureo-caeruleo.

Chamaeiris minor, flore purpureo-caeruleo. *C. Bauh.* pin. pag. 33.

Hancce varietatem annis 1776 et 1777. in muro limoso horti cuiusdam prope *Halam Saxonum* obseruavi. *Foliis*, *Caule* constanter unifloro, *partibus* floris et fructificationis exacte conueniebat cum *I. pumila* et diuersa tantum *Corolla* purpureo caerulea, *Caule* biunciali et nonnunquam fere digitali, attamen foliis breuiore.

Obseru. Similis *Iridis germanicae* β . *Pymaeae*, at differt ab illa
1. *Caule* constanter unifloro. 2. *Spatha* duplo longiore, angustiore. 3. *Tube* corollae duplo longiore, in *spatha* latitante. 4. *Antheris* duplo longioribus.

Flor. Germ. p. 17. n. 4. *Iris Pseud-Acorus*.

I. corollis imberbibus, petalis interioribus stigmatibus minoribus, foliis ensiformibus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 107. Dörr. Nass. n. 166. Nonne Erford. p. 11. Plan. Erford. p. 48. Scop. Carn. ed. 2. n. 49. Weig. Fl. Pom. n. 29. Wilke Fl. Gryph. n. 23. Zinn. Gött. p. 92.*

I. imberbis lutea, neruo folii eminente. *Hall. Gött. p. 67.*

I. laciniis corollae interioribus stigmatibus breuioribus. *Böhm. Lipf. n. 3.*

I. palustris lutea. *Berg. Flor. Franc. p. 204. Dill. Gief. p. 79. Rupp. Ien. p. 33.*

Acorus adulterinus. *C. Bauh. pin. p. 34. Buxb. Hal. p. 168.*

Caulis erectus, cubitalis et altior, glaber, ramosus. *Folia* cum ramis alterna, ensiformia, striata, vaginantia, basi amplexicaulia, cubitalia et sesquicubitalia. *Flores* in caule ramisque terminales, breui pedunculo insidentes, basi vaginati *Spathis* lanceolatis. *Corolla* flaua: *lacinae* corollae tres, subrectae, imberbes, stigmatibus minores. *Stigmata* flaua, sesquiuncialia.

Flor. Germ. p. 18. n. 5. *Iris sibirica*.

I. corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule tereti, foliis linearibus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 108. Nonne Erford. p. 11. Plan. Erford. p. 48.*

I. corollis imberbibus, germinibus trigonis. *Böhm.* Lipf. n. 5.

I. pratensis angustifolia humilior. *C. Bauh.* pin. pag. 32.
Berg. Fl. Franc. p. 205. *Rupp.* Ien. p. 32.

I. pratensis angustifolia non foetida, altior. *C. Bauh.* pin. p. 32.
Buxb. Hal. p. 168.

I. angustifolia minor siue panonica versicolor. *Volk.* No-
rimb. p. 230.

I. tenuifolia maior, flore caeruleo et striato. *I. Baub.* hist.
2. p. 728.

Caulis erectus, teres, glaber, bipedalis et altior, triflorus.
Folia linearia, ultra pedem longa, glabra, lineata, basi vagi-
rantia. *Flores* duo longius pedunculati terminali. *Corolla* cae-
rulea, venis saturatoribus picta: *Tubus* brevissimus: *Laciniæ*
ties exteriores maiores, obouatae, pallidiores; tres interiores
paulo minores, saturatius pictae. *Germen* trigonum. *Stigma-
ta* concolaria, pallida, bifida, incisa.

Flor. Germ. p. 18. n. 6. *Iris spuria.*

I. corollis imberbibus, germinibus sexangularibus, caule
tereti, foliis sublinearibus. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 108. *Plan.*
Erford. p. 48. *Iacq.* Austr. Tab. 14.

I. pratensis angustifolia, folio foetido. *C. Bauh.* pin. p. 32.
Hoppe Fl. Ger. p. 15.

I. tenuifolia Michelfeldensis spontanea. *I. Baub.* hist. 2.
pag. 729.

Simillima antecedentis, at differt, 1. *Foliis* paulo latioribus.
2. *Flore infimo* remotiore a superioribus duobus, longiusque pe-
dunculato. 3. *Germine* hexagono.

GLADIOLVS.

Flor. Germ. p. 18. *Gladiolus communis.*

G. foliis ensiformibus distantibus. *Linn.* Syst. Plant. T. I.
p. 100. *Nonne* Erford. p. 51. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 48.

G. floribus vno versu dispositis maior. *C. Bauh.* pin. p. 41.
Berg. Fl. Franc. p. 205.

G. minor, floribus vno versu dispositis. *Buxb.* Hal. p. 140.

Caulis erectus, simplex, teres, glaber. *Folia* ensiformia,
stricta, neruosa, glabra, alterna. *Flores* in racemo longo sim-
plici,

plici, secundo, flexuoso, solitarii, purpurei. *Spatha* diphylla, inaequalis. *Corolla* hians: *Tubus* brevis incuruus: *Laciniae superiores* fere horizontales, conniuentes, latiores: *tres inferiores* depressae, paulo angustiores; *unguibus* longioribus et angustioribus. *Stamina* adscendentia. *Stigma* trifidum, foliaceum, margine crispum.

Variat *Flore* carneo.

Gladiolus carnei coloris. *Berg.* Fl. Franc. p. 205.

* * *Flores inferi.*

P O L Y C N E M V M.

Flor. Germ. p. 18. *Polycnemum aruense.*

P. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 96. *Dörr.* Nass. app. n. 376. *Iacq.* Austr. Tab. 365.

P. caule diffuso; foliis triangularibus. *Willd.* prodr. Fl. Berol. n. 70.

Camphorata hirsuta. *Berg.* Fl. Franc. p. 50.

Camphoratae congener. *C. Bauh.* pin. p. 486.

Chenopodium annuum humifusum, folio breuiore et capillaeo. *Buxb.* Hal. p. 70. *Rupp.* Ien. p. 339.

Anthyllis altera Italarum. *Lob.* Ic. 404.

Radix annua. *Caulis* brevis a basi ramosus. *Rami* procumbentes, subsimplices, pilosi, striati, basi interiore calloso-nodosi. *Folia* triangula, carinata, mucronata. *Flores* axillares, sessiles, solitarii. *Calycis foliola* lanceolata, aristata, corolla longiora. *Petala* quinque ouata, acuminata: duo alterna minora, persistencia. *Stamina* corolla minora. *Germen* subrotundum. *Stylus* bifidus. *Stigmata* capillaria. *Capsula* tenuissima, membranacea, basi demittens *Semen* reniforme, punctatum.

Obseru. *Leers* Flor. Herb. n. 31. constanter duo tantum foliola calycina obseruauit. Alii germanici botanici Corollam pentapetalam pro calyce assumunt et Calycem Linnei pro Foliis aut Bracteis, quod etiam naturae magis conueniens esse credo.

* * * *Flores graminei valuulis glumae calycinae.*

Obseru. *Calamariarum* ordinis *Linnei* naturalis, ad quem per-

pertinent cum aliis nonnullis *Schoenus*, *Cyperus*, *Scirpus*, *Eriophorum* proprius character, in quo omnes huius ordinis plantae conueniunt et praecipue a *Graminum* ordine differunt, foliorum structura nititur. *Folia* enim triangula, canaliculata, carinata, aut teretia, aut raro plana, isthmis intercepta, originem ducunt versus basin e *tubulo* ore obliquo, secundum longitudinem non ditiso, culmum obducente, infra nodos (si adsunt) a culmo producto. Hinc nodi quasi obsoleti et culmus perfoliatus eadunt. In Graminibus e contrario folia basi vaginantia, ortum suum e nodis trahunt, quorum saginae secundum longitudinem diuisae, margine membranaceo culmum inuoluentes et vaginantes, superne ad folia originem *Ligula* plus minus euidenti coronatae. Hinc Culmi magis articulati et nodi eminentiores. Calamariarum folia infima seu radicalia Graminum more plerumque vaginantia.

S C H O E N V S.

Obseru. I. Schoeni character essentialis consistit in squamis spicularum inferioribus pluribus quam duae, sterilibus, calycinis, planiusculis, imbricatis: superioribus paucioribus corollinis, floriferis. Genericus itaque character melius audiret:

Spicula teres, pauciflora. *Glumae* calycis plures, planiusculae, imbricatae. *Corollae* terminales, uniuales.

Obseru. II. Ab hoc genere recedit *Schoenus compressus*, gluma calycina uniualui gaudens. Hinc iure meritoque ab hoc genere remouendus et ad *Scirpum* referendus erit.

Obseru. III. In speciebus nonnullis femina basi fetis praedita sunt.

Flor. Germ. p. 19. n. I. Schoenus *Mariscus*.

S. culmo tereti, foliis margine dorsoque aculeatis. *Lin.* Syft. Plant. T. I. p. 117. *Böhm.* Lips. n. 654. *Nonne* Erford. p. 287. *Plan.* Erford. p. 49. *Timm.* prodr. Fl. Megap. n. 593.

Cyperus longus inodorus germanicus. *C. Bauh.* pin. p. 14.

Cyperus longus inodorus syluestris. *Lob.* Icon. p. 76. *I. Bauh.* hist. 2. p. 503. figurae bonae.

Marifcus. *Hall.* Gött. p. 57. *Zinn.* Gött. p. 80.

Pseudo-Cyperus palustris, foliis et carina ferratis. *Scheuchz.* Agrott. p. 375. Tab. 8. fig. 7 — II.

Radix repens, lignosa, perennis. *Culmus* ad humanam altitudinem accedens, teres, striatus, firmus, articulatus nodosus: *nodis* sublongis, obsoletis, nitidis, glaberrimis. *Folia* sesquipedalia, bipedalia et longiora, lanceolato-lineararia, acuminata, triangula, carinata, margine dorsoque aculeata, striata, basi tubulosa, culmum amplectentia. *Tabulus* ratione longitudinis folii semidigitalis et digitalis, laeviter striatus, glaberrimus. *Panicula* terminalis, pedalis et sesquipedalis, sparsa, laxa, composita, corymbis pedunculatis; inferioribus praecipue remotis. *Spiculae* fuscae in fascicula seu capitula pedunculata congestae, teretes, biflorae. *Glumae calycinae* quinque seu sex, planiusculae, imbricatae. *Corollae* terminales, uniuales, duae, acuminatae, conuolutae. *Stamina* tantum duo, aequalia. *Filamenta* complanata, purpurascens, corolla breuiora, persistens, germine adpressa. *Stylus* brevis, crassiusculus. *Stigmata* plerumque duo. *Semen* in quavis spicula plerumque unicum tantum perfectum, utrinque attenuatum, hinc conuexiusculum, nitidum, bruneum.

Obseru. I. Stamina constanter fere duo. Rarissime autem in vno alteroue flore obseruauit tertium stamen intermedium, imperfectum, duplo minus. Duo tantum Stamina viderunt etiam *Scheuchzerus*, *Hallerus*.

Obseru. II. Setae ad basin feminis nullae, sed earum loca striae sex eleuatae, flauicantes.

Flor. Gerin. p. 19. n. 2. *Schoenus nigricans*.

S. culmo tereti nudo, capitulo ouato, inuolucris diphyllis, valuula altera subulata longa. *Lin.* Syst. Plant. T. I. pag. 118. *Berg.* Fl. Franc. p. 313. *Lacq.* Vind. p. 8. *Timm.* Flor. Me gap. n. 599.

Cyperoides montanum iunceo caule. *Rupp.* Ien. p. 324?

Iunco affinis capitulo glomerato nigricante. *Scheuchz.* Agr. pag. 349. Tab. 7. fig. 13 — 15.

Culmi plures ex vna radice, erecti, pedales et altiotes, teretes, nudi, glaberrimi, enodes basi tubulis foliorum tecti. *Folia* triquetra, acuminata, superne canaliculata. *Capitulum* terminale; solitarium, ouatum, sessile, spiculis tribus ad quinque com-

compositum. *Inuolucrum* diphyllum, glabrum, basi latissimum, nigrum, nitidum, vaginans et capitulum basi arcte amplectens, inaequale: *valvula exterior* maior, abiens in folium triquetrum, canaliculatum, rigidum, vnciale et longius; *interior* minor, capitulo raro longior, itidem abiens in folium antecedenti simile, lineas duas seu tres longum. *Spiculae* ouato-lanceolatae, compressae. *Glumae* muticae, ouato-lanceolatae, concauae, icarinatae, e bruno-nigricantes et splendentes. *Corollae* lanceolatae, acuminatae, carinatae. *Antherae* flavae. *Stigma* trifidum. *Semen* basi fetis destitutum.

Flor. Germ. p. 19. n. 3. *Schoenus fuscus*.

S. culmo triquetro folioso, spiculis subfasciculatis, foliis filiformibus canaliculatis.

S. culmo tereti folioso, spiculis subfasciculatis, foliis filiformibus canaliculatis, *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 119.*

S. spicis gemellis obesis. *Hall. Gött. p. 57. Murr. prodr. Gött. p. 40. Zimm. Gött. p. 79.*

Culmus semipedalis, erectus, neutiquam teres sed triquetus, angulis obtusis. *Folia* filiformia, canaliculata: *radicalia* longitudine totius culmi et nonnunquam longiora; *caulina* breuiora. *Fasciculi* fusci, spiculis coarctatis compositi, ouato-oblongi. *Pedunculus* lateralis duplo breuior terminali, nudus absque inuolucro. *Fasciculi terminales* plerumque duo, breuiter iterum pedicellati: *unico* multo minore, nudo. *Inuolucrum commune* monophyllum, basi vaginans et pedicellos includens, triplo longius inuolucris partialibus, figura foliorum. *Inuolucra partialia* ad fasciculos terminales duo vel tria, inaequalia, setacea, basi latiora. *Calycis glumae* tres seu quatuor, sensim maiores ouatae, concauae, carinatae, acuminatae. *Stamina* tria. *Stylus* bipartitus. *Stigmata* capillaria. *Semina* oboualia, glabra, nitida, basi fetis sex longis praedita, stylo persistente coronata.

Obseru. I. *Halleri* planta in *Ducatu Zellensi* obseruata, absque vlllo dubio eadem est cum *Schoeno fusco*. Descriptio enim optime quadrat et fasciculum florum ouatum, plus minus oblongum, spicam appellat.

Obseru. II. Spiculae a primo rudimento vsque ad seminis maturitatem fuscae apparent.

Obseru. III. Filamenta tria persistentia, semine maturo, fetarum funguntur munere, hinc setae sex apparent, quarum in sensu strictiori tres tantum adsunt.

Flor. Germ. p. 20. n. 5. *Schoenus albus*.

S. culmo subtriquetro folioso, floribus fasciculatis, foliis fetaceis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 122. Berg. Francof. p. 313. Botan. Abhandl. und Beobacht. p. 26. n. 4. Murr. prodr. Gött. p. 40. Scop. Carn. ed. 2. n. 52. Zinn. Gött. p. 79.*

S. locustis albicantibus erectis. *Hall. Gött. p. 57.*

Gramen cyperoides palustre leucanthemum. *Scheuchz. Agrost. p. 503. Tab. II. fig. 11. bona.*

Radix fibrosa, repens. *Culmi* plures, palmares et pedales, foliosi, superne triquetri. *Folia* lineam aut sesquilineam lata, canaliculata, carinata, neruo tenuissimo albicante, acuminata: ficcata conuoluta. *Pedunculi* tres seu quatuor, solitarii, alterni, vnciales et longiores, filiformes, fasciculo florum corymboso terminati. *Pedicelli* non raro ramosi. *Spiculae* lanceolatae, pauciflorae, albae, aetate flauicantes ficcatae saepius fulvae. *Glumae* ouatae tres seu quatuor sensim maiores, acuminatae. *Semen* obouale, basi fetis plerumque denis obuallatum.

Obseru. I. Folia nullo modo sunt fetacea aut filiformia in recenti planta, sed linea plerumque latiora, canaliculata, carinata, ficcata autem conuoluta, filiformia, quo cum consentientem habeo *Scheuchzerum* l. c.

Obseru. II. Florum corymbus ante et post florentiam albus, versus seminis maturitatem autem et in ficcata planta plerumque flauescens aut fuluus euadit, nunquam fulcis.

Obseru. III. Differt a *Schoeno fusco*, cum quo nonnulli coniunxerunt botanici 1. *Foliis* canaliculatis, carinatis, lineae latitudinem aequantibus: nec filiformibus. 2. *Spicularum fasciculis* corymbosis, albis, aetate tantum fuluis: nec ouatis, subspicatis, omni aetate fulcis. 3. *Semine* basi fetis pluribus obuallato.

C Y P E R V S.

Obseru. *Linnaeus* calycem nullum huic generi adscripsit, at re vera ad cuiuscunque *Spiculae* basin adest diphylus exiguus. Hinc generis character ita erit mutandus:

Spicula compressa, disticha, multiflora. *Gluma* bivaluis, membranacea. *Corollae* univalues, alternae, distichae. *Semina* basi nuda.

Flor. Germ. p. 20. n. 1. *Cyperus flauescens*.

C. culmo triquetro, umbella triphylla, pedunculis simplicibus inaequalibus, spicis confertis lanceolatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 1. p. 127. *Nonne* Erford. p. 49. *Plan.* Erford. p. 49. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 53. *Timm* prodr. Fl. Megap. n. 601.

C. culmo triquetro striato, panicula conglobata, spiculis compressis, latis, breuibus dense congestis. *Böhm.* Lips. n. 649.

C. minimus panicula sparsa flauescente. *Scheuchz.* Agrost. p. 385. *Berg.* Flor. Franc. p. 314. *Buxb.* Hal. p. 92. *Dill.* Giesl. p. 164. *Hall.* Goett. p. 55. *Rupp.* Ien. p. 319. *Zinn.* Gött. pag. 78.

Gramen cyperoides minus panicula sparsa subflauescente. *C. Bauh.* pin. p. 6. *Volk.* Norimb. p. 199.

Gramen pulchrum paruum, panicula lata compressa. *I. Bauh.* hist. 2. p. 470.

Culmi plures ex vna radice, basi foliosi, maxima parte nudi, glabri, triquetri. *Folia* triquetra, mucronata, carinata glabra. *Involucra* tria seu quatuor, inaequalia, foliis similia. *Spiculae* fasciculatae, flavae, sessiles, planae, lanceolatae, obtusae. *Gluma* ad basin cuiusque spiculae bivaluis, exigua, membranacea, diaphana, ovata, obtusa, concava. *Corollae* distichae, imbricatae, nauiculares, ovatae, obtusae, dorso carinatae, striatae, neruis eminentioribus. *Semina* subrotunda, brunea, exigua, glabra, basi fetis destituta.

Observ. Punctata semina, de quibus loquitur *Wiggerfus*, ego non obseruare potui.

Flor. Germ. p. 20. n. 2. *Cyperus fuscus*.

C. culmo triquetro nudo, umbella trifida, pedunculis simplicibus inaequalibus, spicis confertis lanceolatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 1. p. 127. *Dörr.* Nass. n. 11. *Iacq.* Vind. p. 9. et 206. *Leers* Herb. n. 33. Tab. 1. fig. 2. *Nonne* Erford. p. 286. *Plan.* Erford. p. 49. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 54. *Timm* prodr. Fl. Megap. n. 602.

C. minimus, panicula sparsa nigricante. *Scheuchz.* Agrost. p. 384. *Berg.* Fl. Franc. p. 314. *Buxb.* Hal. p. 92. *Dill.* Giesf. p. 164. *Rupp.* Ien. p. 319.

C. culmo triquetro striato, panicula ramis inaequalibus composita et sparsa, spiculis confertis mucronatis compressis. *Böhm.* Lipsi. n. 648.

Gramen cyperoides minus panicula sparsa nigricante. *C. Baub.* pin. p. 6. *Volk.* Norimb. p. 199.

Gramen paruum pulchrum aliud, panicula compressa nigricante. *I. Bauh.* hist. 2. p. 471.

Culmi et Folia antecedenti similia. *Glumae calycinae* lanceolatae, membranaceae, acuminatae, neruo dorsali eminentiori. *Spiculae* congestae, lineares. *Corollae* ouatae, atropurpureae, dorso viridi carinatae. *Semen* exacte triquetrum, glabrum, acuminatum basi nudum.

Variat a digitali ad palmarem immo semipedalem altitudinem.

Obseru. Differt ab antecedente 1. *Spiculis* duplo angustioribus. 2. *Glumis* duplo maioribus, lanceolatis, acuminatis. 3. *Corollis* atropurpureis, dorso viridibus, siccatis magis distinctis. 4. *Seminibus* triquetris, acuminatis.

S C I R P V S.

Obseru. *Scirpus Schoeno* proximus et conuenit cum illo corollis vniualuibus et seminibus in plerisque basi setosis. Differt autem florum numero in spica, Calyce et Corollarum figura. Spica enim multiflora. Calyx in omnibus fere speciebus adest quidem sterilis, figura, structura et magnitudine a corollis diuersus, sed vni- seu bialuis. In paucis quibusdam speciebus deesse videtur calyx, quia omnes spiculae squamae staminibus et pistillo gaudent: nihilo tamen minus infimae squamae ob magnitudinem et structuram a corollis plerumque diuersam, euidentius calycis funguntur munere, *Corollae* quidem vniualues, sed imbricatae, concauae, non conuolutae.

Genericus itaque character sequens erit: *Spicula* teres, multiflora. *Gluma calycina* vni- seu bialuis, sterilis aut floriflora. *Corollae* vniualues, imbricatae, concauae, carinatae,

* *Spica vnica.*

Flor. Germ. p. 21. n. 1. *Scirpus palustris.*

S. culmo tereti nudo, spica subouata terminali. *Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 130. Dörr. Nass. n. 27. Leers Herb. n. 34. Tab. 1. fig. 3. Nonne Erford. p. 286. Plan. Erford. p. 49. Scop. Carn. ed. 2. n. 56. Weig. Fl. Pom. n. 30. Wilke Gryph. n. 24.*

S. caule aphylo, spica imbricata tereti. *Hall. Goett. p. 56. Böhm. Lipf. n. 653. Zinn. Goett. p. 78.*

S. capitulo Equifeti maiori. *Scheuchz. Agrost. pag. 360. Berg. Fl. Franc. p. 315. Buxb. Hal. p. 295. Dill. Gief. p. 79. Rupp. Ien. p. 319.*

Iuncus capitulis Equifeti maior. C. Bauh. pin. p. 12.

Iuncus aquaticus minor capitulis Equifeti. Volk. Norimb. pag. 233.

Iuncus capitulis longis siue clauatus. I. Bauh. hist. 2. pag. 523. bona figura.

α. *maior* culmo dodrontali, spica multiflora.

S. caule tereti, spica vnica tereti multiflora. *Leyff. Fl. Hal. n. 42. β.*

Radix teres, articulata, squamata, subrepens. *Culmi* caespitiosi, plerumque bipedales, nudi, erecti, laeues, basi vaginis obtusis vestiti. *Folia* radicalia, culmo simillima, breuiora acuta. *Spica* terminalis, ouato-oblonga, multiflora. *Gluma* bivaluis: *valuis* oppositis, ouatis, obtusis, membranaceis, planiusculis. *Corollae* ouatae, acutae, calyce paulo angustiores. *Antherae* flavae. *Stylus* bifidus. *Semen* orbiculare, basi fetis quatuor corolla breuioribus cinctum.

β. *minor* culmo semipedali, foliis radicalibus aequali, spica pauciflora.

S. caule tereti, spica nuda pauciflora glumis calycinis longiore. *Leyff. Fl. Hal. n. 42. α.*

S. Equifeti capitulo maiori alter. *Scheuchz. Agrost. p. 361.*

Maiori similibus, sed omnibus in partibus minor. *Culmi* sesquidigitales et semipedales, filiformes, teretes. *Folia* radicalia, culmum saepe aequantia aut etiam longiora.

Flor. Germ. p. 21. n. 2. *Scirpus caespitosus.*

S. culmo striato nudo, spica bialui terminali longitudine

calycis, radicibus squamula interstinctis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 131. Scholl. Barb. n. 39. Weig. Fl. Pom. n. 31. Wilk. Flor. Gryph. n. 35.*

S. culmo vnifolio, spica bivalui latiuscula rariore. Hall. Gött. p. 56.

S. montanus duriore caule vnifolio. Rupp. Ien. p. 320. Zimm. Gött. p. 78.

S. montanus capitulo breuiori. Scheuchz. Agrost. p. 363. Tab. 7. fig. 18. Dill. Gies. p. 78.

S. minimus, spica breuiore squamosa spadicea. Scheuchz. Agrost. p. 364. Tab. 7. fig. 19.

Gramen iunceum, cum foliis et spica iunci minus. C. Bauh. pin. p. 6.

Gramen iunceum marinum dense stipitatum. I. Bauh. hist. 2. pag. 509.

Radix articulata, internodiis membrana vestitis. Culmi plures caespitosi, erecti, semidigitales, digitales et paulo altiores, striati, nudi, basi vaginis truncatis vestiti. Spica terminalis, pauciflora, exigua. Gluma bivaluis: valvulis spicam longitudine fere aequantibus illamque basi vaginantibus, concavis, inaequalibus, ouato-lanceolatis, truncatis, dorso apiceque viridibus, striatis, margine bruneis paleaceis, staminibus atque pistillis absque corolla praeditis. Corollae uniuales, lanceolatae, acuminatae, eoncauae, carinatae, margine membranaceae. Antherae lineares, flavae. Stigma trifidum. Semen ouale basi setis flexuosis praeditum.

β. nemorosus culmis filiformibus, pedalis et sesquipedalibus.

Iuncus paruus montanus cum paruis capitulis luteis. I. Bauh. hist. 2. p. 523.

Structura atque figura eadem cum *S. caespitosa* at magnitudine pedali et sesquipedali a solo humido umbroso sine dubio producta differt.

Obseru. I. Infimae duae longitudine spicam fere aequantes illamque basi vaginantes Squamulae, quibus hic Scirpus ab omnibus differt congeneribus, fructificationis partibus plerumque gaudent atque ita Corollae funguntur munere. Ob structuram autem atque figuram a Corollis longe diuersas, non pro corollis sed pro Glumae valvulis haberi debent.

Obseru. II. Cel. Oederi Icon. Tab. 167. ad hanc speciem falso

falso relata, ob infimas Spicae squamas acuminatas et spica multo minores ibidem delineatas huc nullo modo pertinere potest.

Flor. Germ. p. 21. n. 3. *Scirpus Boeotryon*.

S. culmo tereti striato, spica terminali pauciflora bivalui; valuulis ouatis spica brevioribus, margine scariolis: exteriore brevior.

S. culmo tereti striato nudo basi vaginato: vagina truncata, spica terminali pauciflora bivalui: valuulis ouatis spica brevioribus margine scariolis: exteriore brevior. *Timm. prodr. Flor. Mezap. n. 603.*

S. *acicularis*. *Oeder Fl. Dan. Tab. 167.*

S. *sepium*. Verzeichniß aller Gewächse Teutschlandes T. I. p. 136. n. 107.

S. *minus*, capitulo squamoso brevior et crassior fusco. *Scheuchz. Agrost. p. 366. Tab. 7. fig. 21.*

Culmi digitales, sesquidigitales et altiores, tenues, filiformes, teretes, nudi, foliis plerumque longiores, laeviter striati, basi more aliorum scirporum vagina truncata vestiti, saepius incurui. *Spica* exigua, terminalis, subseptemflora: *florifera* lanceolata, acuminata, et bruno nigricans; *fructifera* ovata, obtusa, brunca. *Gluma* bivaluis, spica duplo fere brevior: *valuulis* ouatis, obtusis, margine et apice membranaceis, concavis, carinatis; altera plerumque fertili. *Corollae* glumae similes at paulo breviores magisque membranaceae. *Germina* obovale basi setis nonnullis praeditum.

Observ. I. Plantam ante aliquot annos in *Ducatu Oldenburgico* copiose a me observatam, varietatem putavi *Scirpi caespitosi*, at acuratiore indagine longe diversam inveni a congeneribus. Differt enim a *S. caespitoso* spicae squamis infimis calycinis apice membranaceis, spica duplo minoribus, apice membranaceis: nec in apicem viridem truncatum, culmi similem terminalis, spicam saequantibus longitudine.

Observ. II. *Cel. Oederi Icon. Fl. Dan. Tab. 167.* ad *S. caespitosum* falso relata, optime representat plantam nostram initio efflorescentiae et *Scheuchzeri* figura allegata spicam fructificantem.

Flor. Germ. p. 21. n. 4. *Scirpus capitatus*.

S. culmo tereti nudo setiformi, spica subglobosa terminali. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 132.*

S. caule aphylo. spicis imbricatis subrotundis, glumis obtusis. *Berg.* Flor. Francof. p. 315.

S. capitulis Equiseti crassioribus et habitioribus pumilus et multicaulis. *Rupp.* Ien. p. 319.

Culmus filiformis, palmaris et longior, teres, nudus, laevissime striatus. *Capitulum* terminale, magnitudine seminis. *Cana-bis*, vix longius quam latius. *Gluma* univalvis minima, lanceolata, obtusa, membranacea, lateralis ad infimam Corollam, illaque multuplo brevior. *Corollae* univalves, ovatae, obtusae, concavae, membranaceae, dorso linea viridi notatae. *Stylus* bifidus. *Semen* obovale, flavescens, utrinque attenuatum et bruneum, basi fetis bruneis longioribus flexuosis praeditum.

Flor. Germ. p. 21. n. 5. *Scirpus acicularis*.

S. culmo tereti nudo fetiformi, spica ovata bivalvi, femibus nudis. *Linn.* Syst. Plant. T. 1. p. 132. *Böhm.* Lips. n. 650.

S. minimus capitulis Equiseti. *Dill.* Gief. p. 165.

S. omnium minimus capitulo longiore. *Berg.* Francof. pag. 315. *Buxb.* Hal. p. 296. *Rupp.* Ien. p. 319.

Iuncellus inutilis seu chamaeschoenus. *C. Bauh.* pin. p. 12. *Volk.* Norimb. p. 234.

Culmi plures ex una radice, erecti, fetacei, tenuissimi, teretes, nudi, unciales et biunciales, basi vagina truncata praediti. *Spica* terminalis, minima, ovata, mucronata, e fusco nigricans. *Gluma* bivalvis, spica plerumque duplo brevior, ovata, fertilis. *Corollae* ovatae, acutae. *Semina* basi fetis destituta.

Obseru. *Cel. Mönch* in Enum. plant. Hass. n. 35. Culmum dicit palmarem et spithameum, at nullum tantae magnitudinis mihi exstat exemplum.

Flor. Germ. p. 22. n. 6. *Scirpus fluitans*.

S. culmisteretibus nudis alternis, caule folioso flaccido. *Linn.* Syst. Plant. Tom. I. pag. 132. *Ehrhard* Hannoev. Magazin anno 1780. pag. 209.

S. Equiseti capitulo minori. *Scheuchz.* Agrost. p. 365. Tab. 7. fig. 20.

Juncellus capitulis Equiseti minor et fluitans. C. Bauh. pin. p. 12. prodr. pag. 23.

Plantam nondum vidi. Descriptio e *Scheuchzero* petenda.

* * *Culmo tereti polystachio.*

Scirpus Caricis.

S. culmo subnudo subtriquetro, spica disticha, calyce monophyllo. Leyff. Flor. Halens. n. 46. Willdenow prodr. Berol. n. 74.

S. planifolius spica disticha. Hall. Goett. pag. 56.

Schoenus compressus culmo subtriquetro nudo, spica disticha, involucro monophyllo. Flor. Germ. pag. 19. n. 4. Linn. Syst. Plant. Tom. I. pag. 121. Doerr. Nass. n. 26. Leers Herborn. n. 32. Tab. I. fig. I. Pollich palat. n. 38. fig. 2. optima. Timm. Fl. Megap. n. 600.

Carex montanus spica compressa disticha. Rupp. Ien. p. 324.

Gramen cyperoides spica simplici compressa disticha. *Scheuchz.* Agrost. p. 490. Tab. II. fig. 6. mala.

Radix repens, articulata, fibrosa. *Culmus* digitalis, palmaris et nonnunquam altior, erectus, inferne foliosus, infra medium nudus, teretiusculus, laevis, infra spicam triqueter, scaber. *Folia radicalia* brevia, vaginis folio longioribus, margine membranaceis, vaginantibus praedita: *culmea* canaliculata, patentia, laevia, tenuissime striata, margine retrorsum scabriuscula, basi tubulosa: *superiora* culmum florentem superantia. *Involucrum* monophyllum, basi latiusculum, infimam spiculam supra medium amplectens, abiens in folium setaceum, triquetrum, scabrum, spica vix longius *spicae rachis* flexuosa, compressa. *Spiculae* decem ad duodecim, ferrugineae, alternae, distichae, plerumque octoflorae, ovato-oblongae, sessiles. *Gluma* monophylla, lato-lanceolata, brunea, splendens, convexa, carinata. *Corollae* planiusculae, sublanceolatae. *Filamenta* supra antheras in mucronem producta. *Stigma* bifidum, pubescens. *Semen* triquetrum, fetis sex scabris basi obvallatum.

Obseru. *Scheuchzeri* descriptio l. c. bona at figura naturae minus conueniens. Spicam enim representat, ob spiculas

las remotas, nimis laxam, quae tamen spiculis gaudet approximatis sese contingentibus.

Flor. Germ. p. 22. n. 7. *Scirpus lacustris*.

S. culmo tereti nudo, spicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. *Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 132. Dörr. Nass. n. 27. Nonne Erford. p. 286. Plan. Erford. p. 49. Pollich. palat. n. 46. Scop. Carn. ed. 2. n. 59. Weig. Fl. Pom. n. 37. Wilke Fl. Gryph. n. 26.*

S. palustris altissimus. *Berg. Fl. Francof. p. 314. Buxb. Hal. p. 295. Dill. Gief. p. 105. Rupp. Ien. p. 319. Scheuchz. Agrost. p. 354.*

S. teres panicula sub apice culmi ramosa. *Hall. Gött. pag. 56. Böhm. Lips. n. 652. Zinn. Gött. p. 78.*

Iuncus maximus seu scirpus maior. C. Bauh. pin. p. 12.

Iuncus maximus holoschoenus. Joh. Bauh. hist. 2. pag. 522, fig. bona. Volk. Norimb. p. 233.

β. minor involucris duobus rigidioribus magisque pungentibus. Flor. Germ. l. c.

Scirpus palustris humilior. Scheuchz. Agrost. p. 356. Willd. prodr. Berol. n. 75. β.

Iuncus sylvaticus. Pollich palat. n. 46. β.

Iuncus sive scirpus medius. C. Bauh. pin. p. 12.

Radix crassa longe lateque repens. Culmus ad duodecim pedes altus, teres glaberrimus. Folia ad radicem nonnulla, brevia, rigida, acuminata. Panicula terminalis. Involucrum diphyllum: altero multo longiore. Pedunculi semiteretes, fasciculati. Spiculae subsessiles, fasciculatae, in pedunculis terminales, teretes, oblongae. Infima spicularum squama sterilis, calycina, in acutum mucronem terminata, dorso carinata. Corollae ovatae, dorso nervo eminentiori praeditae, trifidae. Semen subrotundum, ventricosum, basi fetis cinctum.

β. Differt 1. Culmo raro ultra bipedali, e viridi glauco. 2. Paniculae involucris duobus rigidioribus magisque pungentibus. 3. Pedunculis longioribus, divaricatis, plerumque recurvis. 4. Spiculis ovatis brevioribus, nitidis.

Flor. Germ. p. 22. n. 8. *Scirpus Holoschoenus*.

S. culmo tereti nudo, spicis subglobosis glomeratis pedunculatis, pedunculo diphylo inaequali mucronato. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 133. Jacq. Vind. p. 10. Scop. Carn. ed. 2. n. 61. Oeder Flor. Dan. Tab. 454. Scirpoides maritimum capitulis sparsis glomeratis. Scheuchz. Agrost. p. 371. Tab. 8. fig. 2—5.*

Iuncus acutus maritimus capitulis rotundis. *C. Bauh. pin. p. 11.*

Plantam nondum vidi.

Flor. Germ. p. 22. n. 9. *Scirpus fetaceus*.

S. culmo nudo fetaceo, spica terminali sessili. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 134. Dörr. Nass. n. 27. Leers Herborn. n. 35. Tab. I. fig. 6. Nonne Erford. p. 287. Plan. Erford. p. 50. Scop. Carn. ed. 2. n. 62.*

S. omnium minimus capitulo breviori. *Berg. Fl. Franc. p. 315. Buxb. Hal. p. 296. Rupp. Ien. p. 319. Scheuchz. Agrost. p. 358.*

S. foliaceus humilis. *Dill. Gief. p. 158.*

Gramen iunceum minimum, capite squamoso. *C. Bauh. pin. p. 6. prodr. pag. 13.*

Culmi fetacei, erecti, ab unciali ad digitalem magnitudinem, teretes, mucronati. Folia ad radicem fetacea, canaliculata. Spiculae aut solitariae aut duae, raro tres, sessiles, aut breviter pedunculatae, infra apicem culmi rectum, acutum prodeuntes, ovatae, exiguae. Gluma univalvis, corollis similis, at longius mucronata, sterilis aut nonnunquam fertilis. Corollae ovatae, carinatae, dorso virides. Semen hinc conuexum, striatum, inde planum, basi fetis destitutum.

Variat *Culmo* pedali et longiore.

Scirpus foliaceus elatior et sylvaticus. Dill. Gief. pag. 163. et app. pag. 64.

Omissus in Flora Germ. *Scirpus supinus*.

S. culmo tereti nudo, spicis sessilibus in medio culmo glomeratis. *Linn. Syst. Veget. p. 99. Syst. Plant. Tom. I. p. 134.*

Specimina mea anno 1778. ab amico dilectiff. Müllero S. S. Th. ministro Zichauienfi accepi, qui prope *Prenzlo* in *Marchia* huncce scirpum copiose legit.

Culmi sesquidigitales et palmares, teretes, filiformes, striati, basi foliis brevibus praediti, apice recurvi, obtusi. *Spiculae* tres, quatuor aut quinque sessiles, aut una alterave brevissime pedunculata, e culmo supra medium prodeuntes, ovato-oblongae, teretes. *Gluma* univalvis, concava, carinata, fertilis, mucrone fetaceo viridi terminata. *Corollae* ovatae, acuminatae, concavae, margine bruniusculae, dorso virides. *Semen* exiguum, nigrum, trigonum, rugosum, utrinque obtusum, nudum seu fetis destitutum.

Obferu. Differt ab antecedente cum quo coniunxerunt nonnulli botanici I. *Culmis* triplo vel quadruplo crassioribus, apice paululum recurvis, obtusis, supra medium spiculas proferentibus: nec fetaceis, apice acutis, rectis, spiculas sub apice producentibus. 2. *Spiculis* pluribus, duplo vel triplo maioribus. 3. *Seminibus* trigonis, rugosis.

* * * *Culmo triquetro. Panicula nuda.*

Flor. Germ. p. 23. n. 10. *Scirpus triqueter.*

S. culmo triquetro nudo, spicis subsessilibus pedunculatisque mucronem aequantibus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 135. Botan. Abhandl. und Beobacht. pag. 8. b.*

S. mucronatus. Poll. palat. n. 48.

Culmus pedalis, bipedalis et nonnunquam altior, solitarius, nudus, triangularis, striatus: *angulis* obtusis. *Folium* ad basin culmi breve, triquetrum, acuminatum, tubulo longissimo membranaceo praeditum. *Panicula* lateralis, infra apicem culmi, spiculis centralibus sessilibus et peripheriae pedunculatis composita. *Pedunculi* canaliculati, culmi mucrone plerumque breviores, incurvi. *Spiculae* ovatae, obtusae, in pedunculis sessiles. *Gluma* univalvis, corollis similis sterilis. *Corollae* ovatae, acuminatae, concavae. *Semina* nitida, ovato-subrotunda, hinc convexa ventricosa, inde plana, basi fetis complanatis persistentibus praedita.

Obferu. I. Culmi mucro supra paniculam semper in nostris regionibus erectus et longior pedunculis.

Obferu. II. Pollichii descriptio *Scirpi mucronati* optime ad nostram plantam quadrat.

Flor. Germ. p. 23. n. II. *Scirpus mucronatus*.

S. culmo triangulo nudo acuminato, spicis conglomeratis sessilibus lateralibus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 135. Botan. Abhandl. und Beobachtungen pag. 7. a. Jacq. Vind. p. 10. Scop. Carn. ed. 2. n. 60. Scirpo-Cyperus panicula glomerata, e spicis imbricatis composita. Scheuchz. Agrost. p. 404. Tab. 9. fig. 14. optima.*

Juncus acutus maritimus caule triangulo. *C. Bauh. pin. p. 11. prodr. p. 22. fig. bona.*

Culmus antecedentis finilis, sed anguli arguti. *Mucro* supra paniculam simplicem glomeratam rectus, triangulus, canaliculatus, digiti minimi longitudinem raro superans. *Spiculae* oblongae, acuminatae, sessiles, duplo fere longiores quam in antecedente. *Gluma* univalvis duplo fere maior Corollis longiusque mucronata, sterilis. *Filamenta* complanata.

* * * * *Culmo triquetro. Panicula foliacea.*

Flor. Germ. p. 23. n. 12. *Scirpus maritimus*.

S. culmo triquetro, panicula conglobata foliacea, spicularum squamis trifidis: intermedia subulata. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 138. Dörr. Nass. n. 27. Jacq. Vind. p. 10. Nonne Erf. p. 287. Plan. Erford. p. 50. Scop. Carn. ed. 2. n. 57. Weig. Fl. Pom. n. 33. Wilke Fl. Gryph. n. 27.*

S. planifolius, spicis obesis foliis infidentibus. *Hall. Goett. p. 55. Zinn. Gött. p. 78.*

Cyperus rotundus inodorus germanicus. *C. Bauh. pin. p. 14. prodr. p. 24. Rupp. Ien. p. 318.*

α. *Spiculis sessilibus.* *Scop. Carn. l. c. var. I. Leyff. Flor. Halens. n. 47. α.*

Cyperus panicula sparsa, e spiculis longioribus tenuioribus composita. *Scheuchz. Agrost. p. 398. Tab. 9. fig. 7. 8.*

Cyperus vulgatior panicula sparsa. *Berg. Flor. Francof. p. 314. Buxb. Hal. p. 92.*

Gramen cyperoides panicula sparfa. C. Bauh. pin. p. 6.
Linn. l. c. δ.

Gramen cyperoides vulgatius aquaticum. Joh. Bauh. hist. 2.
P. 495.

β. *spiculis sessilibus pedunculatisque*. Scop. Carn. l. c. var.
3. Leyff. Flor. Halent. l. c. β.

Cyperus panicula compacta e spicis teretibus crassioribus composita. Scheuchz. Agrost. p. 400. Tab. 9. fig. 9. 10. Linn. l. c. V. Pollich palat. n. 49. β.

Radix bulbosa, subrotunda, culmos plures proferens, pedales et paulo altiores triquetros ad medium fere foliosos. *Folia* rigida, carinata, striata, margine retrorsum scabra, mucronata. *Panicula* terminalis, conglobata. *Involucra* foliis similia. *Spiculae* fasciculatae tres seu quatuor, sessiles ovato-oblongae, teretes. *Gluma* univalvis, corollis maior longiusque mucronata, sterilis. *Corollae* ovatae, tridentatae: *dente intermedio* subulato. *Semen* basi aristis cinctum.

α. Differt. *Radice* fibrosa. *Culmis* bipedalibus et altioribus. *Foliis* longioribus. *Panicula* composita *spiculis centralibus* pluribus conglobatis sessilibus; *lateralibus* in pedunculo communi longo etiam conglobatis, plerumque tribus, sessilibus: omnibus oblongis.

β) Differt *Radice* itidem fibrosa. *Culmis* tri- vel quadri-pedalibus. *Foliis* pedalibus et bipedalibus. *Panicula* maiore, pedunculis longioribus composita. *Spiculis* sessilibus pedunculatisque.

Obseru. Onnes conveniunt spicularum squamis tridentatis: dente intermedio subulato.

Flor. Germ. p. 23. n. 12. *Scirpus sylvaticus*.

S. culmo triquetro folioso, umbella foliacea, pedunculis nudis supradecompositis, spicis confertis. Linn. Syst. Plant. Tom. I. p. 139. Dörr. Nass. n. . Grimm. Isen. p. 359. Jacq. Vind. p. 10. Leers Herborn. n. 47. Tab. I. fig. 4. Scop. Carn. ed. 2. n. 58. Weig. Flor. Poin. n. 34. Wilke Fl. Gryph. n. 28.

S. planifolius, caute triquetro, panicula foliis insidente. Hall. Gött. p. 56. Berg. Fl. Francof. p. 315. Böhm. Lips. n. 651. Zinn. Goett. p. 78.

Cyperus gramineus. *I. Bauh.* hist. 2. p. 504. *Buxb. Hal.* p. 92. *Dill. Gies.* p. 86.

Gramen cyperoides miliaceum. *C. Bauh.* pin. p. 6.

Culmus plerumque bipedalis erectus, subtrigonus, foliosus. *Folia* latissima marginibus carinaque hispida. *Inuolucra communia* foliis similia: *partialia* membranacea. *Umbella* supradecomposita. *Pedunculi* inaequales, subtrigoni, ad basin vaginati, bracteati. *Spiculae* exiguae, ouatae, solitariae et confertae. sessiles et pedicellatae. *Gluma* bialuis, spicula paulo breuior, membranacea, ouata, carinata. *Corollae* ouatae, exiguae, mucronatae. *Semen* exiguum, ouale, vtrinque attenuatum, basi setis quatuor seu sex cinctum.

† † † †

Cel. *Gmelin* in Enum. plant. Tubing. pag. 14. nouam speciem obseruauit, in pratis *Lustnauiensibus* versus *Kirchhemium* habitantem, quam dicit:

Scirpum culmo triquetro polytachio, panicula foliacea diffusa, foliis alternis.

S. *Gmelini* Verzeichniss aller Gewächse Teutschl. Tom. I. pag. 138. n. 109.

ERIOPHORVM.

Obseru. Genericus character consistit in lana longissima semen cingente.

Flor. Germ. p. 24. n. 1. *Eriophorum vaginatum.*

E. culmis vaginatis teretibus, spica scariosa. *Linn. Syst. Plant.* T. I. p. 142. *Nonne Erford.* p. 288. *Plan. Erford.* p. 50. *Weig.* Flor. Pom. n. 35. *Wilke Fl. Gryph.* n. 29.

Linagrostis vaginata. *Scop. Carn. ed. 2. n. 64.*

Linagrostis syluestris spica simplici. *Rupp. Ien.* p. 325.

Linagrostis foliis teretibus spica subrotunda vnica. *Hall.* Gött. p. 56. *Berg. Fl. Franc.* p. 316.

Linagrostis alpina. *Hall. It. Harcyn.* p. 50.

Gramen tomentosum alpinum et minus. *C. Bauh.* pin. p. 5. prodr. p. 10.

Juncus alpinus capitulo lanuginoso seu Schoeno-Lagurus. *C. Bauh.* pin. p. 12. prodr. p. 23. *Scheuchz. Agrost.* p. 302. Tab. 7. fig. 1. et app. *Agrost.* Tab. 7. fig. 1. 2. optimae,

Juncus alpinus cum cauda leporina. *I. Baub. hist. 2. pag. 514. bona.*

Culmi plures ex vna radice pedales et sesquipedales, obsolete triquetri. *Folia* subulata, rigida, triquetra: *culmea* beneiffima, obtusa, *tubulo* longissimo, superne dilatato praedita. *Spica* terminalis, ouata, coloris plumbei. *Inuolucrum* nullum. *Glumae* plures, lanceolatae, acuminatae, integerrimae, dorso neruo albicante praeditae. *Semen* trigonum, apice dilatatum.

Obferu. Conuenit quoad squamas plures calycinas cum *Schoe-no*, at differt Corollis planis atque feminum lana longissima.

Flor. Germ. p. 24. n. 2. *Eriophorum polyftachium.*

E. culmis teretibus, foliis planis, spicis pedunculatis. *Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 143. Dörr. Nass. n. 14. Leers Herborn. n. 37. Tab. 1. f. 5. Jacq. Vind. p. 10. Nonne Erford. p. 288. Plan. Erford. p. 50. Weig. Fl. Pom. n. 36. Wilke Fl. Gryph. n. 30.*

Linagroftis polyftachia. *Scop. Carn. ed. 2. n. 66.*

Linagroftis panicula ampliore et minore. *Berg. Fl. Franc. p. 316. Dill. Gief. p. 48. Scheuchz. Agrost. p. 306.*

Linagroftis foliis planis, spicis multiplicibus. *Hall. Gött. p. 56. Böhm. Lipf. n. 655. Zinn. Gött. p. 79.*

Linagroftis spica multiplici. *Rupp. Ien. p. 325.*

Gramen pratense tomentosum panicula sparsa. *C. Baub. pin. p. 4. Volk. Norimb. p. 198.*

Culmi obsolete triquetri. *Folia* plana culmo duplo latiora, carinata, margine et carina scabriuscula. *Panicula* terminalis. *Inuolucrum* monophyllum, basi tubulosum, membranaceum, panicula plerumque breuius: *partialia* paleacea, acuminata. *Pedunculi* inaequales longitudine, compressiusculi. *Spiculae* ouatae, nigricantes, pendulae. *Gluma* vniualuis, corollis maior, lanceolata, obtusa, fertilis. *Corollae* vniualues, lanceolatae, acuminatae. *Seminum pappus* vnciali fere longitudine.

Variat *Spiculis* minoribus.

Obferu. *Folia* ficcata etiam plana manent.

Flor. Germ. p. 24. n. 3. *Eriophorum angustifolium.*

E. culmis teretibus, foliis canaliculato-triquetris, spicis pedunculatis.

Linagrostis palustris angustifolia, panicula sparsa, pappo rariore. *Scheuchz.* Agrost. p. 308.

Differt ab antecedente cui similis 1. *Foliis* angustioribus latitudine fere culmi, canaliculato-triquetris, multo longioribus, versus apicem emarcidis, siccatis complicatis. 2. *Involucro communi* panicula longiore. 3. *Panicula florente* magis conglobata. 4. *Spiculis* magis erectis.

Flor. Germ. p. 24. n. 4. *Eriophorum alpinum*.

E. culmis nudis triquetris, spica pappo breuiore. *Lim.* Syst. Plant. T. I. p. 144.

Linagrostis alpina. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 65.

Linagrostis iunceae alpina, capitulo paruo, tomento rariore. *Scheuchz.* Agrost. p. 305. Tab. 7. fig. 4.

Iuncus alpinus bombycinus. *C. Bauh.* pin. p. 12. prodr. p. 6. *Scheuchz.* Agrost. append. Tab. 8. optima.

Culmi plures ex vna radice, caespitosi, filiformes, triquetri, digitales, palmares, pedales, nudi, basi foliis breuissimis, triquetris, obtusis, vix lineae longitudinem superantibus, tubulis longioribus paleaceis praediti. *Spica* terminalis, exigua, lanceolata, pauciflora. *Gluma* biualuis, margine membranacea, spica paulo breuior: *valvula exterior* vaginans alteram cum spica, mucrone obtuso viridi foliis simili terminata; *interior* latior, mucrone exiguo viridi praedita. *Corollae* oblongae, obtusae, membranaceae, concauae, bruniusculae. *Seminum pappus* candidissimus, subflexuosus.

Observ. I. Florescentiae initio planta haec pulchella *Scirpo caespitoso* simillima et non nisi Culmo triquetro discernitur. Post florescentiam autem Seminum pappus candidissimus semiuncialis et fere uncialis, penicillum representans, ante oculos ponit differentiam.

Observ. II. Differt ab *Eriophoro vaginato*. 1. *Culmo* triquetro, filiformi, nudo absque tubulis dilatatis. 2. *Spica* lanceolata, multo minore, pauciflora. 3. *Gluma* biualui, paulo minore spica. 4. *Semine* acuminato.

Observ. III. *Eriophorum polystachium, angustifolium* et *alpinum* quoad *Glumas Scirpi* generi proxima sunt.

N A R D U S.

Obferu. *Nardi* genus quoad structuram partium floris et fructificationis nec non foliorum graminibus proximum est, et quidem praecipue ob Ligulae praesentiam et folia omnia, excepto vnico culmeo, vaginantia non tubulosa.

Flor. Germ. p. 25. *Nardus stricta.*

N. spica setacea recta, secunda. *Linn.* Syft. Plant. T. 1. p. 144. *Berg.* Fl. Francof. p. 316. *Böhm.* Lips. n. 598. *Hall.* Gött. p. 41. *Iacq.* Vind. p. 10. *Leers* Herborn. n. 38. Tab. 1. fig. 7. *Nonne* Erford. p. 272. *Plan.* Erford. p. 50. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 67. *Timm* prodr. Fl. Megap. n. 612. *Weig.* Fl. Pom. n. 37. *Zinn.* Gött. p. 59.

Gramen sparteum iuncifolium. *C. Bauh.* pin. p. 5. *Dill.* Gies. p. 86. *Rupp.* Ien. p. 307.

Spartum paruum *Lobelio.* *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 513.

Radix repens fibrosa culmos quam plurimos densissimos producens palmares, pedales, filiformes, maxima ex parte nudos, ad radicem geniculatos proferens. *Folia* fasciculata, setacea, striata, superne canaliculata: *radicalia* et *culmea inferiora* vaginantia; *summum culmeum* non vaginans, sed basi tubulosum. *Ligula* ovata, breuis, dentata. *Spica* secunda, disticha, florens teres, contracta. *Corollae* violaceae, biualues, pubescentes, alternac: *valvula* exteriore maiori, aristata.

L Y G E U M.

Flor. Germ. p. 25. *Lygeum spartum.*

Linn. Syft. Plant. T. 1. p. 145. *Loefling* Reiseb. nach den span. Länd. pag. 365. Tab. 2.

Gramen spicatum spartum, spica sericea ex utriculo prodeunte. *Rupp.* Ien. p. 307.

Gramen spartum secundum, panicula breui folliculo inclusa. *C. Bauh.* pin. p. 5.

Gramen sparteum secundum *Clusio.* *Ioh. Bauh.* hist. 2. pag. 511.

Plantam nunquam vidi, sed e *Loeflingii* descriptione nonnulla adducam.

Radix repens. *Culmi* caespitosi, filiformes, subnudi. *Folia* caespitosa, tereti-filiformia, convoluta seu conduplicata, striata. *Flos* unicus, terminalis. *Calyx* *spatha* convoluta. *Corollae* duae, superae, bivalves: *valvulis exterioribus* lanceolatis: *interioribus* duplo longioribus, linearibus, approximatis. *Germen* duplex, crusta communi dura, extus hirsutissima, tectum. *Stylus* e singulo germine solitarius. *Stigma* simplex. *Nux* oblonga, hirsutissima, corollis aridis persistentibus coronata. *Semina* solitaria, glabra, nuci semper inclusa.

D I G Y N I A.

GRAMINA.

* *Calycibus unifloris.*

PHALARIS.

Obferu. *Phalaris* ab omnibus graminum generibus discernitur. Glumis flore maioribus evidentius carinatis, aequalibus, corollam includentibus.

Flor. Germ. p. 25. n. 1. *Phalaris canariensis.*

P. panicula subovata spiciformi, glumis carinatis. *Lim.* Syft. Plant. T. 1. p. 148. *Böhm.* Lipf. n. 599. *Leers* Herborn. n. 48. Tab. 7. fig. 3. *Nonne* Erford. p. 272. *Plan.* Erford. p. 51. *Zimm.* Gött. Herbar. viv. Plant. offic. fasc. 8. No. 10.

P. maior femine albo. *C. Bauh.* pin. p. 28.

Gramen spicatum femine miliaceo albo. *Buxb.* Hal. p. 147. *Rupp.* Ien. p. 307.

Panicula densissima, spiciformis. *Calyx* duplex. *Gluma exterior* bivalvis, maxima, lineis viridibus pulcherrime picta, membrana carinali aucta, corolla maior: *interior* corolla duplo minor, bivalvis, carinata lanceolata, hirsuta. *Corolla* hirsuta, bivalvis. *Semen* nitidissimum, compressiusculum vtrinque attenuatum.

Variat *Semine* nigro.

Phalaris maior femine nigro. *C. Bauh.* pin. p. 28.
Gra-

Gramen spicatum, semine miliaceo nigro. *Buxb.*
Hal. p. 147.

Flor. Germ. p. 26. n. 2. *Phalaris phleoides.*

P. panicula cylindrica spiciformi glabra passim vivipara.
Linn. Syft. Plant. T. I. p. 149. *Berg.* Fl. Franc. p. 317. *Grimm.*
Iten. p. 261. *Weig.* Fl. Pom. n. 38. *Wilke* Fl. Gryph. n. 31.
Zimm., Göt. p. 60. *Timm* prodr. Fl. Megap. n. 613.

Phleum supremi folii vagina ventricosa, panicula spicatata
cylindrica, locustis aristatatis. *Böhm.* Fl. Lips. n. 602.

Gramen typhoides asperum primum. *C. Baub.* pin. p. 4.
Dill. Gies. p. 114. *Scheuchz.* Agrost. p. 61.

Gramen spicatum spica cylindrica tenuiore longa. *Rupp.* Ien.
p. 308.

Gramen cum cauda muris minus. *I. Baub.* hist. 2. p. 471.
fig. bona.

Culmi fasciculati, erecti, raro pedales. *Folia* plana, lineata.
Ligula lanceolata, acuminata. *Panicula* spicata vncialis et
semidigitalis, cylindrica sesquilineam vel duas lineas lata, racemulis
densis multifloris composita. *Spiculae* exiguae, compressae,
versus apicem latiores, bicornes, emarginatae. *Gluma* glabra,
aequalis, angulosa, dorso carinata, sub apice ventricosa.
Corollae glabrae. *Semen* exiguum, viridescens.

Variat 1. *Culmo* ramofo.

Obseru. Hancce varietatem *Pollicibus* obseruauit
in agris inter *Frankfurt* et *Friedberg* vix digitali
longitudine.

2. *Spiculis* viuiparis.

Gramen thyphoides spica purpurascente foliacea.
Scheuchz. Agrost. p. 67. *Pollich.* l. c.

Flor. Germ. p. 26. n. 3. *Phalaris arundinacea.*

P. panicula oblonga ventricosa ampla. *Linn.* Syft. Plant. T.
I. p. 150. *Berg.* Fl. Franc. p. 317. *Böhm.* Lips. n. 600. *Dörr.*
Nass. n. 23. *Iacq.* Vind. p. 12. *Leers* Herb. n. 49 Tab. 7.
fig. 3. *Nonne* Erford. p. 273. *Plan.* Erford. p. 51. *Weig.*
Flor. Pom. n. 38. *Zimm., Göt.* p. 60.

Gramen paniculatum aquaticum phalaridis femine. *Scheuchz. Agrost. p. 126. Hall. Gött. p. 46. Rupp. Ien. p. 314.*

Gramen arundinaceum spicatum. *C. Bauh. pin. p. 6.*

Gramen arundinaceum acerosa gluma. *Dill. Gief. p. 129.*

Gramen arundinaceum minus cum spica. *I. Bauh. hist. 2. p. 481.*

Culmus firmus, laevis. *Folia* plana. *Ligula* magna incisa. *Panicula* contracta, spiciformis, semipedalis, florens ventricosa, varie colorata. *Gluma* pubescens, acuminata. *Corolla* versus basin pilosa. *Styli* versus basin connati. *Nectaria* duo, lanceolato-acuminata, margine exteriori unidentata. *Semen* nitidissimum, vix basi pilosum.

Variat 1. *Culmo* ramoso.

2. *Foliis* latioribus.

Gramen paniculatum aquaticum latifolium. *C. Bauh. pin. p. 3. Berg. Fl. Franc. p. 317, Rupp. Ien. p. 313. Volk. Norimb. p. 197.*

3. *Foliis* ex albo variegatis.

Phalaris picta. *Linn. Syst. Plant. l. c. β.*

Gramen paniculatum folio variegato. *C. Bauh. pin. p. 3. Dörr. Nass. n. 23. β.*

Gramen paniculatum aquaticum Phalaridis femine, folio variegato. *Scheuchz. Agrost. p. 127.*

4. *Spiculis* viviparis. *Leers* Herborn. l. c.

5. *Seminibus* nigricantibus.

Flor. Germ. p. 26. n. 4. *Phalaris oryzoides.*

P. panicula effusa glumarum carinis ciliatis. *Linn. Syst. Plant. Tom. I. p. 151. Jacq. Vind. p. 12. et 206. Elwert Flor. Marggraf. Baruthin. p. 7.*

Ehrhartia clandestina. *Wigg. prim. Fl. Holst. p. 64.*

Homalocenchrus oryzoides. *Pollich palat. n. 56.*

Culmus ramosus, bipedalis. *Nodi* pilosissimi. *Folia* aspera. *Ligula* parva. *Vaginae* striatae, retrorsum scaberrimae. *Panicula* ramosa, primum contracta et in vagina folii summi maxima ex parte latitans, demum divaricata. *Flores* breuiter pedunculati. *Gluma* bivalvis, compressa, obtusa, dorso carinata, ciliata: *vallula*.

valva exterior femilunari; *interiore* duplo angustiore, lanceolata. *Corolla* nulla. *Semen* ovale, compressum nigricans in calyce clauso latitans.

Observ. I. Ab omnibus graminibus differt Calyce semper clauso.

Observ. II. Calyx univalvis, quem vidit *Wiggerfus*, nunquam observatur, sed semper bivalvis: valvula altera angustiore. Nec stamina germi inposita, uti videbantur *Wiggerfio*, observare potui.

Observ. III. Ob defectum *Corollae* atque structuram Calycis sane singularem non immerito *Pollichius* et *Wiggerfus* a *Phalaride* remouerunt et proprium genus constituerunt.

P A N I C U M.

Flor. Germ. p. 26. n. 1. *Panicum verticillatum.*

P. spica verticillata, racemulis quaternis, involucellis unifloris bifetis, culmis diffusis. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 153. *Nonne* Erford. p. 274. *Plan.* Erford. p. 51.

P. vulgare spica simplici et aspera. *Berg.* Flor. Francof. p. 318. *Rupp.* Jen. p. 304.

P. spica composita aristis spica longioribus. *Böhm.* Lips. n. 605. *Zinn.* Gött. p. 61.

Gramen paniceum spica aspera. *C. Bauh.* pin. p. 8. *Buxb.* Hal. p. 148. *Dill.* Gies. append. p. 5. *Hall.* Goett. p. 51. *Scheuchz.* Agrost. p. 47.

Gramen geniculatum Tabern. *I. Bauh.* hist. 2. p. 469.

Culmus fere sesquipedalis, firmus, plerumque ramosus. *Folia* saepe ad basin undulata. *Ligulae* loco pili breues. *Vaginae* margine ciliatae. *Panicula* spicata, cylindrica, basi saepe interrupta. *Pedunculi* verticillati, densissimi, racemosi, elongati. *Spiculae* congestae, basi fetis plerumque duabus (raro solitaria) longioribus retrorsum scaberrimis praeditae.

Flor. Germ. p. 27. n. 2. *Panicum viride.*

P. spica tereti, involucellis unifloris trifetis inermibus.

Obferu. *Panicum viride* Linnei cum fynonymis in Flora Germanica falfo adductis, ad speciem fequentem pertinet.

Culmus debilis, palmaris, pedalis, ramosus. *Ligulae* loco pili breues. *Panicula* denfe fpicata, vncialis aut biuncialis, teres, crassitie fere aequalis, laete viridis. *Pedunculi* breuiffimi, alterni, flores quatuor feu quinque breuiffime iterum pedicellatos conglomeratos gerentes. Ad basin pedicelli cuiuscunque *scilicet* tres (raro folitaria) longitudine fere aequales, fe briufculae, pedicellum cum flosculo fuperantes, pallidiores. *Semen* ouale, ftriato-fulcatum.

Obferu. I. Pedunculus unus aut alter in fpicularum fasciculo, feta folitaria aut nulla gaudet.

Obferu. II. Differt ab antecedente 1. *Culmo* debiliore. 2. *Foliis* tenuioribus. angustioribus. 3. *Spica* angustiore, minus ventricofa. 4. *Spiculis* conglomeratis, nec racemofis. 5. *Inuolucellis* longioribus plerumque trifetis, minus feabris.

Obferu. III. Ob pedicellos breuiffimos maximeque approximatos inuolucella quam difficillime et non nifi ante plenariam florefcentiam rite funt diftinguenda.

Flor. Germ. p. 27. n. 3. *Panicum glaucum*.

P. spica tereti, inuolucellis bifloris fasciculato-pilofis, feminibus undulato-rugofis. *Linn. Sylt. Plant. T. 1. p. 153. Zinn. Goett. p. 61.*

P. viride. Pollich palat. n. 58.

P. cynosuroides. Scop. Carn. ed. 2. n. 68.

P. spica tereti inuolucellis bifloris fasciculato-pilofis, feminibus transversim rugofis, culmo erecto. *Willd. prodr. Berol. n. 122.*

Gramen fimplici spica panici effigie. *Volk. Norimb. p. 197.*

Culmus erectus, ramosus. *Folia* verfus vaginam pilis longis candidis barbata. *Vaginae* margine laeves. *Spica* teres, crassitie aequalis, fimplex. *Pedicelli* breuiffimi, bafi fasciculis duobus multifetis inuolucrati. *Setae* molles, feabriufculae. *Spiculae* ovato-subrotundae, muticae. *Semina* latere convexo transverse rugofa.

Variat. 1. *Spicis viridescentibus, culmo depressio. Panicum viride.* Linn. Syst. Plant. T. I. p. 154. Dörr. Nass. n. 22. Grimm Henac. p. 259. Leers Herb. n. 40. Tab. 2. fig. 2. Leyff. Halens. n. 52. Moench. Hass. n. 44. Nonne Erford. p. 275. Plan. Erford. p. 51. Reich. Fl. Moeno - Franc. n. 35. Scholl. Barb. n. 48. Schreb. Spic. Fl. Lipf. p. 44. Wigg. prim. Fl. Hoff. p. 6. Zinn. Gott. p. 61. β.

P. spica tereti, involucellis bifloris fasciculato-pilosus, seminibus ad longum fulcatis, culmo decumbente. Willd. prodr. Berol. n. 123.

P. vulgare, spica simplici et molliore. Buxb. Hal. p. 148. Rupp. Ien. p. 304. Scheuchz. Agrost. p. 46.

Gramen paniceum spica simplici breui. Volk. Norimb. p. 194. C. Bauh. pin. p. 8.

Differt. 1. Culmo depressio versus basin compressiusculo, simplici. 2. *Spicis viridibus.* 3. *Involucellis glaucescentibus et demum rutilantibus, setis plerumque quatuor tantum in quouis fasciculo.* 4. *Seminibus versus basin latere convexo striatis, supra basin transverse sed minus evidenter rugosis.*

Variat. 2. *Spicis purpureis seu nigricantibus.*

Gramen paniceum spicis nigris. C. Bauh. pin. p. 8. Dill. Gies. p. 157. Hall. Gött. p. 51. Rupp. Ien. p. 304.

Obseru. Nullam sane differentiam inter *Panicum glaucum* et *viride Linnei* invenire possum. Nam in utroque involucella fasciculato-setosa, semina latere convexo plus minus transverse rugosa et folia versus vaginae initium pilis longis candidis barbata sunt. Hinc iure meritoque unam eandemque speciem efficiunt.

Flor. Germ. p. 27. n. 4. *Panicum germanicum.*

P. spica composita ovata, setis brevioribus, pedunculo hirsuto.

P. germanicum siue panicula minore. C. Bauh. pin. p. 27. Rupp. Ien. p. 303.

P. album vulgare. Volck. Norimb. p. 317.

Culmus sesquipedalis et bipedalis, tenuissime striatus. *Vaginae* foliorum fulcatae, glabrae. *Ligulae* loco barba brevis. *Pedunculus* villosus. *Spica* ovata, obtusa compacta, plerumque cernua, composita *spiculis* conglomeratis, breviter pedunculatis: inferioribus duabus seu tribus remotioribus. *Seta* ad quemvis pedicellum plerumque unica (raro duae), incurva scabra, illoque cum flore brevior. *Semen* ovale, nitidum, hinc convexum, inde planum.

Observu. Differt a *Panico italico*, cum quo coniunxit *Linneus* 1. tota planta duplo vel triplo minor. 2. *Spica* ovata, obtusa, digitali: nec elongata, fere pedali: 3. *Spiculis* conglobatis: nec elongatis. 4. *Involucellis* floribus brevioribus: nec triplo longioribus.

Flor. Germ. p. 27. n. 5. *Panicum Crus Gallii.*

P. spicis alternis coniugatisque, spiculis subdivisis, glumis aristatis hispidis, rachi quinquangulari. Linn. Syst. Plant. T. I. p. 155. Dörr. Nass. Grimm. Ilénac. p. 260. Leers Herborn. n. 41. Tab. 2 fig. 3. Nonne Erford. p. 275. Plan. Erford. p. 51 Scop. Carn. ed. 2. n. 70. Weig. Flor. Pom. n. 40. Wilke Flor. Gryph. n. 32.

α. aristis brevioribus.

P. spicis alternis, remotis, declinatis compositis. Böhm. Lips. n. 606.

P. vulgare spica multiplici asperiuscula. Berg. Fl. Francos. p. 319. Rupp. Ien. p. 304.

Gramen paniceum spica divisa. C. Baub. pin. p. 8. Buxb. Hal. p. 148. Dill. Giesl. p. 157. Hall. Goett. p. 51. Volck. Norimb. p. 196. Scheuchz. Agrost. p. 49.

Graminis genus quibusdam, gallis dens canis secundus. Ioh. Bauh.-hist. 2. p. 443.

β. aristis longissimis.

P. spicis alternis, remotis, laxis. Böhm. Lips. n. 607. Zinn. Goett. p. 61. Nonne Erford. p. 275.

P. vulgare, spica multiplici longis aristis circumvallatum. Berg. Fl. Franc. p. 319. Rupp. Ien. p. 304.

Gramen paniceum spica divisa aristis longis armata. C. Bauh. pin. p. 8. Buxb. Hal. p. 149. Leers Fl. Herb. l. c. Leyff. Fl. Ha-

Halenf. n. 54. β . *Poll.* palat. n. 59. β . *Scheuchz.* Agrost. p. 48. *Volck.* Norimb. p. 197. *Willd.* prodr. Berol. n. 124. β .

Culmi geniculi subincrassati, fusci. *Vaginae* foliorum glabrae. *Panicula* secunda. *Spicae* alternae, rarius coniugatae. *Rachis* uniuersalis quinquangularis: *partialis* trigona. *Pedunculi* breuissimi, ad basin fasciculato-pilosi. *Calyx* neruosus, scaber: *Valuula conuexa minor* mucronata; *tertia plana* arista terminali, scabra, breui, recta praedita.

β . Differt *Pedunculis* ad basin magis fasciculato-pilosis. *Calycis Valuula tertia* Arista multuplo longiore praedita, vnciali et longiore.

Variat *Culmo* palmari.

Flor. Germ. p. 28. n. 6. *Panicum sanguinale*.

P. spicis digitatis basi interiori nodosis, flosculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 157. *Grimm.* Isen. p. 260. *Iacq.* Vind. p. 11. *Leers* Herborn. n. 42. Tab. 2. fig. 6. *Zimm.* Gött. p. 61.

Digitaria sanguinalis. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 72.

Digitaria sanguinaria. *Wigg.* prim. Fl. Holf. p. 6.

Digitaria foliis subhirsutis, caule debili, spicis verticillatis, scapo ancipiti. *Mönch* Hass. n. 46. *Reich.* Fl. Moeno-Franc. n. 37.

Dactylis folio latiore gramen dactylon folio latiore. *Berg.* Fl. Franc. p. 320.

Gramen dactylon folio latiore. *C. Baub.* pin. p. 8. *Dill.* Gief. append. p. 4. *Hall.* Gött. p. 46. *Rupp.* Ien. p. 308. *Volck.* Norimb. p. 193. *Scheuchz.* Agrost. p. 101. Tab. 2. fig. 2.

Graminis genus dens caninus tertius etc. *I. Baub.* hist. 2. pag. 444.

Culmi laeues, inferne procumbentes, saepe ramosi, plures ex vna radice annua. *Folia* breuia, latiuscula, laeua. *Ligula* crenulata. *Vaginae* laeues, punctatae, sanguineae. *Spicae* tres ad quinque, lineares, breuissime pedunculatae, alternae, culmo lineari trigono flexuoso mediante callo axillari pilifero insertae. *Flosculi* gemini, saepe terni, latere conuexo Rachi adpressi. *Calycis glumae* ouatae, muticae pubescentes. *Valuula tertia* minima, aut nulla. *Corolla* calyce minor.

Variat *Foliis* vaginisque hirsutis, spiculis viridioribus et maioribus.

Obferu. I. Ob Valuulam calycis tertiam faepe nullam et ita Glumam biualuem hanc plantam a *Panico* feiunxerunt et proprium genus constituerunt nonnulli botanici.

Obferu. II. Flores foemineos et hermaphroditos obferuarunt Cel. *Scopoli* et *Wiggerfus*, hinc *Antropogonis* generi proxima effiet planta, at Glumae muticae.

Flor. Germ. p. 28. n. 7. *Panicum Dactylon.*

P. fpicis digitatis patentibus: bafi interiore villofis, floribus folitariis, famentis repentibus. *Linn.* Syft. Plant. T. I. p. 157. *Laeq.* Vind. p. II.

Digitaria Dactylon. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 73.

Gramen dactylon folio arundinaceo maius aculeatum forte *Plinii.* *C. Bauh.* pin. p. 7.

Gramen dactylon radice repente fiue officinarum. *Rupp.* Ien. p. 308. *Scheuchz.* Agrost. p. 104. Tab. 2. fig. II.

Culmi plures ex vna radice perenni, cum ftolonibus repentibus, ex interioribus geniculis non raro fasciculato-ramofi, pedales et longioribus: *floriferi* erecti. *Nodi* purpurafcentes, infra bafin pilofi. *Folia* carinata. *Ligulae* loco margo eleuatus, villofus. *Spicae* terminales, quatuor ad fex, lineares, unilaterales, triquetrae. *Rachis* femicylindrica, fcabriufcula, fubflexuofa, non raro fupra fpicam in ariftam breuem elongata, cuius plano lateri ftefcuuli alterni, folitarii, imbricati, affixi. *Glumae calycis* lanceolatae, mucronatae, fuperne patentibus.

Obferu. I. *Spicae* arcuatim curuatae, primum erectae funt, dehinc verticales, tandem horizontales euadunt. *Spiculae* primum rachi fuae adreffae, florefcentiae tempore autem, quando antherae e folliculorum apicibus, ftyli cum ftigmatibus e lateribus eminent, verticales, dein iterum rachi adreffae funt.

Obferu. II. Rarius, obferuante *Pollichio*, inter fpicarum fasciculum e culmi apice adhuc fcapus breuis efflorefcit, cuius fummitati quoque aliquot fpicae fafciculatae infertae funt.

Obferu. III. Differt ab antecedente *P. fanguinali*, cui fimile
 1. *Radice* perenni. 2. *Sarmentis* repentibus. 3. *Foliis* longioribus, anguftioribus. 4. *Ligulae* loco margo villofus. 5. *Spicis* terminalibus verticillatis; nec alternis.
 6. *Spi-*

6. *Spiculis* solitariis imbricatis. 7. *Glumis* lanceolatis, mucronatis.

Flor. Germ. p. 28. n. 8. *Panicum miliaceum*.

P. panicula laxa, flaccida, foliorum vaginis hirtis, glumis mucronatis nervosis. *Lim.* Syst. Plant. T. I. p. 160. *Iacq.* Vind. p. II. *Nonne* Erford. p. 275. *Plan.* Erford. p. 52.

Milium femine luteo. *C. Bauh.* pin. p. 26. *Buxb.* Hal. p. 216. *Rupp.* Ien. p. 303.

Milium. *I. Bauh.* hist. 2. p. 446.

Culmus sesquipedalis. *Folia* nervosa. *Vaginae* striato-fuscatae, scabrae. *Ligulae* loco margo pilosus. - *Panicula* laxa, ramosissima, flaccida. *Spiculae* pedunculatae. *Glumae* ovatae, concavae, nervis viridibus pictae, glabrae, mucrone obtuso terminatae.

Variat *Semine* albo.

Milium femine albo. *C. Bauh.* pin. p. 26. *Buxb.* Hal. p. 216. *Rupp.* Ien. p. 303.

2. *Semine* nigro.

Milium femine nigro. *C. Bauh.* l. c. *Buxb.* Hal. p. 217. *Rupp.* Ien. l. c.

P H L E V M.

Flor. Germ. p. 28. n. I. *Phleum pratense*.

S. spica cylindrica longissima ciliata, culmo erecto. *Lim.* Syst. Plant. T. I. p. 162. *Böhm.* Lips. n. 601. *Berg.* Flor. Franc. p. 317. *Dörr.* Nass. n. 24. *Grimm.* Ilen. p. 260. *Iacq.* Vind. p. 12. *Leers* Herborn. n. 46. Tab. 3. fig. I. *Nonne* Erford. p. 273. *Plan.* Erford. p. 52. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 74. *Weig.* Fl. Poin. n. 41. *Wilke* Fl. Gryph. n. 33. *Zinn.* Goett. p. 60.

Gramen typhoides maximum, spica longissima. *C. Bauh.* pin. p. 4. prodr. p. 10. *Buxb.* Hal. p. 47. *Dill.* Gief. p. 129. *Hall.* Gött. p. 50. *Scheuchz.* Agrost. p. 60.

Gramen spicatum, spica cylindrica longissima. *Rupp.* Ien. pag. 30.

Gramen cum cauda muris maioris longa, maius. *I. Bauh.* hist. 2. p. 472.

Radix fibrosa. *Culmus* erectus. *Folia* pagina superiore

carinaque scabra. *Vaginae* laeues, neruo carinalia scabrae. *Ligula* oblonga, obtusa, fissa. *Spica* semipedalis, exacte cylindrica. *Flosculi* densissime conferti, truncati, bicornes, compressi. *Gluma* bivaluis: valvulis cuspidatis, carina ciliatis. *Corollae valvula exterior* nuda acutiuscula, crenulata. *Nectaria* duo ouata, acuminata, germen basi ambientia.

Variat I. *Spiculis* viuiparis.

2. *Spica* ramosa.

Flor. Germ. p. 29. n. 2. *Phleum nodosum*.

P. *spica* cylindrica, culmo adscendente, foliis obliquis, radice bulbosa. *Lin.* Syst. Plant. T. 1, p. 163. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 76.

Phalaris spica cylindrica breui, radice nodosa. *Berg.* Franc. p. 318.

Gramen typhoides asperum alterum. *C. Bauh.* pin. p. 4. *Buxb.* Hal. p. 148. *Dill.* Gies. pag. 116. *Hall.* Goett. pag. 50. *Scheuchz.* Agrost. p. 62. *Zimm.* Goett. p. 60. β . var. praecedentis.

Gramen spicatum, *spica* cylindracea breui radice nodosa. *Rupp.* Ien. p. 308.

Culmi solitarii e radice bulbosa, pedales et paulo altiores, basi reclinati, *articulis* infinis approximatis obliquis. *Folia* obliqua, vtrinque scabra. *Vaginae* subcompressae, scabriusculae: supremi folii spicam fere attingens, ventricosa. *Ligula* truncata, semimultifida. *Spica* scabra, fere biuncialis, ad basin flosculis sterilibus emarcidis plerumque praedita.

Variat *Spica* ouali, vix semiunciali.

Gramen nodosum *spica* parua. *I. Bauh.* pin. pag. 2. prodr. p. 3.

Obseru. I. Differt ab antecedente, cui simillima, 1. *Radice* bulbosa. 2. *Culmo* basi reclinato, internodiis infinis copiosioribus approximatis, diuaticis. 3. *Foliis* obliquis. 4. *Spica* triplo breuiori, magis scabra, basi plerumque flosculis emarcidis sterilibus praedita. 5. *Flosculis* duplo minoribus. 6. *Calycis cuspidibus* femine maturo magis incuruis.

Obseru. II. *Pollichius* non raro ex spicae lateribus absque ordine pedunculos nudos efflorescentes obseruauit, in quorum apicibus spiculae fasciculatim sustentabantur.

Flor. Germ. p. 29. n. 3. *Phleum arenarium*.

P. spica ovata ciliata, caule ramoso. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 164.*

Gramen typhinum maritimum minus. *Scheuchz. Agrost. pag. 63.*

Culmi plures e vna radice fibrosa, vaginis foliorum tecti, non raro ramosi. *Folia* plana, scabriuscula, mucronata. *Ligula* brevis, obtusa. *Vaginae* glabrae, striatae: summi folii maxima, dilatata, ventricosa. *Spica* vix e vagina summi folii plane egrediens, brevis, ovata, vtrinque attenuata. *Glumae* compressae, fere aequales, acuminatae, mucronatae, costatae, carinatae. *Carina* ciliis longis rigidis armata.

Observ. I. Differt a congeneribus praecipue Glumis omni aetate quidem bifidis mucronatis, sed non truncatis emarginatis seu sinuatis. Ob calycem itaque bifidum, evidentius mucronatum, maximo cum iure ad *Phalaridem* referenda erit planta, minimeque ad *Phleum* pertinet.

Observ. II. Habitus *Phalaridis canariensis*, at multo minor.

Flor. Germ. p. 29. n. 4. *Phleum alpinum*.

P. spica ovato-cylindrica. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 163. Berg. Fl. Franc. p. 317. Jacq. Vind. p. 12. Scop. Carn. ed. 2. n. 75.*

Gramen typhoides alpinum spica brevi densa et veluti villosa. *Scheuchz. Agrost. p. 64. et app. Tab. 3.*

Differt praecipue a *Phleo pratensi* et *nodoso*, cum quibus in vnam speciem coniunxit *Ceieberr. Schreberus, 1. Spica* ovato-cylindrica, vtrinque obtusa. 2. *Spiculis* apice emarginatis biaristatis, dorso maxime ciliatis.

A L O P E C V R V S.

Flor. Germ. p. 29. n. I. *Alopecurus pratensis*.

A. culmo spicato erecto, glumis villosis, corollis muticis. *Linn. Syst. Plant. Tom. I. p. 165. Grimm. Men. p. 260. Jacq. Vind. p. 11. Leers Herborn. n. 43. Tab. 2. f. 4. Plan. Er. ord. p. 52. Weig. Fl. Pom. n. 42. Wilke Fl. Gryph. n. 34.*

Gramen typhoides molle. *C. Bauh. pin. p. 4. Buxb. Hal. p. 147. Hall. Gött. p. 48. Volk, Norimb. p. 196.*

Gra-

Gramen myurum spica molli candicante villosa. *Scheuchz.*
Agrost. p. 70.

Gramen spica cylindrica molli et densa. *Rupp.* *Ien.* p. 309.

Gramen triticeum pratense spica cylindrica crassiore. *Dill.*
Gies. p. 67. app. pag. 42.

Culmus erectus. *Folia* laevia. *Ligula* ovata obtusa. *Spica* ovato-cylindrica. *Flosculi* imbricati. *Pedunculi* brevissimi, subramosi. *Glumae* basi connatae, pubescentes, acutae, trinerviae, carina ciliata. *Corolla* univalvis, vix calyce brevior, quinquegeruia nuda, ad basin arista geniculata duplo maiore praedita.

Variat *Culmo* argyali; *Spica* quadri- seu quinque pollicari, crassa, subinterrupta; *Glumis* maioribus, villosioribus; *Pedunculis* longioribus, multifloris. *Leers* l. c.

Flor. Germ. p. 29. n. 2. *Alopecurus agrestis.*

A. culmo spicato, glumis laevis. *Linn.* *Syft. Plant.* T. I. p. 165. *Leers* *Herborn.* n. 44. T. 2. f. 5. *Plan.* *Erford.* p. 52.

A. myosuroides. *Schreb.* *Gram.* p. 140. Tab. 19. fig. 2.

A. culmo spicato erecto. *Berg.* *Franc.* p. 318. *Böhm.* *Lipf.* n. 604. *Nonne* *Erford.* p. 274. *Zinn.* *Gött.* p. 60.

Gramen typhoides spica angustiore. *C. Bauh.* *pin.* pag. 4. *Buxb.* *Hal.* p. 147.

Gramen spicatum, spica cylindrica tenuissima longiore. *Scheuchz.* *Agrost.* p. 69. Tab. 2. fig. 6. A. B. *Hall.* *Gött.* p. 42. *Rupp.* *Ien.* p. 308.

Gramen triticeum aruense, spica angustiore cylindrica. *Dill.* *Gies.* p. 82.

Gramen cum cauda muris purpurascens. *I. Bauh.* *hist.* 2. pag. 473.

Culmus erectus, scabriusculus. *Folia* supra scabra. *Vaginae* nervo carinali scabrae. *Ligula* obtusa. *Spica* teres, longa, gracilis, attenuata. *Spiculae* laxae imbricatae, brevissime pedunculatae, pedunculis simplicibus. *Glumae* nudaе, ultra medium connatae, superne latiores, acutae, violaceae, carina ciliis brevis armata. *Corolla* basi arista duplo longiore geniculata praedita.

Flor. Germ. p. 30. n. 3. *Alopecurus geniculatus.*

A. cul-

A. culmo spicato infracto, corollis muticis. *Linn. Syft. Plant. T. I. p. 165. Berg. Fl. Franc. p. 318. Böhm. Lipf. n. 603. Doerr. Nass. n. Grimm. Ifen. p. 260. Jacq. Vind. p. 11. Leers Herborn. n. 45. Tab. 2. fig. 7. Nonne Erf. p. 273. Plan. Erford. p. 52. Scop. Carn. ed. 2. n. 82. Weig. Fl. Pom. n. 43. Wilke Fl. Gryph. n. 35. Zimm. Goett. p. 61.*

Gramen aquaticum geniculatum spicatum. *C. Bauh. pin. p. 3. Buxb. Hal. p. 148. Dill. Gief. p. 67. Hall. Goett. p. 42. Scheuchz. Agrost. p. 72. Tab. 2. fig. 6. C. D. E.*

Gramen aquaticum spicatum, spica cylindrica breui. *Rupp. Jen. p. 309.*

Radix maxime fibrosa. *Culmi* geniculati, curuati, repentes, tunc assurgentes, non raro ramofi. *Folia* plana, superne scabra. *Vaginae* subcompressae. *Ligula* oblonga, obtusa. *Spica* cylindrica, attenuata. *Spiculae* dense imbricatae. *Peduncululi* subramofi. *Glumae* hiantes, hirsutae, muticae, vix basi connatae, marginibus repandis cum carina ciliatis. *Corolla* trineruia, nuda, obtusissima, crenulata, basi *arista* calyce sesqui-longiori geniculata armata.

Variat *Geniculis* natantibus radicantibus.

Flor. Germ. p. 30. n. 4. *Alopecurus panicus.*

A. panicula subspicata, glumis villosis, corollis aristatis. *Linn. Syft. Plant. T. I. p. 167. Plan. Erford. p. 53. Weig. Fl. Pom. n. 44. Wilke Gryph. n. 36.*

Panicum spica composita, aristis spica longioribus. *Zimm. Gott. p. 61.*

Panicum vagum. *Scop. Carn. ed. 2. n. 69.*

Phleum crinitum β . *Schreb. Gram. p. 151. Tab. 20. fig. 3.*

Gramen alopecuros minus spica longiore. *C. Bauh. pin. p. 4. Scheuchz. Agrost. p. 154.*

Panicula spicata, densa, composita *racemulis* alternis, pluribus multifloris. *Spiculae* lineares, pubescentes, ore villosae, sub apice obtuso aristis duabus, longissimis, capillaribus armatae. *Corolla* bivaluis, calyce minor, arista solitaria breui praedita.

Obseru. Ob corollam bivaluem non univaluem minori cum iure ad *Alopecurum* haec planta pertinet.

M I L I V M.

Flor. Germ. p. 30. *Milium effusum.*

M. floribus paniculatis dispersis muticis. *Lin.* Syst. Plant. Tom. I. p. 168. *Berg.* Fl. Franc. p. 319. *Böhm.* Lipf. n. 609. *Dörr.* Nass. n. 21. *Grimm.* Ifen. p. 261. *Iacq.* Vind. p. 12. *Leers* Herborn. n. 50. Tab. 8. fig. 7. *Nonne* Erford. p. 276. *Plan.* Erford. p. 53. *Weig.* Flor. Pom. n. 45. *Wilke* Fl. Gryph. n. 37. *Zinn.* Gött. p. 62.

Gramen sylvaticum panicula miliacea sparsa. *C. Bauh.* pin. p. 8. *Buxb.* Hal. p. 145. *Hall.* Goett. p. 46. *Rupp.* Ien. p. 313. *Volk.* Norimb. p. 198. *Scheuchz.* Agrost. p. 133. Tab. 13. fig. 6.

Gramen miliaceum vulgare. *Dill.* Gief. p. 65.

Gramen miliaceum Lobelii. *I. Bauh.* hist. 2. p. 462.

Folia plana, vtrinque scabra. *Ligula* oblonga, truncata. *Panicula* fere semipedalis, laxa, patentissima. *Pedunculi* capillares, subramosi, ad basin nodosi, exiguis squamulis bracteati, horizontales, demum reflexi. *Spiculae* ovatae, ventricosae, acuminatae, glabrae. *Stigmata* plumosa, candida.

AGROSTIS.

† *Aristatae.*

Flor. Germ. p. 30. n. I. *Agrostis spica venti.*

A. petalo exteriori arista recta stricta longissima, panicula patula. *Lin.* Syst. Plant. Tom. I. p. 169. *Berg.* Flor. Franc. p. 320. *Böhm.* Lipf. n. 610. *Grimm.* Ifen. p. 61. *Iacq.* Vind. p. 12. *Leers* Herborn. n. 51. Tab. 4. fig. 1. *Nonne* Erf. p. 276. *Plan.* Erford. p. 53. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 56. *Weig.* Fl. Pom. n. 47. *Wilk.* Flor. Gryph. n. 38. *Zinn.* Gött. p. 62.

Gramen segetum altissimum panicula sparsa. *C. Bauh.* pin. p. 3. *Hall.* Goett. p. 49. *Scheuchz.* Agrost. p. 144. Tab. 3. fig. 10. *Volk.* Norimb. p. 197.

Gramen capillatum. *I. Bauh.* hist. 2. p. 462. *Buxb.* Hal. p. 144. *Dill.* Gief. p. 89. *Rupp.* Ien. p. 315.

Culmus erectus. *Folia* pagina superiore pubescentia, inferiore scabra. *Ligula* fissa. *Panicula* ampla, patens, ante florescentiam contracta, fructifera subnutans. *Pedunculi* verticillati, plures compressi, scabri, ramosissimi. *Glumae* apice scabrae. *Corollae valvulae* bifidae: exterior infra apicem aristam quadruplo longiorem, capillarem, rectam producens. *Nectarium* ovata, acuta.

Variat *Panicula* purpurascens, glauca et alba.

Observ. *Arista* femine maturo non raro paululum inflexa.

Flor. Germ. p. 31. n. 2. *Agrostis interrupta*.

A. petalo exteriori aristato, panicula attenuata, coarctata interrupta. *Linm. Syst. Plant. T. I. p. 170. Scop. Carn. ed. 2. n. 85.*

Gramen aruense paniculatum, spica interrupta. *Scheuchz. Agrost. p. 146.*

Gramen capillatum minus. *Dill. Gief. p. 90?*

Differt ab antecedente cui simillima 1. *Culmo* brevior. 2. *Panicula* minori, contracta. 3. *Pedunculorum verticillis* inferioribus remotioribus 4. *Corollae valvulis* integris. 5. *Arista* petalo duplo tantum maiore.

Flor. Germ. p. 31. n. 3. *Agrostis rubra*.

A. paniculae parte florente patentissima, petalo exteriori glabro: arista terminali tortili recurva. *Linm. Syst. Plant. T. I. p. 172. Berg. Fl. Franc. p. 320. Weig. Fl. Pom. n. 48. Wilke Fl. Gryph. n. 39.*

A. panicula inferiori verticillatim laxa, superiori contracta. *Zinn. Gött. p. 62.*

Gramen ferotinum aruense, panicula contracta pyramidali. *Scheuchz. Agrost. p. 148. Tab. 3. fig. 11. C. Hall. Gött. p. 46.*

Culmi plures ex vna radice. *Folia* subtus et margine scabra fuscata conuoluta. *Vaginae* striatae. *Ligula* incisa. *Paniculae pars inferior* prius florens patens, *superior*, nondum florens, contracta, spiciformis, e viridi-rubens: *fructifera* tota contracta rubra. *Glumae* mucronatae, inaequales. *Corollae valvula exterior* apice arista calyce plerumque longiori, tortili, recurva praedita.

Flor. Germ. p. 31. n. 4. *Agrostis canina*.

A. calycibus elongatis, petalorum arista dorsali recurva, culmis prostratis subramosis. *Linm. Syst. Plant. T. I. pag. 173. Leers Herborn. n. 52. Tab. 4. fig. 2. Weig. Fl. Pom. n. 49. Wilke Fl. Gryph. n. 40.*

Gramen caninum supinum, panicula folio varians. *C. Bauh. pin. p. 1.*

Gramen paniculatum supinum ad infima culmorum genicula foliorum capillarium fasciculis donatum. *Scheuchz. Agrost. p. 141. Tab. 3. fig. 9. C.*

Flor. Germ. Vol. II. P. II,

F.

Cul.

Culmi pedales et bipedales, inferne procumbentes, saepe ramosi, tunc erecti. *Folia radicalia* angustissima: *culmea* latiora utrinque scabra, ficcata conuoluta. *Vaginae* lacues: *supremi folii* scabra. *Ligula* oblonga, fissâ. *Panicula* coarctata, *florens* diuaricata, violaceo-purpurascens: *fructifera* pallefcens. *Gluma exterior* superne hispidula. *Corollae valvula exterior* calyce minor, apice trifida, dorso hispidula, e medio aristam geniculatam, tortilem recuruam, duplo longiorem proferens: *interior* minima, retusa, vel nulla. *Nectaria* duo triangularia. **Variat** *Culmo* fere bipedali, basi repente, radicante, *Spiculis* duplo fere maioribus.

Obferu. Celeberr. *Oederi* Icon. Flor. Dan. Tab. 161. ad *Agrost. alpinam* in Flora Germanica allegata magis ad hanc speciem pertinere videtur, testante Cel. *Leyffero*.

Flor. Germ. p. 31. n. 5. *Agrostis alpina*.

A. foliis setaceis, panicula coarctata, calycibus hispidiusculis coloratis, petalo exteriori arista dorsali geniculata. *Leyff.* in den Abhandlungen der Hall. Naturforsch. Gesellschaft. T. 1. pag. 364. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 86.

Gramen paruum paniculatum alpinum, panicula spadicea aristatum. *Scheuchz.* *Agrost.* pag. 140. et append. Agr. Tab. 4.

Culmus ad radicem parum reclinatus, dein erectus, palmaris, striatus. *Nodi* duo, nigricantes, quorum alter ad radicem, alter infra medium culmi. *Folia radicalia* (et *culmea* vix lineam dimidiam lata, setacea, striata, glabra. *Ligula* breuissima obtusa. *Panicula* coarctata pollicaris et sesquipollicaris, ramis tribus ad quinque alternatim simul prodeuntibus. *Gluma exterior* dorso superne spinulosa. *Corollae valvula exterior* calyce minor, obtufiuscula, prope basin e dorso aristam tenuissimam, versus apicem geniculatam, calyce paulo longiorem producens: *interior* breuissima, aut nulla.

Obferu. I. Citata Icon. Cel. *Oederi* Fl. Dan. Tab. 161. ob paniculam nimis diuaricatam minus ad hanc speciem pertinet, monente Cel. *Leyffero*.

Obferu. II. Ante feminis maturitatem arista *Glumam* vix longitudine aequat; maturo autem paululum illam superat.

Flor. Germ. p. 31. n. 6. *Agrostis vinealis*.

A. calycibus coloratis, petalorum arista dorsali longitudine fere calycis, culmis ascendentibus.

Gramen caninum vineale. *Scheuchz. Agrost. p. 143.*

Culmi adscendentes pedales et sesquipedales, nodis copiosis praecipue inferne geniculati et non raro ramosi. *Folia* sesquiuncialia et biuncialia, acuminata, striata, glabra. *Ligula* admodum brevis, obtusa, integra. *Panicula* bi- seu- triuncialis. *Glumae* aequales, mucronatae, e viridi-purpurascens. *Corollae valvula exterior* e medio dorso aristam calyce plerumque non longiorem emittit tenuissimam.

Variat 1. *Aristis* ad lineae longitudinem e Calyce exsertis, obferuante Cel. *Schrebero.*

2. *Flosculis* plerisque muticis.

Obferu. I. Florescentiae tempore arista petalo suo adpressa illoque vt plurimum non longior, armatis oculis tantum obseruari potest. Post florescentiam autem petalum longitudine superat arista.

Obferu. II. Differt ab *Agrost. canina* 1. *Spiculis* duplo maioribus. 2. *Aristis* plerumque breuioribus. Ad *Agrostidem capillarem* proxime accedit.

Flor. Germ. p. 31. n. 7. *Agrostis gigantea.*

A. paniculae parte superiore prius florente patentissima, calycibus hispidis, petalo exteriori glabro, dorso superne subaristato, culmo erecto.

Radix repens, stolonifera, crassitie fere pennae coruinae. *Culmus* solitarius, erectus, tri- ad quinquepedalis. glaber, nodis quinque seu sex purpureis. *Folia* scaberrima, plana, pulcherrime striata, in apicem teretem sphacelatum duriusculum terminata, *infima* et *suprema* minora. *Vaginae* striatae, glaberrimae, margine nonnunquam villis longis tortilibus donatae. *Ligula* obtusa, lacera. *Panicula* palmaris, semipedalis et longior, ramosissima, ad quamuis ramificationem nodo purpureo circulari praedita. *Rami* decem ad duodecim ex eodem nodo alternatim prodeuntes, capillares, scaberrimi, ramosissimi: *floriferi* patentes, ante et post florescentiam contracti. *Pedicelli* sub flore incrassati. *Gluma* bivaluis subaequalis, lineae longitudinem vix superans, carinata, dorso spinulosa, in acutum mucronem pellucidum terminata, e viridi purpurascens. *Corolla* bivaluis candida, calyce minor, pellucida, glaberrima: valvula exterior apice bifida, acuminata, dorso sub incisura arista candida stricta, valvula sua raro longiore, in fructu maturo plerumque breuiore

praedita: *interior* duplo minor, obtusa, emarginata. *Stamina* Gluma duplo vel triplo longiora. *Germen* minimum ovale. *Styli* longitudine valuulae minoris corollae cum stigmatibus villosi. *Semina* exigua, acuminata, flava.

β. Aristis calyce longioribus.

Differt tantummodo arista plerumque stricta calycem longitudine superante, absque geniculo euidenti.

Variat *Panicula* glauca.

Agrostis flava panicula patente, calycibus subulatis aequalibus hispidulis non coloratis, flosculis muticis. Flor. Dan. Tab. 751?

Obseru. I. Florescentia ab apice paniculae incipit, quo tempore inferior paniculae pars adhuc contracta manet.

Obseru. II. Arista dorsalis petali longitudinem non superans armato tantum oculo obseruari potest. Ne autem decipiantur obseruatores ita, ut valuulam exteriorem maiorem bifidam, ob aristam adpressam intermediam, apice trifidam aut triaristatam putent. In fructu maturescente, laciniae petali exterioris coniuvent et arista paulo longiores euadunt.

Flor. Germ. p. 32. n. 8. *Agrostis dubia*.

A. calycibus aequalibus laeuius, corollis infra apicem mucronatis, foliis setaceis. *Leers* Fl. Herborn. n. 56. Tab. 4. fig. 4.

Radix subrepens. *Culmi* plures, pedales adscendentes erecti, subfoliati, binodes. *Folia radicalia* angustissima setacea, apice scabra: *culmea* breuia, setacea scabra. *Vaginae* laeues. *Ligula* obtusa. Panicula fere bipollicaris, angusta, subcoarctata. *Pedunculi* breues, solitarii, inferiores terni. *Clyx* spadiceovirens, laeuis. Corolla dorsoscabra, apice bifida, mucrone breui, exstante infra apicem instructa: *interior* duplo breuior, retusa. Varietas *Agrost. Caninae*?

† † *Muticae*.

Flor. Germ. p. 32. n. 9. *Agrostis stolonifera*.

A. paniculae ramulis patentibus muticis, culino repente, calycibus aequalibus. *Lim.* Syst. Plant. T. 1. p. 173. *Böhm.* Lips. n. 611. *Leers* Herborn. n. 53. Tab. 4. f. 6. *Plan.* Erford. p. 53.

Gramen caninum supinum minus. *Scheuchz.* Agrost. p. 128.

Culmi plures ex vna radice, inferne prostrati, ramosi, tunc erecti, tenues, infirmi. *Folia* plana, mucronata: culmea angustiora. *Vaginae* laxae, laeues. *Ligula* brevis, obtusa. *Panicula* digitalis, palmaris ramosissima, primum contracta, dein maxime diffusa, laxa, aetate diuarcata. *Flosculi* minimi, albi, ante viridi-spadicei. *Gluma* subaequalis: *exterior* dorso, *interior* basi scabra. *Corolla* calyce paulo minor: *valvula exterior* basi subpilosa, apice trifida: *interiore minore*.

Variat Culmis inferne repentibus radicanibus Gramen radice repente, panicula delicata spadiceo-viridi. *Scheuchz.* Agrost. p. 127. Tab. 3. fig. 5. A.

Obseru. Ad hanc varietatem magis pertinere videtur *Cel. Oederi* Icon. citata Flor. Dan. Tab. 564. quae contractam, nondum florentem repraesentat paniculam.

Flor. Germ. p. 32. n. 10. Agrostis capillaris.

A. panicula capillari patente, calycibus subulatis aequalibus hispidiusculis coloratis, flosculis muticis. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 174. *Berg.* Flor. Franc. p. 320. *Grimm.* Isen. p. 262. *Iacq.* Vind. p. 13. *Leers* Herborn. n. 54. Tab. 4. fig. 3. *Plan.* Erford. p. 53. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 87. *Weig.* Flor. Pom. n. 50. *Wilke* Fl. Gryph. n. 41. *Zinn.* Gött. p. 62.

Gramen montanum panicula delicatiore. *C. Bauh.* pin. p. 3. prodr. p. 6. *Scheuchz.* Agrost. p. 129. *Hall.* Gött. p. 46.

Gramen panicula miliacea, locustis minimis. *Rupp.* Ien. p. 313.

Culmi erecti, basi curuati. *Folia* latiuscula, vtrinque scabra. *Vaginae* glabrae, striatae, saepe purpurascens. *Ligula* truncata. *Panicula* digitalis et paulo longior, florescentiae tempore patens, ante et post florescentiam contracta, ramosissima, e spadiceo purpurascens. *Pedunculi* verticillati, capillares, scabri. *Pedicelli* tenuissimi. *Gluma* mucronata, aequalis, violaceo-purpurea, albo-marginata, nervis viridibus picta: *exterior* dorso: *interior* apice hispida. *Corolla* calyce minor, glabra: *valvula exterior* apice trifida; *interior* vix obseruabilis, minima.

α. maior.

Gramen montanum panicula spadicea delicatiore maius. *C. Bauh.* pin. p. 6. *Leyff.* Fl. Hal. n. 69. β.

Differt *Culmo* fere sesquicubitali et *panicula* semipalmari.

β . *viuipara* calycibus duplo maioribus, corollis in foliola subulata excreſcentibus viuiparis. *Willd.* prodr. Berol. n. 135. β . *Leers* Herborn. n. 54. Tab. 4. fig. 3. +. *Leyſſ.* Fl. Hal. l. c. γ .

Variat *Panicula* glauca.

Obſeru. Petalum alterum, licet minimum, vtique tamen adest.

Flor. Germ. p. 32. n. II. *Agrostis ſyluatica*.

A. panicula coarctata mutica, calycibus aequalibus: virgineis corolla breuioribus, foecundatis duplo longioribus. *Linn.* Syſt. Plant. Tom. I. p. 174. *Plan.* Erford. p. 53.

Teſte Pollichio cum *Agroſt. ſtoloniſera* et *capillari* proxime conuenit. *Panicula* patens, ſpadicea. *Spiculae* lanceolatae; *aliae* exiguae, vix lineam longae, quarum calyx corollam ſuperat; *aliae* vltra tres lineas longae, calyce duplo breuiore.

Flor. Germ. p. 32. n. 12. *Agrostis alba*.

A. panicula laxa, calycibus muticis aequalibus, culmo repente. *Linn.* Syſt. Plant. T. I. p. 175. *Böhm.* Lipſ. n. 612. *Jacq.* Vind. p. 13. *Leers* Herborn. n. 55. Tab. 4. fig. 5.

Culmi fere tripedales, erecti, baſi articulis pluribus repentes, ſubramoſi. *Folia* latiuſcula, ſcabra. *Vaginae* glabrae. *Ligula* obtuſa. *Panicula* ramoſiſſima, palmaris, patens. *Glumae* aequales, virides, margine albae membranaceae, dorſo hiſpidae. *Corolla* calyce duplo fere minor, inaequalis.

Variat 1. *Panicula* purpuraſcente.

2. *Culmo* erecto, geniculis paucioribus.

Flor. Germ. p. 33. n. 13. *Agrostis pumila*.

A. panicula mutica ſecunda, culmis ſcaſculatis erectis. *Linn.* Syſt. Plant. T. I. p. 175.

Granen minimum paluſtre panicula ſpadicea delicata tenuiſolium, ſemine exiguo rotundo. *Scheuchz.* Agroſt. p. 131.

Culmi plures, ſcaſculati ex vna radice, erecti, inaequales, vix baſi paululum incurui, vnciales, digitales et nonnunquam paulo altiores. *Genicula* tria ſeu quatuor purpuraſcentia. *Vaginae* ſtriatae; *ſuprema* longiſſima, ventricofa. *Ligula* brevis, obtuſa, inciſa. *Panicula* ſemiuncialis et vncialis, raro longior, diueigens. *Pedunculi* cum *pedicellis* glabri, ſaepius incurui. *Spiculae* ſcaſculatae, exiguae, ouatae, muticae, acumi-

minatae e viridi alboque purpurascens. *Glumae* aequales, dorso vix spinulosae. *Semina* subrotunda acumine praedita.

Variat *Panicula* viridi.

Obferu. I. E foliorum vaginis, praecipue terminali, non raro culmi floriferi egrediuntur.

Obferu. II. Differt ab *Agrost. stolonifera*, cuius utrilaginem falso putant quidam, 1. *Culmis* fasciculatis, erectis, multo minoribus. 2. *Panicula* subsecunda, patente quidem, sed pedicellis spiculisque fasciculatis, plerumque incurvis, sed non flexuosis. 3. *Spiculis* minoribus.

Flor. Germ. p. 33. n. 14. *Agrostis minima*.

A. panicula mutica filiformi. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 175. Jacq. Vind. p. 13.*

Gramen minimum, paniculis elegantissimis. *C. Bauh. pin. p. 2. Scheuchz. Agrost. p. 40. Tab. I. fig. 7.*

Gramen spartum, capillaceo folio minimum. *Dill. Gies. append. pag. 173. Tab. 16. fig. I. optima.*

Radix fibrosa. *Folia* caespitosa, setacea, canaliculata, brevia. *Vaginae* glabrae. *Culmi* caespitosi, erecti, setacei, uncialis, raro longiores, maxima ex parte nudi, basi foliis nonnullis dense vestiti. *Panicula* simplex, spicata, filiformis, unilateralis, spiculis octo ad decem solitariis, exiguis, ovatis, obtusis, purpurascens, breviter pedunculatis composita. *Gluma* bivalvis, truncata, aequalis, margine pilosiuscula. *Corolla* univalvis, membranacea, villosa. *Semina* parva subrotunda.

Obferu. Ob corollam univalvem villosam haud immerito proprium genus constituere posset.

CALAMAGROSTIS.

Obferu. Corolla basi pilis cincta in calyce biglumi solitaria, huius generis characterem praebuit. Equidem nullo modo intelligere possum, quare *Linneus* alias huius generis species ad *Agrostidem*, alias vero ad *Arundinem* retulit. Ad *Agrostidem* proxime accedunt hae plantae, et differunt tantum Corolla basi pilis cincta. *Arundinis* character agnoscit quidem flosculos basi

pilosos, at plures congestos in calyce biglumi, cum nostri generis species semper calyce unifloro gaudeant. Quando autem florum numerus in calyce, specificum characterem nullum praebere debet, sed solummodo pappus Corollam basi cingens, tunc hocce genus cum *Arundine* et speciebus nonnullis *Avenae* in vnum genus erit cogendum.

* *Aristatae.*

Flor. Germ. p. 33. n. I. Calamagrostis *Arundo*.

C. panicula incrassata, petalo exteriori dorso aristato, culmo ramoso.

Agrostis Calamagrostis, panicula incrassata, petalo exteriori toto lanato, apice aristato, culmo ramoso. *Linu. Syst. Veget.* p. 110. *Syst. Plant. T. I. p. 171.* *Leers Herborn. addend.* pag. 285.

Arundo Halleri panicula incrassata, calycibus unifloris, petalo exteriori bitido, apice aristato, arista brevissima. *Willdenow prodr. Berol. n. 187.*

Radix dense fibrosa, arcte implexa *Culmi* plerumque quadripedales, basi tantum (in nostris regionibus vix unquam) ramosi, binodes: *nodo inferiore* supra basin, ubi culmus non raro incurvus; *superiore* in medio culmi. *Folia* lineata, duriuscula, laete viridi, longa, retrorsum, praecipue subtus scaberrima: *radicalia* caespitosa, densa, ficcata conuoluta; *culmea inferiora* stricta, patentissima: *Vaginae* striatae scabriusculae. *Ligula* oblonga, acuminata crenata seu fissa. *Panicula* semipedalis e viridi glaucescens, florescentiae tempore patens, ramosissima, ante et post florescentiam contracta. *Pedicelli* scabri. *Spiculae* confertae, subsecundae, ovatae. *Gluma* aequalis, subulata, infra medium viridis, supra medium rufescens, dorso hispidula, margine alba. *Corolla* alba, basi pilosa: *valvula exterior* acuminata, apice fissa, calyce duplo minor, nitida, glabra, dorso infra medium *aristam* exserens, rectam, crassitie aequalem, scabram, paulo longiorem, attamen calyce brevior; *interior* duplo minor, apice bifida, dorso pilosissima. *Nectarica* duo, lanceolata, basi callosa, *Germen* exiguum, viride, subrotundum ambiens. *Semen* acuminatum, pilis basi cinctum, arista recta paulo longiore.

Obferu. I. In plantis hic habitantibus, petalum exterius femper glabrum, nitidum, bafi tantum fasciculo pilorum cinctum, nec totum pilofum, atque ariftam non ex apice, fed infra medium dorfi producit, quo cum consentit etiam *Leerfius* l. c. At *Celeb. Willdenow* l. c. *Leerfii* plantam citat et tamen valvulam exteriorem apice ariftatam, totam lana longiffima cinctam dicit. Neque *Scheuchzeri* descriptio atque figura Graminis arundinacei panicula denfa, viridi-argentea, splendente, ariftata, *Agroft.* pag. 146. Tab. 3. fig. II. A. B. a *Linneo* ad hanc plantam relati, cum *Leerfii* et noftra planta quadrant. Nonne forfitan itaque sub *Agroft. Calamagroftide Linnei* duae diuerfae species latitant?

Obferu. II. In planta florentę ficcata, corollae fugaciffimae funt.

Flor. Germ. p. 33. n. 2. Calamagroftis *arundinacea.*

C. panicula oblonga, petalo interiore bafi pilofa, exteriore glabro, arifta e bafi torta, calyce longiore.

Agroftis arundinacea panicula oblonga, petalo exteriore bafi villofo ariftaque torta calyce longiore. *Linn.* Syft. Veget. p. 110. Syft. Plant. T. I. p. 171. *Grimm.* Ifen. p. 261. *Jacq.* Vind. p. 13. *Leyff.* Halenf. n. 65. *Mönch.* Haff. n. 57. *Plan.* Erford. p. 53. *Pollich* palat. n. 69. *Schreb.* Spic. Fl. Lipf. pag. 47. *Timm* prodr. Fl. Megap. n. 623.

Arundo Agroftis calycibus unifloris; petalo maiore ariftato; arifta e bafi recta glumis longiore. *Scop.* Carn. ed. I. pag. 201. n. 2. ed. 2. n. 126.

Arundo Agroftis panicula oblonga, calycibus vnifloris, petalo exteriore bafi ariftato. *Wiggers* prim. Fl. Holfat. p. 10. *Willdenow* prodr. Berol. n. 186.

Gramen avenaceum montanum panicula angufta e dilutiffime fusco albente et pappofa. *Rupp.* Ien. p. 314. *Scheuchz.* *Agroft.* p. 507.

Culmus erectus, tri- vel quadripedalis, glaber. *Folia* longa, lata, pubefcentia ad vaginam pilofa. *Panicula* palmaris et femipedalis, e viridi flavescens, lanceolata, contracta, ramosiffima. *Spiculae* lanceolatae mucronatae. *Gluma* bivalvis, aequalis,

lanceolato - acuminata, dorso praecipue scabriuscula. *Corolla* bivalvis, aequalis, calyce minor: valvulis apice profunde bifidis et quali biaristatis, costis viridibus picta: *exteriore* glabra, basi pilis nonnullis brevibus praedita, supra basin aristam in medio geniculatam, calyce duplo fere maiorem producens; *interiore* basi et supra basin pilis longis, candidis vestita.

Observ. I. Differt ab antecedente 1. *Panicula* magis contracta, lanceolata. 2. *Spiculis* duplo maioribus, fere angustioribus, lanceolatis, acuminatis. 3. *Corolla* aequali, duplo fere maiore: *valvulis* apice profunde bifidis subaristatis; *valvula exteriore* supra basin aristam producente, calyce duplo longiorem, incurvam: nec rectam, calyce breviorum.

Observ. II. Gramen avenaceum panicula acerosa, semine papposo. *Dill. Giesl. pag. 93. et append. pag. 48. a Linneo* ad hanc plantam allegatum, huc non pertinere potest, ob calycem triflorum.

Flor. Germ. p. 34. n. 3. Calamagrostis lanceolata.

C. panicula lanceolata, contracta, spiciformi, corollis linearibus, basi pilosis, arista dorsali recta, brevi, culmo ramoso.

Arundo Calamagrostis calyceibus unifloris, laevibus, corollis lanuginosis, culmo ramoso. *Linn. Syst. Veget. p. 123. Syst. Plant. T. I. p. 228. Böhm. Lips. n. 625. Gmel. Tub. p. 31. Grimm Isenac. emend. p. 121. Jacq. Vind. p. 19. Leyff. Halens. n. 123. Plan. Erford. p. 61. Pollich palat. n. 128. Scholl. Barb. n. 97. Weig. Flor. Pom. n. 80. Wigg. prim. Fl. Holfat. p. 10. Willd. prodr. Berol. n. 185. Oeder Flor. Dan. Tab. 280.*

Arundo Epigeios. *Mönch Hassl. n. 98.* (exclusis synonymis.)

Gramen arundinaceum paniculatum montanum, panicula spadiceo-viridi, semine papposo. *Scheuchz. Agrost. p. 124.*

Gramen avenaceum acerosa panicula, locustis minoribus, semine non papposo. *Dill. Giesl. p. 103. app. p. 50.*

Radix repens. *Culmi* plures, erecti, tripedales et altiorem, plerumque ramosi. *Rami* ex apice vaginarum prodeuntes. *Folia* plana, mucronata, scabra: *inferiora* duo seu tria brevissima; *reliqua* palmaria, siccata convoluta. *Vaginae* glabrae. *Ligula* obtusa, brevis, fistula. *Panicula* contracta, lanceolata, semipedalis

alis et nonnunquam longior. *Spiculae* angustissimae, fere fetaceae, subulatae, pallide purpurascens. *Gluma* bivalvis, aequalis, angusto-lanceolata, acuminata, pubescens. *Corolla* glabra, calyce duplo fere breuior, basi pappo plumoso longitudine fere calycis circumdata: *valvula exterior* lanceolata mucronata, e dorso aristam brevem rectam emittens.

Obferu. I. Synonyma *Arundinis Epigeios Moenchii* l. c. ad hanc plantam non pertinent, sed solummodo descriptio.

Obferu. II. *Scheuchzerus* quidem l. c. culmi ramosi mentionem non fecit, tamen quoad reliquas partes descriptio optime quadrat.

† † *Muticae.*

Flor. Germ. p. 34. n. 4. Calamagrostis *Epigeios*.

C. panicula stricta, corollis exiguis, basi pilosis, foliis glabris.

Arundo Epigeios calycibus unifloris, panicula erecta, foliis subtus glabris. *Lim.* Syst. Veget. p. 123. Syst. Plant. T. I. p. 228. *Gmel.* Tubing. p. 332. *Iacq.* Vind. p. 19. *Plan.* Erf. p. 61. *Reich.* Fl. Moeno-Francof. pars 2. auct. p. 169. n. 938. *Scholl.* Barb. n. 96. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 125. *Schreb.* Spic. Fl. Lips. p. 52. *Weber* Spic. Fl. Goett. p. 5. *Weig.* Fl. Pom. n. 79. *Wigg.* prim. Fl. Holf. p. 10. *Wilk.* Flor. Gryph. n. 66. *Willdenow* prodr. Berol. n. 184.

Arundo Calamagrostis. *Mönch.* Hass. n. 99. (exclusis synonymis.)

Gramen arundinaceum montanum, panicula longa angusta. *Dill.* Gies. p. 118. app. p. 52.

Gramen arundinaceum panicula molli spadicea maius. *C. Bauh.* pin. p. 6. *Scheuchz.* Agrost. p. 122. Tab. 3. fig. 3. et append. Tab. 5. (figura optima.)

Gramen paniculatum arundinaceum panicula densa spadicea. *Buxb.* Hal. p. 141. *Rupp.* Ien. p. 314.

Gramen plumosum Lobelii spica candida et serici modo lucens. *I. Bauh.* hist. 2. p. 476.

Radix repens. *Culmus* simplicissimus, non raro ad humanam altitudinem accedens, scaber, sub panicula scaberrimus. *Folia*

lia semiunciam et ultra unciam saepe lata, ultra pedem longa, striata, glabra, subtus et margine scabra, nervo dorsali eminentiori praedita. *Vaginae* scabriusculae, striatae. *Ligula* praecipue foliorum superiorum longa, acuminata, profunde diuisa. *Panicula* semipedalis et longior, ramosissima, stricta, compacta, utrinque attenuata, medio ventricosa, obscure purpurascens. *Rami* scaberrimi, subflexuosi. *Spiculae* confertae, plerumque secundae, lineares, longius mucronatae. *Gluma* bivaluis, uniflora: *valvulis* subaequalibus, lanceolato-linearibus, dorso praecipue scabris. *Corolla* bivaluis, inaequalis, basi pappo copioso, gluma paulo longiore, setaceo circumdata: *valvula exterior* calyce minor, apice profunde bifida: laciniis angustissimis, non raro iterum bifidis, scabris, dorso scabra et nonnunquam aristam scabram longitudine fere pappi producens; *interior* duplo fere minor, bifida.

Observ. I. Differt ab antecedente 1. *Culmo* simplici, crassiori: nec ramoso. 2. *Foliis* latioribus, longioribus, rigidioribus. 3. *Ligula* longiore. 4. *Panicula* maiore, crassiore, rigida, stricta. 5. *Glumis* longius mucronatis maioribus, margine caeruleiscentibus: nec acuminatis, margine stramineis.

Observ. II. Similis *Arundinis Phragmitidis*, sed differt 1. *Panicula* compacta: nec laxa, patente. 2. *Glumis* aequalibus, longe mucronatis unifloris: nec inaequalibus, muticis multifloris. 3. *Valvula corollae exterior* maiore, calyce duplo fere breuiore: nec longiore.

Observ. III. *Moenchius*, qui hanc plantam cum antecedente confudit, uti ex descriptionibus patet, calycem dicit univalvem, et *Scopoli* petalum unicum tantum adesse contendit convolutum, calyce longius; sed neque in *Calamagrost. Epigeio*, neque in *lanceolata* observavi unquam, semper Gluma et Corolla erant bivalues.

Observ. IV. *Scheuchzeri* descriptio et figura l. c. a *Linneo* ad antecedentem speciem relatae magis ad hanc plantam pertinent.

Observ. V. Flosculi nonnulli observantur petalo exteriori dorso aristato: arista rufescente scabra petalo plerumque longiore.

Flor. Germ. p. 34. n. 5. *Calamagrostis arenaria*.

C. panicula spicata, corollis muticis basi pilosis, foliis involutis mucronato-pungentibus. *Arundo arenaria* calycibus unifloris, foliis involutis mucronato-pungentibus. *Lin.* Syst. Veget. p. 123. Syst. Plant. Tom. I. p. 228. Beitrage zur Bot. T. I. p. 8. *Gmel.* Tubing. p. 332. *Scholl.* Barb. n. 98. *Timm* prodr. Fl. Megap. n. 663. *Weber* Spic. Flor. Goett. p. 5. *Weig.* Flor. Pom. n. 81. *Wigg.* prim. Fl. Holf. p. 11.

Gramen sparteum spicatum, foliis mucronatis longioribus, vel spica secalina. *C. Bauh.* pin. p. 5.

Gramen spicatum secalinum maritimum maximum spica longiore. *Scheuchz.* Agrost. p. 138. Tab. 3. fig. 8. *Spartium spicatum* pungens oceanicum. *Joh. Bauh.* hist. 2. p. 511.

Radix articulata, repens. *Culmus* erectus, bipedalis et altior, glaber, tenuissime striatus, sub spica scaber. *Folia* pedalia et longiora culmum superantia, involuta, teretia, mucronato-pungentia, glaucescentia, glabra, extus nitida, intus seu pagina superiore lineis eminentioribus striata. *Vaginae* scabriusculae, longae, striatae, plerumque purpurascens. *Ligula* semiuncialis lanceolato-acuminata, profunde bifida et nonnunquam fissa. *Panicula* dense spicata, fere cylindrica, straminei coloris, digitalis et paulo longior. *Gluma* inaequalis: *valvis* obtusis, carinatis nervo dorsali viridi scabris: *interiore* paulo minore basi usque ad medium tricostrata. *Corolla* inaequalis, scabra, basi pilis lineae longitudine circumdata, obrusa: *valvula exterior* calyce paulo brevior, quinquecostata, apice laeviter bifida; *interior* tricostrata, angustior, paulo brevior exteriore.

Observ. Vstilagine maxime inficitur haec planta.

* * * * *

Calamagrostis canescens.

C. panicula laxissima, calyce unifloro subaequali, valvulis mucronato-aristatis.

Arundo canescens. *Wigg.* prim. Flor. Holfat. p. 11.

Celeb. *Wiggerfus* hanc novam speciem in *Holfatiae* turfosis prope pagum *Süsel* observavit, quae differt a *Calamagr. lanceolata*. (Arundine Calamagrostide Lin.) *Culmo* simplici debili, pa-
nicu-

nicula laxa. Tota planta tenera. Calyx corollam superans. Valvulae acutae longeque mucronatae et fere aristatae, albicantes. Pappus longus, copiosus corollam cingens.

S T I P A.

Observ. Specificus huius generis character consistit in **Arista terminali petali exterioris longissima, basi articulata.**

Flor. Germ. p. 34. n. 1. *Stipa pennata.*

S. aristis lanatis. Linn. Syst. Plant. Tom. I. p. 218. Jacq. Vind. p. 13. Scop. Carn. ed. 2. n. 122.

Gramen sparteum pennatum. C. Bauh. pin. p. 5. Buxb. Halensf. p. 145. Hall. Gött. p. 49.

Gramen spicatum aristis pennatis. Scheuchz. Agrost. p. 153. Rupp. Ien. p. 306.

Gramen pennatum aliis spartum. Ioh. Bauh. hist. 2. p. 512.

Culmi tripedales et altiores. Folia convoluta et fere setacea. Ligula obtusiuscula. Panicula lanceolata, saepe contracta. Glumae lanceolatae lineares, carinatae, in aristam fere sesquiunciam terminatae. Corolla extus villosa: valvula exterior in aristam pedalem, plumis albis patentibus pulcherrime ornatam, inferno nudam et tortam abiens.

Flor. Germ. p. 34. n. 2. *Stipa iuncea.*

S. aristis nudis rectis, calycibus femine longioribus; foliis intus laevibus. Linn. Syst. Plant. T. I. p. 218. Scop. Carn. ed. 2. n. 123.

Festuca iunceo folio. C. Bauh. pin. p. 9. prodr. p. 19. Scheuchz. Agrost. p. 151. Hall. Goett. p. 49. Rupp. Ien. p. 318.

Festuca glumis unifloris aristis longissimis nudis. Böhm. Lipsf. n 644.

Differt praecipue ab antecedente Aristis rectis nudis, basi femicylindricis minus tortis. Glumae albiae.

Flor. Germ. p. 34. n. 3. *Stipa capillata*.

S. aristis nudis curvatis, calycibus femine longioribus, foliis intus pubescentibus. *Linn. Syft. Plant. T. I. p. 219. Jacq. Vind. p. 13. Plan. Erford. p. 59.*

Festuca longissimis aristis, glumis vacuis spadicei coloris. *C. Baub. pin. p. 10. Buxb. Hal. p. 143.*

Gramen Aegilops bromoides longissimis aristis. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 513.*

Antecedenti simillima sed differt: *Foliis* rigidioribus, brevioribus, pagina superiore magis explanatis, villosis. 2. *Glumis* spadiceis. 3. *Aristis* brevioribus, adultioribus spiraliter flexis et curvatis.

* * *Calycibus bifloris.*

A I R A.

† *Muticae.*

Flor. Germ. p. 35. n. 1. *Aira aquatica.*

A. panicula patente, floribus muticis laevibus, calyce longioribus, foliis planis. *Linn. Syft. Plant. Tom. I. p. 177. Berg. Fl. Francof. p. 321. Böhm. Lips. n. 617. Grimm. Ien. p. 262. Jacq. Vind. p. 14. Nonne Erford. p. 277. Plan. Erford. p. 54. Scop. Carn. ed. 2. n. 94. Weig. Flor. Pom. n. 52. Willdenow prodr. Berol. n. 145. Zinn. Gött. p. 63.*

Gramen caninum supinum paniculatum dulce. *C. Bauh. pin. p. 1.*

Gramen miliaceum aquaticum. *Hall. Goett. p. 46. Rupp. Ien. p. 315. Scheuchz. Agrost. p. 176.*

Gramen dulce odorum. *Dill. Gies. p. 111.*

Culmus basi repens, incurvus. *Folia* glabra, plana. *Ligula* obtusa. *Panicula* divergens, ramosa. *Spiculae* spadiceo-virides, ovatae, obtusae. *Glumae* inaequales, subrotundae, obtusae spicula duplo minores. *Corollae* bivalves, muticae: inferior sessilis; superior pedicellata.

Variat *Culmo* ab unciali ad palmarem immo pedalem altitudinem.

Obferu. *Spiculae* quaedam in apicibus ramulorum caesae facpius occurrunt.

† † *Aristatae.*

Flor. Germ. p. 35. n. *Aira paludosa.*

A. foliis planis, panicula patente, flosculis basi hirsutis aristatis: arista breui inflexa. Gramen palustre paniculatum minus. *C. Baub.* pin. p. 3. prodr. p. 7. *Hall.* Gött. p. 45. *Rupp.* len. p. 312. *Scheuchz.* Agrost. p. 156.

Radix perennis. *Culmus* sere bipedalis. *Folia* plana, striata, pagina superiore margineque aspera. *Panicula* tere palmaris, angusta, e viridi argentea. *Gluma* bivaluis, acuminata mutica, plerumque biflora. *Corollae* bivalues, basi villosae: *valvula exterior* basi aristam tortilem geniculatam, longitudine plerumque calycis exserens.

Flor. Germ. p. 35. n. 3. *Aira subspicata.*

A. foliis planis, panicula spicata, flosculis medio aristatis: arista reflexa laxiore. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 178. *Dörr.* Nass. pag. 2. *Iacq.* Vind. p. 14.

Gramen avenaceum paniculatum alpinum humile locustis in spicam collectis varicoloribus aristatis. *Scheuchz.* Agrost. p. 221. et app. Agr. Tab. 6.

Culmus digitalis et nonnunquam paulo altior, sub spica villosus, inferne binodis. *Folia* plerumque tria, semiuncialia aut uncialia, glabra. *Vaginae* glabrae. *Ligula* obtusa, fusca. *Panicula* semiuncialis et paulo maior, dense spicata. *Pedunculi* villosi. *Spiculae* spadiceae. *Gluma* bivaluis, subinaequalis: *valvulis* mucronatis, ovatis. *Corollae* glabrae: *inferior* sessilis: superior breuiter pedicellata: *valvula exterior* dorso supra medium aristam basi recurvam, spicula longiorem producens.

Obferu. *Scheuchzeri* Icon. l. c. paniculam magis fructificantem indicare videtur.

Flor. Germ. p. 35, n. 4. *Aira flexuosa.*

A. foliis setaceis, culmis subnudis, panicula divaricata, pedunculis flexuosis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 179. Grimm. Isen. p. 263. Leers Herborn. n. 60. Tab. 5 fig. 1. Weig. Fl. Pom. n. 54. Schreb. Graefer Th. 2. p. 57. Tab. 30.*

Avena montana β . *adultior*. *Wigg. prim. Flor. Holf. p. 9.*

Gramen nemorosum paniculis albis capillaceo-folio. *C. Bamb. pin. p. 7. prodr. p. 14.*

Gramen alpinum nemorosum paniculatum, foliis angustissimis, locustis splendidibus aristatis. *Scheuchz. Agrost. p. 218. Tab. 4. fig. 16. et app. Agrost. Tab. 6. bona.*

Culmi sesqui- seu bipedales, bi- seu trinodes. *Folia* setacea. *Ligula* ovata, obtusa, bifida. *Vaginae* rufescentes, subscabrae. *Panicula* laxissima, pauciflora. *Pedicelli* cum *pedunculis* capillares, flexuosi. *Gluma* inaequalis. *Corolla* albida, basi pilosa, subaequalis, dorso supra basin arista recta, dein geniculo reflexa, tortili, longiore praedita.

Obseru. Ad *Avenam* hanc plantam numeravit *Wiggerfus* et *Airam montanam* Linnei *adultiorem* tantum esse putat.

Flor. Germ. p. 36. n. 5. Aira caespitosa.

A. foliis planis panicula patente, petalis basi villosis aristisque: arista recta breui. *Linn. Syst. Plant. Tom. I. p. 178. Berg. Fl. Franc. p. 321. Böhm. Lips. n. 615. Dörr. Nass. p. 2. Grimm. Isen. p. 263. et emend. p. 120. Leers Herborn. n. 59. Tab. 4. fig. 8. Plan. Erford. pag. 54. Scop. Carn. ed. 2. n. 93. Weig. Fl. Pom. n. 53. Willk. Flor. Gryph. n. 43. Zinn. Gött. p. 63.*

Gramen segetum panicula arundinacea. *C. Bauh. pin. p. 3. Dill. Gief. p. 111. Hall. Goett. p. 49. Rupp. Ien. p. 315. Scheuchz. Agrost. p. 244. Tab. 5. fig. 2. 3.*

Radix fibrosa, multiplex. *Culmi* erecti, stricti, binodes, tripedales et longiores. *Folia* plana, subtus lacuia, superne plicato-fulcata, scaberrima. *Vaginae* striatae, laeues. *Ligula* oblonga, obtusa; supremi folii bifida. *Panicula* speciosa, fere pedalis ex argenteo subfusca, splendens, patens. *Gluma* aequalis. *Corolla inferior* basi nuda; *superior* minor, pedicellata, basi pilosa: pedicello demum elongato, calycem excedens. *Arista* e basi recta, vix longior corolla. *Nectaria* duo, ovata.

β . *maxima.*

Gramen pratense paniculatum altissimum, locustis parvis splendidibus, non aristatis. *Rupp. Ien.* p. 318?

Differt altitudine fere humana. *Panicula* vlttrapedali, diuicacita. *Spiculis* paulo maioribus.

Flor. Germ. p. 36. n. 6. *Aira montana*.

A. foliis setaceis, panicula angustata, flosculis basi pilosis aristatis: arista tortili longiore. *Lin. Syst. Plant. T. I. p. 179. Jacq. Vind. p. 14. Leers Herborn. n. 61. Tab. 5. fig. 2. Weig. Fl. Pom. n. 35. Zimm. Goett. p. 63.*

Avena montana. *Wigg. prim. Fl. Holf. p. 9.*

Gramen auenaceum capillaceum minoribus glumis. *C. Bauh. pin. p. 10. Hall. Gött. p. 47. Rupp. Ien. p. 317.*

Gramen auenaceum paniculatum alpinum, foliis capillaceis breuibus, locustis purpureo-argenteis et aristatis. *Scheuchz. Agrost. p. 216. Tab. 4. fig. 16. et app. Agrost. Tab. 4.*

Si quaedam differentia huius plantae ab *Aira flexuosa* locum habet, consistet 1. in *Spiculis* purpureis, albidis, nitentibus: 2. *Pedicellis* saepe rufescentibus. 3. *Arista* nigra, brevior. 4. *Panicula* oblonga, ramis rectis. vid. *Mönch. Flor. Hass. n. 65.*

Flor. Germ. p. 36. n. 7. *Aira alpina*.

A. foliis subulatis, panicula densa, flosculis basi pilosis aristatis: arista breui. *Lin. Syst. Plant. T. I. p. 179. Jacq. Vind. p. 15.*

Gramen auenaceum capillaceum, minoribus glumis, argenteis vix aristatis, foliis angustioribus. *Scheuchz. Agrost. pag. 222.*

Folia radicalia caespitosa, sesquiuncialia, conuoluta, rigida, subulata, patentia, extus glaberrima, intus seu pagina superiore striato-fulcata, margine scaberrima: *culmea* tria seu quatuor fere biuncialia. *Vaginae* striatae, glabrae. *Ligula* ovata, obtusa, bifida et nuda. *Culmus* erectus, pedalis et sesquipedalis purpurascens, sub panicula pulcherrime striatus, nodis tribus seu quatuor purpureis contractis, paululum incuruus. *Panicula* bi- seu triuncialis, patens. *Spiculae* oblongae, approximate, duplo vel triplo minores quam in antecedente. *Glumae* subaequales, acuminatae costatae, basi dorsoque atropurpureae, margine apiceque sordide albae, bidentatae. *Corollae* sordide albae, basi pilis

pilis candidis duplo breuioribus circumdatae: *inferior* sessilis; *superior* pedicello pilosissimi insidens. *Valuula exterior* quadri-dentata; dentibus inaequalibus, dorso infra medium. *Arista* scabra, paululum incrassata, recta, corollae longitudinem raro superante praedita.

Flor. Germ. p. 36. n. 8. *Aira canescens*.

A. foliis fetaceis: summo spathaceo paniculam inferne involuente. *Lin.* Syst. Plant. Tom. 1. p. 180. *Beitr. zur Bot. Th.* 2. p. 153. n. 38. *Weig.* Fl. Pom. n. 56. *Wilke* Flor. Gryph. n. 44. *Timm.* Fl. Megap. n. 631.

Avena canescens panicula stricta, calycibus bifloris, aristas clauatis. *Wigg.* prim. Flor. Holf. p. 9.

Gramen foliis iunceis, radice iubata. *C. Bauh.* pin. pag. 5. *Scheuchz.* Agrost. p. 243.

β. *glauca*.

Gramen foliis oblongis, radice alba. *C. Bauh.* pin. p. 5. *Scheuchz.* Agrost. p. 242.

Folia caespitosa, fetacea, mucronata, rigidiuscula, canaliculata, albo-viridia. *Vaginae* scabrae. *Ligula* obtusiuscula. *Culmi* plures caespitosi, erecti, palmares, et fere pedales, inferne paululum incurui. *Panicula* uncialis aut biuncialis, patens, ante et post florescentiam contracta, ex albo rubella. Quisque paniculae ramus globulo pellucido, nitidissimo insidens. *Glu-mae* subaequales, obtusiusculae. *Corollae* glabrae, vix basi pilosae. *Valuula exterior* basi aristam emittens, infra medium purpuream, in medio globulo albo praeditam, supra medium candidam, calyce non longiorem. *Antherae* atropurpureae, cruciatae.

β. *glauca*.

Differt *Panicula* tota glauca. *Antheris* sulphureis.

Obseru. Panicula iam ante florescentiam e folii summi vagina plane egreditur et neque florens neque fructifera ab illa inuoluitur. Hinc differentia specifica *Linnei*, minus quadrat, qui folium summum spathaceum dicit, paniculam interne includens.

Flor. Germ. p. 36. n. 9. *Aira praecox*.

A. foliis fetaceis: vaginis angulatis, floribus paniculato-spicatis, flosculis basi aristatis. *Lin.* Syst. Plant. T. 1. pag. 180.

Beitr. zur Bot. Th. 2. p. 154. n. 39. *Timm.* prodr. Flor. Megapol. n. 630.

Avena pusilla panicula contracta, calycibus bifloris, aristis subulatis. *Wigg.* prim. Fl. Holf. p. 9.

Gramen minimum spica breui habitiore nostrum. *Scheuchz.* Agrost. p. 219. *Rupp.* Ien. p. 306.

Culmi erecti, caespitosi, digitales et paulo altiores, supra medium nudi, ex infimo geniculo saepius ramosi. *Folia* setacea, breuia, superne canaliculata, scabriuscula. *Vaginae* glabrae, fulcato-angulatae, ventricosae. *Ligula* tenuissime incisa. *Panicula* contracta, florescentiae tempore laxa, breuis, spicata. *Spiculae* exiguae ouatae, albicantes, aetate canescentes. *Glumae* lanceolatae, corollis longiores. *Corollae* exiguae, basi pubescentes: *valvula exterior* e basi aristam emittens calyce duplo fere longiorem, paululum incuruam.

Flor. Germ. p. 37. n. 10. *Aira caryophyllea.*

A. foliis setaceis, panicula diuarcata, floribus aristatis distantibus. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 180. *Leers* Herborn. n. 62. Tab. 5. fig. 7. *Plan.* Erford. p. 54.

Avena caryophyllea panicula diuarcata, calycibus bifloris, aristatis subulatis. *Wigg.* prim. Fl. Holf. p. 10.

Caryophyllus aruentis glaber, minimus. *C. Bauh.* pin. p. 210. prodr. p. 105.

Gramen paniculatum minimum molle. *Scheuchz.* Agrost. p. 215. Tab. 4. fig. 5. *Buxb.* Halens. p. 144. *Hall.* Gött. p. 47. *Rupp.* Ien. p. 312.

Gramen auenaceum glabrum panicula purpuro-argentea splendente minus et annuum. *Dill.* Gies. p. 70.

Culmi plerumque digitales et palmares, erecti, binodes. *Folia* semiteretia, canaliculata, scabriuscula. *Vaginae* glabrae, sulcatae, folii summi subventricosa, longissima. *Ligula* ultra lineam longa, tenuissime incisa, acuminata. *Panicula* maxime diuarcata, ramosissima, ante florescentiam contracta. *Spiculae* ouatae, mucronatae, inferne purpurascens, superne candicantes. *Glumae* corollis maiores. *Corollae* exiguae, longitudine fere aequales, paululum diuarcatae, basi pubescentes. *Valvula exterior* basi aristam producens incuruam, calyce duplo maiorem. *Obseru. I.* *Leersii* descriptio l. c. minus quadrat ad hanc speciem, figura autem bona.

Obferu. II. Differt ab antecedente præcipue 1. *Panicula* multo maiore maximeque diuvaricata. 2. *Pedunculis pedicellisque* longioribus. 3. *Vaginis* longioribus, striato-fulcatis, fed non angulatis. 4. *Corollis* in calyce longitudine fere aequalibus, paululum diuvaricatis.

MELICA.

Obferu. Melicæ generis character requirit Glumam bifloram cum rudimento flosculi intermedii tertii. At *melica ciliata* Gluma tantum biflora gaudet, absque rudimento tertii, altero flore fertili, altero minori, pedunculato, plerumque sterili. Minori itaque iure ad hoc genus pertinet, fed potius ob pappum, quo valvula exterior flosculi inferioris a bafi ad apicem externe ad marginem veftita eft, ad *Arundinis* genus proxime accedit.

Flor. Germ. p. 37. n. 1. *Melica ciliata*.

M. flosculi inferioris petalo exteriori ciliato. *Linn. Syft. Plant. Tom. I. p. 188. Berg. Fl. Francof. p. 319. Böhm. Lipf. n. 613. Grimm. Hæn. p. 263. Jacq. Vind. p. 15. Nonne Erf. p. 276. Plan. Erford. p. 54.*

M. panicula spicata: spiculis patentibus: flosculo maiore lanato. *Scop. Carn. ed. 1. p. 198. ed. 2. n. 96.*

Gramen auenaceum montanum lanuginosum. *C. Bauh. pin. p. 10. prodr. p. 20. Buxb. Hal. p. 142. Hall. Goett. p. 45. Rupp. Ien. p. 316.*

Gramen auenaceum spica simplici, locustis densissimis candidantibus et lanuginosis. *Scheuchz. Agrost. p. 174. Tab. 3. fig. 16. G. H. I. K.*

Culmi erecti, glabri, sub panicula scaberrimi. Folia mucronata, plana, scabra. Vaginae striatae, retrorsum scabrae. Ligula fissa. Panicula spicata, cylindrica, fere digitalis, ætate plumosa, faepe bafi interrupta. Spiculæ lanceolatae, mucronatae. Glumæ inaequales, biflorae, glabrae. Corollæ inferioris valvula exterior dorso scabra, externe ad marginem pappo piloso veftita; interior duplo minor. Corolla superior minor, pedunculata, ouata, nuda, faepe sterilis.

Flor. Germ. p. 37. n. 2. *Melica nutans*.

M. petalis imberbibus, panicula nutante simplici. *Linn. Syft. Plant. T. I. p. 182. Dörr. Nass. n. 20. Jacq. Vind. p. 15. Less. Herborn. n. 63. Tab. 3. fig. 4. Nonne Erf. p. 277. Plan. Ford. p. 54. Weig. Fior. Pom. n. 57. Wilke Fl. Gryph. n. 45. Zinn. Gött. p. 64.*

M. pedunculis simplicibus, spiculis nutantibus secundis glabris. *Scop. Carn. ed. I. p. 197. ed. 2. n. 95.*

M. flosculis glabris, summo inaequaliter curtato. *Böhm. Lips. n. 614.*

M. petalis imberbibus. *Berg. Fl. Franc. p. 319.*

Aira nutans panicula laxissima nutante simplici. *Wigg. prim. Fl. Holfat. p. 7. Willdenow prodr. Berol. n. 143.*

Gramen montanum auenaceum, locustis rubris. *C. Baub. pin. p. 10. prodr. p. 20. Scheuchz. Agrost. p. 171. Tab. 3. fig. 16. D. E. F. Dill. Gief. p. 50. Hall. Gött. p. 45. Rupp. Ien. p. 317.*

Culmus erectus, compresso-tetragonus. *Folia* plana, pagina superiore pubescentia, marginibus carinaque scabra. *Vaginae* tetragonae, scabrae. *Ligulae* loco margo brevis, membranaceus, fuscus. *Panicula* secunda, nutans, simplex. *Spiculae* ouatae obtusae. *Glumae* purpurascens, albo marginatae, obtusae, aequales. subtriflorae: *exterior* trineruia; *interior* quinqueneruia. *Filamenta* basi connata.

Observ. I. Male quidem cel. *Wiggersius* et *Willdenow* hanc speciem ad *Airam* retulerunt.

Observ. II. Pedicellus elongatus inter flosculos prominet capitulo turbinato, seu tertii et nonnunquam quarti flosculi rudimento, demum bivalui terminatus.

Omiss. in Flor. Germ. *Melica uniflora*.

M. panicula rara, calycibus bifloris, flosculo altero hermaphrodito, altero neutro. *Retz. Obs. bot. Fascicul. I. p. 10. n. 9. Timm. prodr. Flor. Megapol. n. 33. Elwert Fl. Baruthin. p. 7. Celeberr. Retzii* descriptionem plantae nondum a me observatae hic apponam. *Radix* fibrosa, perennis. *Culmus* simplex, filiformis, triqueter, laevis. *Folia* graminea, vaginarum striatarum oris pilosis. *Panicula* rara, pedunculis inferioribus geminis, altero brevioribus, saepius unifloris; superioribus solitariis. *Calyx* biflorus, bivaluis, coloratus: *gluma exterior* maior, ouata,

ta, concava; interior minor lanceolata; muticus trineruis. Flores bini mutici, hermaphroditus sessilis: valvula exterior magna, ventricosa, marginibus interiorem amplectens, quae planiuscula marginibus membranaceis reflexis, praecipue prope basin. Sterilis pedunculatus, nihil praeter rudimentum floris truncatum, hyalinum, biglume, cucullatum habens. Stamina tria: filamentis capillaribus; Antheris vtrinque fissis, flavescentibus, Pistillum: Germen ovatum, glabrum, nitidum, bicornis, stylis duobus basi discretis, diuaticis; stigma villosa. Semen ovatum nitidum.

Observ. In Saxonia etiam hanc me vidisse plantam recordor, promiscue cum *Melica nutante* crescentem, cuius varietatem ramosam tunc tempore putavi, sed fructificationis partes non examinaui. Vtrum *Melica nutans Mönchii*, *Leersii* et *Pollichii* huc pertineat, an *Melica nutans* etiam variet panicula basi ramosa, calycibus subtrifloris, non audeo determinare. Inter specimina mea sicca vnicum inuenio, panicula basi ramosa, quod Cel. *Retzii* descriptioni optime respondet, etiam flosculorum numero.

Flor. Germ. p. 38. n. 3. *Melica caerulea*.

M. panicula coarctata, floribus cylindricis. *Lim.* Syst. Plant. T. 1. p. 183. *Plan.* Erford. p. 54.

Aira caerulea panicula coarctata, floribus pedunculatis muticis conuoluto-subulatis, foliis planis. *Gmel.* Tubing. p. 19. *Jacq.* Vind. p. 14. et p. 207. *Leers* Fl. Herborn. n. 58. Tab. 4. fig. 7. *Reich.* Fl. Moeno-Francof. n. 51. et emend. part. 2. p. 166. *Schreb.* Spic. Fl. Lips. p. 48. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 91. *Weig.* Flor. Pom. n. 51. *Wigg.* prim. Fl. Hoff. p. 7. *Wilke* Fl. Gryph. n. 42. *Willd.* prodr. Berol. n. 142.

α. minor.

Gramen arundinaceum enode minus syluaticum. *C. Bauh.* pin. p. 7. *Scheuchz.* Agrost. p. 209. *Leyff.* Halens. n. 83. α.

Gramen paniculatum autumnale, panicula angustiore e viridi nigricante. *Buxb.* Hal. p. 143. *Rüpp.* Ien. p. 310.

Gramen pratense serotinum, panicula longa purpurascens. *Dill.* Gies. p. 171.

β. maior.

Melica panicula ampliore ex viridi nigricante. *Berg. Fl. Francof.* p. 320.

Gramen arundinaceum enode maius montanum. *C. Baub. pin.* 7. *Buxb. Hal.* p. 143.

Gramen paniculatum autumnales panicula ampliore e viridi nigricante. *Scheuchz. Agrost.* p. 207. Tab. 4. fig. 11. 12. *Leyff. Halenf. n.* 83. β . *Poll. palat. n.* 85. β . *Rupp. Ien. pag.* 309. *Willden. prodr. Berol. n.* 142. β .

Gramen arundinaceum enode montanum, panicula longissima, locustis angustissimis. *Scheuchz. Agrost.* p. 208.

Culmi unico geniculo iuxta basin praediti, dein enodes, erecti, stricti. *Folia* longa, plana, firma, apicem versus inuoluta. *Vaginae* striatae, laeves. *Ligulae* loco margo ciliatus. *Panicula* coarctata, elongata, purpureo-violacea. *Glumae* inaequales, corollis minores, violaceae, subtriflorae. *Corollae* violaceae, margine inuolutae: altera sessilis amplectens alteram pedicellatam. *Pedicellus* inter flosculos elongatus, nudus, saepe flosculo imperfecto instructus.

α . *minor.* *Culmi* palmares et pedales. *Panicula* digitalis et paulo longior. *Glumae* uni- seu biflorae, raro flosculi intermedii tertii rudimento praeditae.

β . *maior.* *Culmi* cubitales et altiores. *Panicula* semipedalis et fere pedalis. *Glumae* semper fere subtriflorae.

Variat *Panicula* viridi et glauca.

* * * * *

MELICA *Gmelini*.

M. panicula coarctata, foliis linearibus hirsutis, ciliatis; calycibus sessilibus subtrifloris, floribus muticis.

Aira. *Gmel. Tubing.* p. 20.

Culmus gracillimus glaber, semipedalis. *Folia* angustissima, interdum longa, hirsutissima. *Vaginae* hirsutae. *Spica* brevis, ex flauo et argenteo viridis. Ita describit *Celeb. Gmelinus* plantam in monte anatolico obseruatam.

* * * *Calycibus* multifloris.

A V E N A.

Flor. Germ. p. 38. n. 1. *Avena fatua.*

A. pa.

A. paniculata, calycibus trifloris, flosculis omnibus aristatis basi que pilosis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 223. Jacq. Vind. p. 18. Leers Herborn. n. 90. Tab. 9. fig. 4. Nonne Erford. p. 280. Plan. Erford. p. 60. Weig. Flor. Poin. n. 76. Wilke Fl. Gryph. n. 63. Zinn. Gött. p. 69.*

A. panicula patente, flosculis basi pilosis. *Berg. Fl. Franc. pag. 325.*

A. pilosa. Buxb. Hal. p. 35.

Festuca vtriculis lanugine flavescentibus. C. Bauh. pin. p. 10.

Gramen avenaceum vtriculis lanugine flavescentibus. Dill. Gies. p. 174. app. p. 89. Tab. 2. Hall. Gött. p. 47. Rupp. Ien. P. 317. Scheuchz. Agrost. p. 239. Tab. 5. f. 1.

Aegylops quibusdam, aristis recurvis, seu Auena pilosa. I. Bauh. hist. 2. p. 433.

Culmus erectus. Folia lata, striata, scabra. Ligula brevis, fissâ. Panicula fere pedalis. Pedunculi uniflori, raro biflori. Glumae plerumque triflorae, corollis maiores. Corollae basi dorsoque pilosae: valvula exterior dorso arista geniculata duplo longiore praedita. Nectaria ovato-acuminata.

Variat Pedunculis inferioribus paniculae pluribus, multifloris.

Flor. Germ. p. 38. n. 2. Auena sesquitertia.

A. paniculata, calycibus subtrifloris, flosculis omnibus aristatis, receptaculis barbatis. Linn. Syst. Plant. T. I. pag. 223. Plan. Erford. p. 60.

Gramen pratense villosum, panicula densa ex argenteo dilute spadicea vel fusca. Scheuchz. Agrost. p. 120. Tab. 4. fig. 17. A. B.

Culmus fere tripedalis. Genicula pilosa. Folia brevia, subtus pilosa. Vaginae inferiores hirsutae. Panicula palmaris. Pedunculi subpilosi. Glumae inaequales, biflorae cum rudimento plerumque flosculi tertii, corollis breviores. Corollae aequales, mucronatae, basi barbatae, purpureae. Arista dorsalis, corolla duplo longior. Antherae purpurascens.

Flor. Germ. p. 38. n. 3. Auena pubescens.

A. subspicata, calycibus subtrifloris basi pilosis, foliis planis pubescentibus. Linn. Syst. Plant. T. I. p. 223. Berg. Flor. Franc. p. 325. Leers Herb. n. 91. Tab. 9. fig. 2. Plan. Erf. pag. 60.

Festuca dumetorum, foliis angustissimis pilosis. *C. Bauh.* pin. p. 10. prodr. p. 19.

Gramen auenaceum panicula purpureo argentea splendente. *Scheuchz.* Agrost. p. 226. Tab. 4. fig. 20. *Dill.* Giesf. p. 86. *Hall.* Gött. p. 48. *Rupp.* Ien. p. 317.

Radix stolonifera. Culmus erectus, laevis. Folia plana: radicalia angusta, pilosa; culmea latiuscula, pubescentia; supremo brevissimo nudo. Vaginae striatae; inferiores villosae. Ligula magna, obtusa, vix crenulata. Panicula coarctata, femipedalis, florens patula. Pedunculi compressi scabri. Glumae acuminatae, ex albo purpurascens, plerumque triflorae. Corollae basi valde pilosae, longitudine calycis, apice multifidae, e dorso Aristam ex albo violaceam demum tortilem producentes. Nectaria duo, longitudine germinis truncata, tridentata.

Flor. Germ. p. 39. n. 4. *Avena flauescens.*

A. panicula laxa. calycibus trifloris breuibus, flosculis omnibus aristatis. *Linn.* Syst. Plant T. 1. p. 224. *Grimm.* Ien. p. 266. *Iacq.* Vind. p. 19. *Leers* Herb. n. 93. Tab. 9. fig. 3. *Plan.* Erford. p. 60. *Zinn.* Gött. p. 69. *Willdenow* prodr. Berol. n. 181.

α. *Locustis maioribus.*

Gramen auenaceum pratense elatius, panicula densa flauescente, locustis maioribus villosum. *Scheuchz.* Agrost. p. 225. Tab. 4. fig. 19. *Leyff.* Fl. Halens. n. 121. α.

β. *Locustis minoribus.*

Gramen auenaceum pratense elatius, panicula flauescente, locustis paruis. *Scheuchz.* Agrost. p. 223. Tab. 4. fig. 18. *Dill.* Giesf. p. 90. *Hall.* Gött. p. 47. *Leyff.* Fl. Halens. l. c. β. *Rupp.* Ien. p. 317.

γ. *Floribus viviparis. Leers* l. c.

Culmi erecti laeues. Genucula remota, pubescentia. Folia pagina superiore subvillosa. Vaginae subvillosae. Ligula truncata, subcrenata. Panicula flauescens. Pedunculi verticillati. Glumae triflorae: flosculo ultimo sterili. Corollae basi pilosae, apice bifidae, calyce longiores, dorso aristam longiorem, tenuem producentes. Nectaria duo ovato-lanceolata.

γ. Differt *Panicula* spicata, squarrosa. *Germinibus* in fasciculos foliorum villosos excrecentibus, vndique diuergentes.

Variat *Panicula angustata*, coarctata, calycibus mense Maio bifloris, *Iulio* tri- seu quadrifloris. *Leers* l. c.

Flor. Germ. p. 39. n. 5. *Auena pratensis*.

A. subspicata, calycibus quinquefloris. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 225. *Grimm* Henac. p. 266. *Jacq.* Vind. p. 19. *Leers* Herb. n. 92. Tab. 9. fig. 1. *Weig.* Fl. Pom. n. 77. *Wilke* Fl. Gryph. n. 64. *Zinn.* Gött. p. 69.

A. spicis erectis, calyce spiculis breuiore. *Böhm.* Lipf. n. 628.

Gramen auenaceum montanum, spica simplici, aristis recurvis. *Hall.* Goett. p. 48. *Rupp.* Ien. pag. 317.

Gramen auenaceum angustifolium alpinum spicata panicula, ex purpureo, viridi et argenteo variegata. *Scheuchz.* Agrost. pag. 230.

Culmi erecti, stricti, rufescentes, scabri. *Folia* angusta, apice purpurea: *radicalia* longa, plana, margine scaberrima, dein inuoluta filiformia; *culmea* breuia, plana, supra incana, scabra, subtus laeuis. *Vaginae* scabrae. *Ligula* oblonga. *Panicula* spicata, contracta, pauciflora. *Pedunculi* breues, stricti, hispidi, simplices, vniflori: *inferiores* gemini, altero longiore bifloro. *Glumae* scaberrimae, corollis breuiore, plerumque quinqueflorae, raro triflorae. *Corollae* basi subpilosae, apice acuminatae, bifidae, dorso *aristam* longiorem tortilem producentes. *Nectaria* duo, lanceolata acuminata, germine longiora, margine exteriori vnidentata.

Obseru. *Auenam fatuam*, *flavescentem* et *pratensem* cum aliis nonnullis in vnam speciem iunxit *Cel. Scopoli* sub nomine *Auenae pilosae* Flor. Carn. ed. 2. n. 124.

Flor. Germ. p. 39. n. 6. *Auena strigosa*.

A. panicula oblonga, contracta, secunda, flosculis geminis, apice biaristatis, dorso arista geniculata. *Schreb.* Spic. Flor. Lipf. p. 52. *Timm* prodr. Fl. Megap. n. 659.

Culmus erectus. *Folia* lineata, scaberrima. *Vaginae* margine superne villis longis, raris, tortilibus obsessae. *Ligula* obtusa, fissa. *Panicula* palmaris tere. *Pedunculi* capillares, vni- seu biflorae. *Glumae* ovato-lanceolatae, costis eleuatis scabrae, biflorae. *Corollae* calycis longitudine, nitidae: *valvula exterior* apice bifida, aristis duabus, triplo breuioribus, tenuissimis, scaberrimis, aequalibus terminata, intra medium nitida, glabra, su-

supra medium costis eulentioribus scaberrima, dorso *aristam* duplo longiorem, infra medium fuscam, recuruam exserens. *Semina* nigricantia.

Variat *Calycibus* nonnullis tri- et quadrifloris.

Flor. Germ. p. 39. n. 7. *Auena dubia*.

A. paniculata, calycibus subtrifloris: flosculo infimo terminali arista recta; reliquis apice biaristatis, dorsali arista reflexa. *Leers* Herborn. n. 89. Tab. 9. fig. 3.

A. paniculata, calycibus subtrifloris, flosculis superioribus apice biaristatis, dorso arista reflexa, pedicellis superne incrassatis. *Mönch*. Hass. n. 96. Tab. 2.

Culmus erectus, spithameus, raro longior, tenuis, basi incuruus. *Genicula* quatuor, quorum tria inferiora radici proxima. *Folia radicalia* pauca, breuia, angustissima, plana; *culmea* conduplicato-subulata, subscabra. *Vaginae* glabrae. *Ligula* lanceolata, bifida. *Panicula* palmaris, pauciflora, patens. *Pedunculi* scabri, sub spiculis valde incrassati. *Glumae* inaequales, bi- rarius triflorae. *Corolla inferior* sessilis, basi nuda, terminata arista recta, longitudine. *Corollae: superior* breuissime pedicellata, basi pilosa, terminata ansis duabus, rectis, tenuissimis, longitudine corollae, dorso paulo supra medium *Aristam* tortilem, geniculatam, duplo longiorem exserens; *suprema* proximae similis.

Flor. Germ. p. 40. n. 8. *Auena breuis*.

A. panicula laxa secunda, calycibus dispermis, feminibus breuibus obtusis apice bidentatis, dorso aristatis scabris. *Botan. Abhandl. und Beobacht.* p. 42. n. 1.

Culmus bi- seu tripedalis. *Folia* scaberrima. *Vaginae* margine villis longis, raris, flexuosis oblesae. *Ligula* breuis, truncata, crenata, ciliata. *Panicula* digitalis et paulo longior. *Pedunculi* vniflori, inferiores bi- seu triflori. *Glumae* subinaequales, biflorae, corollis longiores, feminibus breuiores, ouato-acuminatae, costatae. *Corollae* inaequales: *valvula exterior* ouata, obtusa, apice bidentata, dorso superne linea eminenti scabra, basi glabra, supra medium *Aristam* triplo longiorem, tortilem, recuruam producens; *interior* obtusa. *Semina* ventricosa, nigricantia, quinque costata dorso superne praecipue scabra.

Variat I. *Calycibus* subtrifloris.

2. *Seminibus* dorso ad insertionem aristae pilosis.

3. *Receptaculis* feminum pilis rarioribus barbatis.

Observ. Rudimentum tertii flosculi in plerisque nullum, sed Calyces tantum biflori.

* * *

Avena elatior Linn. ob calycem biflorum, altero flosculo hermaphrodito submutico, altero masculino aristato ad *Holsum* maiori cum iure referenda est, quam ad *Auenam*.

D A C T Y L I S.

Flor. Germ. p. 40. *Dactylis glomerata*.

D. panicula secunda glomerata. Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 197. Jacq. Vind. p. 13. Leers Herborn. n. 57. Tab. 3. f. 3. Plan. Erford. p. 56. Weig. Fl. Pom. n. 65. Wilke Gryph. n. 53.

Bromus glomeratus. Scop. Carn. ed. 2. n. 111.

Cynosurus panicula secunda glomerata. Berg. Fl. Franc. p. 323. Böhm. Fl. Lips. n. 638.

Poa flosculis confertis vno versu dispositis. Nonne Erford. p. 281. Zinn. Gött. p. 64.

Gramen spicatum folio aspero. C. Bauh. pin. p. 3. prodr. p. 9. Buxb. Hal. p. 148. Dill. Gies. p. 87. Hall. Goett. p. 50. Scheuchz. Agrost. p. 299. Tab. 6. fig. 15. Volk. Norimb. p. 197.

Gramen paniculatum spicis crassioribus et brevioribus. Rupp. Ien. p. 309.

Gramen asperum. Joh. Bauh. hist. 2. p. 467.

Culmus erectus, scaber. Folia vtrinque scaberrima. Vaginatae acute carinatae, scabrae. Ligula oblonga, obtusa, fissa. Panicula subspicata, contracta, florens secunda, patens. Peduncululi angulati, scabri, alterni, solitarii; inferior remotior, longior, demum horizontalis. Spiculae oblongae, obtusissimae, geminatim glomeratae. Glumae carinatae, scabrae, tubaristatae trirarius quadriflorae: valvula interior duplo maior, aristata. Corollae scabrae, obtusae: valvula exterior arista breui terminata; interior vix brevior, apice acute bifida. Nectaria duo, lanceolato-acuminata.

B R I Z A.

Flor. Germ. p. 40. n. 1. *Briza minor*.

B. spiculis triangulis, calyce flosculis septem longiore. Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 193. Böhm. Lips. n. 647. var. Nonne Erford. p. 285. Plan. Erford. p. 56.

Gramen tremulum minus, panicula parua. *C. Bauh.* pin. p. 2. prodr. p. 4. *Scheuchz.* Agrost. p. 205. Tab. 4. fig. 9. *Volk.* Norimb. p. 198.

Gramen paniculatum minus, locustis paruis tremulis. *Rupp.* Ien. p. 315.

Planta mihi ignota. An re vera a sequenti diuersa? *Cel. Böhmerus* cum *Hallero* iuniorem plantam sequentis esse putat. Specimina ab amico dilectiss. *Müllero* S. S. Th. ministro *Zichavenfi* sub *Brizae minoris* nomine accepta, minus perfecta sunt et differunt a sequenti toto habitu minore, panicula e summi foliū vagina ventricosa non plane egressa, calyce spicula sua ouata minore.

Flor. Germ. p. 40. n. 2. *Briza media.*

B. spiculis ouatis, calyce flosculis septem breuiore. *Lin.* Syst. Plant. T. 1. p. 194. *Berg.* Franc. p. 323. *Böhm.* Lips. n. 647. *Grimm.* Ien. p. 264. *Iacq.* Vind. p. 15. *Leers* Herborn. n. 64. Tab. 7. fig. 2. *Nonne* Erford. p. 285. *Plan.* Erford. p. 56. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 109. *Weig.* Fl. Pom. n. 64. *Wilke* Fl. Gryph. n. 57. *Zimm.* Gött. p. 65.

Gramen tremulum maius. *C. Bauh.* pin. p. 2. *Hall.* Gött. p. 44. *Scheuchz.* Agrost. p. 204. Tab. 4. fig. 8.

Gramen tremulum. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 469. *Dill.* Gies. p. 79.

Culmus fere bipedalis erectus. *Folia* angusta, breuia. *Ligula* breuis truncata. *Panicula* triangularis. *Pedunculi* gemini, violacei. *Pedicelli* flexuosi. *Spiculae* ouato-cordatae, nutantes, compressae obtusae, glabrae. *Glumae* trineruiae, aequales, obtusae. *Corollae* distichae: *valvula exterior* calyce maior, subviolacea, margine albido; *interior* minima, retusa. *Nectaria* duo, oblonga, truncata, margine exteriori videntata. *Variat Spiculis* minus coloratis, albidis, nouem ad vndecim-floris. *Leers* l. c.

Gramen tremulum minus locustis deltoidibus albicantibus. *Rupp.* Ien. p. 315.

Flor. Germ. p. 40. n. 3. *Briza Eragrostis.*

B. spiculis lanceolatis, flosculis viginti. *Lin.* Syst. Plant. T. 1. p. 195. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 110. *Schreb.* Graefer T. 2. p. 83. Tab. 39.

Gramen paniculis elegantissimis siue Eragrostis maius. *C. Bauh.* pin. p. 2. *Dill. Gies.* p. 130. *Rupp. Ien.* p. 312. *Scheuchz.* Agr. p. 194. Tab. 4. fig. 4.

Gramen paniculatum satiuum. *Buxb. Hal.* p. 142.

Culmi plures ex vna radice prostrati demum adscendentes, basi non raro ramosi. *Folia* plana, pulcherrime striata, margine et praecipue ad basin villis longis, candidis praedita, scabra. *Vaginae* striatae; margine ciliatae, ore barbatae. *Ligulae* loco margo fuscus, ciliatus. *Paniculae* fere digitalis, rigida, patens. *Pedunculi* et *pedicelli* saepe flexuosi. *Spiculae* fuscae, lanceolatae. *Glumae* membranaceae, inaequales, carinatae, dorso scabrae, quindecim ad viginti flora. *Semina* flaua, rotunda, reticulato-rugosa.

Variat Spicularum flosculis quindecim ad viginti et plures in eadem planta.

Obseru. Spicularum habitus vt optime monet *Cel. Scopoli* similis est spicarum *Cyperii flauescentis*, excepto colore.

P O A.

† *Panicula patente.*

Flor. Germ. p. 41. n. 1. *Poa aquatica.*

P. panicula diffusa, spiculis sexfloris linearibus. *Linn. Syst. Plant. T. 1.* p. 185. *Berg. Fl. Franc.* p. 322. *Böhm. Lips.* n. 633. *Dörr. Nass.* p. 27. *Grimm. Ilen.* p. 263. *Iacq. Vind.* p. 15. *Leers Herb.* n. 65. Tab. 5. fig. 5. *Plan. Erford.* p. 55. *Scop. Carn. ed. 2.* n. 105. *Weig. Flor. Pom.* n. 58. *Wilke Fl. Gryph.* n. 46. *Zinn. Gött.* p. 64.

Gramen palustre paniculatum altissimum. *C. Bauh.* pin. p. 3. *Buxb. Hal.* p. 141. *Dill. Gies.* p. 114. *Hall. Goett.* p. 44. *Rupp. Ien.* p. 313. *Scheuchz.* Agrost. p. 191. Tab. 4. fig. 1. *Volck. Norimb.* p. 197.

Gramen aquaticum paniculatum latifolium. *C. Bauh.* pin. p. 3. *Rupp. Ien.* p. 313.

Culmus erectus fere quinquepedalis. *Folia* plana, mucronata, carinata, deorsum scabra. *Vaginae* glabrae. *Ligula* obtusiuscula. *Panicula* palmaris, pedalis. *Pedunculi* triquetri, lea.

scabri. *Spiculae* ovato-lineares, subcompressae, sex- ad decemflorae. *Glumae* inaequales, lanceolatae, mucronatae. *Corollae* lanceolatae: *valvula exterior* obtusiuscula, nervis septem scabris praedita.

Flor. Germ. p. 41. n. 2. *Poa trivialis*.

P. panicula subdiffusa, spiculis trifloris basi pubescentibus, culmo erecto, tereti. *Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 185. Berg. Fl. Franc. p. 322. n. 6. Böhm. Lips. n. 630. Dörr. Nass. p. 27. Jacq. Vind. p. 16. Leers Herb. n. 66. Tab. 6. fig. 2. Nonne Erford. p. 281. Plan. Erford. p. 55. Weig. Fl. Pom. n. 59. Wilke Fl. Gryph. n. 47. Zinn. Goett. p. 64.*

P. panicula subdiffusa, spiculis trifloris basi pubescentibus, culmo erecto tereti, membrana foliorum breui truncata, foliis planis: vaginis glabris. *Leyff. Fl. Hal. n. 89.*

P. spiculis trifloris basi pubescentibus, glumis aequalibus. *Scop. Carn. ed. 1. p. 193. ed. 2. n. 99.*

Gramen pratense paniculatum medium. *C. Baub. pin. 2. Buxb. Hal. p. 143. Dill. Gies. p. 70. Hall. Gött. p. 45. Rupp. Ien. p. 311. Scheuchz. Agrost. p. 180.*

Culmi erecti stricti, semipedales et nonnunquam pedales, basi paululum incurvi. *Folia* plana, carinata, demum conduplicata. *Vaginae* nervo carinali arguto praeditae. *Panicula* sesquiuncialis et biuncialis, contracta, elliptica, florens patentiuscula. *Pedunculi* duo vel tres eodem loco e culmo prodeuntibus. *Spiculae* ovatae, compressae, e viridi alboque purpurascetes. *Glumae* ovatae, mucronatae, aequales, carinatae; *carina* supra medium evidentius dentata, plerumque triflorae. *Corollae* aequales: *valvula exterior* ovata, acuminata, infra medium lanuginosa; *interior* angustior, dorso dentata. *Nectaria* lanceolata, saepe bifida.

Variat *Glumis* quadri- ad sexfloris.

Flor. Germ. p. 41. n. 3. *Poa angustifolia*.

P. panicula diffusa, spiculis quadrifloris pubescentibus, culmo erecto tereti. *Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 186. Berg. Flor. Francof. p. 322. Böhm. Lips. n. 631. Grimm. Ilen. p. 264. Leers*

Leers Herborn. n. 67. Tab. 6. fig. 3. Nonne Erford. p. 281.
Plan. Erford. p. 55. Zimm. Gött. p. 64.

P. spiculis quadrifloris pubescentibus, culmo erecto tereti laevi, membrana foliorum breui truncata, foliis radicalibus filiformibus inuolutis. *Leyff.* Halens. n. 90.

Gramen pratense paniculatum maius, angustiore folio. *C. Bauh.* pin. p. 2. prodr. p. 5. *Buxb.* Hal. p. 144. *Dill.* Gies. p. 178. *Hall.* Gött. p. 45. *Rupp.* Ien. p. 311. *Scheuchz.* Agrost. p. 178. Tab. 3. fig. 17. B.

Culmi pedales et altiores erecti, stricti. *Folia* obtuse mucronata: *radicalia* longa, angusta, demum inuoluta, filiformia; *culmæa* sensim longiora et latiora. *Vaginae* longae, striatae, glabrae. *Panicula* tres ad quinque pollices longa, primo contracta, post florescentiam autem maxime diuaticata. *Pedunculi* plerumque quinque seu sex eodem loco e culmo prodeuntes. *Spiculae* ouato-lanceolatae, minus coloratae. *Glumae* ouatae, acuminatae, plerumque quadriflorae, carinatae: *carina* tota dentata. *Corollae* ouato-acuminatae: *valvula exterior* basi dorsoque magis villosa. *Nectaria* basi connata, gibba, apice breui acuto.

Variat *Glumis* tri- et quinquefloris.

Observ. Differt ab antecedente, cum qua coniunxit *Cel. Scopoli* 1. *Foliis* angustioribus, demum conuolutis filiformibus. 2. *Panicula* maiore, post florescentiam patentissima, diffusa. 3. *Pedunculis* quinque seu sex simul e Culmo prodeuntibus. 4. *Floribus* basi dorsoque villosis.

Flor. Germ. p. 42. n. 4. *Poa pratensis.*

P. panicula diffusa, spiculis quinquefloris glabris; culmo erecto tereti. *Lin.* Syst. Plant. Tom. I. p. 186. *Dörr.* Nass. p. 27. *Grimm.* Isen. p. 264. *Iacq.* Vind. p. 16. *Plan.* Erford. p. 55. *Weig.* Flor. Pom. n. 60. *Wilke* Flor. Gryph. n. 48.

P. panicula diffusa, spiculis subquinquefloris subpubescentibus, culmo erecto tereti, membrana foliorum oblonga acuta, vaginis scabris. *Leyff.* Halens. n. 91.

P. spiculis trifloris glabris, glumis inaequalibus. *Scop.* Carn. ed. I. p. 193. ed. 2. n. 100.

P. panicula diffusa, spiculis trifloris glabris, culmó erecto tereti. *Berg. Fl. Franc.* p. 322. *Böhm. Lipl.* n. 632. *Nomme Erford.* p. 282. *Zinn. Gött.* p. 65.

Gramen pratense paniculatum maius latiore folio. *C. Bauh. pin.* p. 2. *Buxb. Hal.* p. 143. *Hall. Gött.* p. 45. *Rupp. Ien.* p. 311. *Scheuchz. Agrost.* p. 177. Tab. 3. fig. 17. A. *Volck. Norimb.* p. 197.

β. maior.

Poa dubia panicula diffusa, spiculis ovatis obtusis subtrifloris basi pubescentibus, vaginis foliisque subtus scabris. *Leers Herb.* n. 69. Tab. 6. fig. 5. *Willdenow prodr. Berol.* n. 153.

Gramen pratense paniculatum maximum. *Dill. Giesl.* p. 70.

Culmi basi incurvi, tunc erecti, teretes, striati, scabriusculi. *Genicula* cylindrica. *Folia* plana, mucronata, dorsum praecipue scabriuscula. *Vaginae* striato-angulatae, retrorsum praecipue scabrae. *Ligula* acuminata, nonnunquam fissa. *Panicula* digitalis et longior, diffusa, patens, aetate maxime diuaticata. *Pedunculi* sex ad nouem et plures, semiverticillati, longitudine inaequales, scaberrimi, angulati, basi incrassato-callosi cum culmi nodo coaliti. *Spiculae* paruae, ovatae, obtusiusculae, compressae, virides. *Glumae* lanceolato-linearis, acutae, dorso carinatae, scabrae, inaequales, plerumque tantum triflorae. *Corollae* inaequales, ovato-lanceolatae, carinatae, dorso vix pubescentes, basi lana longa candida cohaerenti vestitae.

β. maior Differt 1. *Culmo*, *Foliis* et *Panicula* maioribus.

2. *Corollis* magis distantibus, paulo maioribus, basi lana euidentiore cinctis, dorso minus pubescentibus.

Variat 1. *Panicula* vel vno latere tantum, vel tota e viridi et violaceo nigricante.

2. *Spiculis* bifloris cum rudimento tertii, rarius quadri- et quinquefloris.

Obseru. I. *Linneus* et *Scopoli* flores dicunt glabros, at vera dorso plus minus pubescunt, et basi lana longa tenuissima cohaerent, quo facto semina matura e Calyce propendent.

Obseru. II. Ab antecedentibus praecipue differt: 1. *Vaginis* foliorum retrorsum praecipue scabris. 2. *Ligula* oblon-

longa, acuminata. 3. *Pedunculis* paniculae pluribus, basi geniculatis, simul e Culmo prodeuntibus, angulosis. 4. *Spiculis* minoribus, obtusioribus.

Flor. Germ. p. 42. n. 5. *Poa annua*.

P. panicula diffusa angulis rectis, spiculis obtusis, culmo obliquo compresso. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 187. Berg. Fl. Francof. p. 322. Böhm. Lips. n. 629. Doerr. Nass. p. 28. Grimm. Isen. p. 264. Jacq. Vind. p. 16. Leers Herborn. n. 70. Tab. 6. fig. 1. Nonne Erford. p. 281. Plan. Erford. p. 55. Weig. Fl. Pom. n. 61. Wilke Fl. Gryph. n. 49. Zinn. Gött. p. 65.*

P. spiculis quinquefloris ovatis; culmo compresso. *Scop. Carn. ed. 1. p. 195. ed. 2. n. 102.*

Gramen pratense paniculatum minus. *C. Bauh. pin. p. 2. Buxb. Hal. p. 143. Dill. Gief. p. 53. Hall. Goett. p. 45. Rupp. en. p. 311. Scheuchz. Agrost. p. 189. Tab. 3. fig. 17. E. Volck. Norimb. p. 197.*

Culmi semipedales et longiores, declinati, obliqui compressi, gl. bri. *Folia* plana, glabra. *Vaginae* glabrae, compressae, carinatae. *Ligula* brevis, acuta. *Panicula* subsecunda, patentissima. *Pedunculi* gemini simul e culmo prodeuntes, glabri, horizontales. *Spiculae* ovato-lanceolatae, compressae, obtusae, e viridi albicantes. *Glumae* ovatae inaequales, dorso vix scabrae, plerumque quinqueflorae. *Corollae* basi subvillosae: *valvula exterior* margine versus apicem lacera, obtusa.

Variat 1. *Panicula* e viridi purpurea.

Gramen pratense paniculatum minus rubrum. *Rupp. Isen. p. 311.*

2. *Spiculis* tri- et quadrifloris.

Observ. Differt a *Poa trivialis* cui similis 1. *Culmo* obliquo, compresso. 2. *Panicula* patentissima: *pedunculis* horizontalibus, demum recurvis. 3. *Glumis* inaequalibus.

Flor. Germ. p. 42. n. 6. *Poa nemoralis*.

P. panicula attenuata, spiculis subbifloris mucronatis scabris, culmo incurvo. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 191. Grimm. Isen.*

Isen. p. 264. *Isaq.* Vind. p. 16. *Leers* Herborn. n. 72. Tab. 5. fig. 3. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 108. *Weig.* Fl. Pom. n. 63. *Wilke* Fl. Gryph. n. 51. *Zimm.* Gött. p. 65. *Timm.* prodr. Flor. Megapol. n. 642.

α. maior.

Gramen paniculatum angustifolium alpinum locustis rarioribus et angustioribus non aristatis. *Scheuchz.* Agrost. p. 164. App. Agrost. Tab. 2. optima. *Hall.* Gött. p. 45. *Leyff.* Halens. n. 95. β. *Kupp.* Jen. p. 311.

Gramen sylvaticum panicula tenui e locustis raris composita. *Dill.* Gies. p. 130. et app. p. 57.

β. minor.

Gramen cirrhosa et villosa spongia ad singula genicula donatum, paniculatum, alpinum. *Scheuchz.* Agrost. p. 165. *Hall.* Gött. p. 45. *Leers* Herb. n. 72. β. *Zimm.* Goett. p. 65. β.

Melica panicula sparsa, globulis ad genicula rufescentibus. *Berg.* Fl. Francof. p. 320.

Culmi fere bipedales, debiles, erecti, superne antrorsum curvati. *Folia* angustissima. plana. pagina superiore plana. *Vaginae inferiores* scabriusculae. *Ligula* brevissima, obtusa. *Panicula* elongata, nutans, coarctata, florens patens. *Pedunculi* capillares, pauciflori. *Spiculae* dilute fuscae. *Glumae* mucronatae, scabrae, bi- rarius triflorae. *Corollae* mucronatae, scabrae, basi subullosae.

α. maior.

Differt I. *Culmo* altiore, magis incurvo, saepe ramoso. 2. *Panicula* maiore, multiflora. 3. *Pedunculis* pluribus in eodem loco e culmo prodeuntibus, magisque patulis. 4. *Glumis* tri- seu quadrifloris.

β. minor.

Differt I. *Culmo* vix pedali, erecto, ex inferioribus geniculis et quidem e fissura eiusdem, fibras numerosas, purpurascens, glomeratim arcte implexas, nodum et culmi partem vndique ambientes producente. 2. *Panicula* suberecta, fere racemosa, pauciflora. 3. *Spiculis* exiguis, bifloris, demum rufescentibus. 4. *Flosculis* plerumque sterilibus.

Observ. Teste *Leersio* l. c. culmi excrefcentiae non sunt insectorum opus, sed a nimio succo nutritio ortae, quibus deciduis Gramen forte propagatur.

Flor. Germ. p. 43. n. 7. *Poa sylvatica.*

P. panicula diffusa, spiculis subquinquefloris, glumis acutissimis. *Pollich.* palat. n. 87.

Pollichius hanc plantam ita describit: *Culmi* cespitosi erecti, bi- seu tripedales, teretes, glabri. *Genicula* quatuor, purpurascencia. *Folia* plana, mucronata, deorsum scabriuscula, adsesquipedem longa, dorso nervo albicante praedita. *Vaginae* striatae, retrorsum scabriusculae. *Ligula* laciniata, duas lineas longa. *Panicula* viridis et alba, primum contracta, densa, florescentiae tempore maximopere diurgens. *Pedunculi* gemini simul e culmo prodeuntes. *Spiculae* parvae, ovato-oblongae, compressae, glabrae. *Glumae* inaequales, angusto-lanceolatae, carinatae, mucronatae, quadri- ad sexflorae. *Corollae* angusto-lanceolatae duas lineas longae, in acutissimum mucronem terminatae.

Flor. Germ. p. 43. n. 8. *Poa palustris.*

P. panicula diffusa, spiculis subtrifloris pubescentibus, foliis subtus scabris. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 188.

Gramen paniculatum aquaticum angustifolium, panicula speciosa, locustis parvis. *Scheuchz.* Agrost. p. 184.

β. maior.

Poa pratensis panicula diffusa, spiculis quinquefloris, glabris, culmo erecto tereti. *Leers* Herborn. n. 68. Tab. 6. fig. 4. *Willdenow* prodr. Berol. n. 152.

Radix repens, stolonifera. *Culmi* basi repentes, radican-tes, ramosi, tunc erecti, glabri. *Folia* plana, subtus praecipue scabriuscula. *Vaginae* glabrae, striatae. *Ligula* oblonga, obtusa, fissa. *Panicula* laxa, diuaticata. *Pedunculi* capillares longi, scabri. *Spiculae* exiguae, compressae, lanceolatae, acuminatae, acute marginatae, e viridi et luteo rubentes, desloratae subfuscae. *Glumae* inaequales, lanceolatae, acuminatae, dorso superne scabrae, trinerviae, plerumque triflorae. *Corollae* subinaequales, florescentiae tempore distantes, basi pubescentes, dorso glabrae: *valvula* exterior ovato-lanceolata, obtusiuscula, dorso viridis, api-

apice paleacea; interior paulo minor, margine vtrunque nervo eminente purpurascente ciliato donata.

β. maior Differt tantummodo 1. Culmo altiore, firmiore. 2. Panicula maiore. 3. Pedunculis pluribus eodem loco e Culmo prodeuntibus, plerumque quinque seu sex. 4. Spiculis plerumque quinquifloris.

Variat Spiculis tri- quadri- quinque- et sexfloris in eadem saepe panicula.

Obferu. I. Scheuchzeri descriptio l. c. optime quadrat praecipue ad varietatem nostram maiorem, a Leerfio optime descriptam et delineatam, sub nomine *Poa pratensis*. Numerus flosculorum in quadam spiculo, vt e iam pedunculorum paniculae, obseruatur valde variabilis in hoc genere et ita minus valet ad distinguendas species. Planta nostra et Leerfii in fossis hyeme inundatis prope *Vegefack* copiose crescens, excepta magnitudine, cum numero flosculorum plerumque quinquenario, exacte conuenit cum *Poa palustri*, hinc pro noua specie eam venditare non audeo.

Obferu. II. In corollis superioribus spicularum basi vix obseruatur villositas quaedam.

Obferu. III. Paniculae pars superior, vti racemi inferiores ob tenuitatem et pondus spicularum fructiferarum saepissime subnutant.

Obferu. IV. *Poa palustris* Cel. Gmelini Fl. Tubing. p. 22. ob Culmum scabrum, compressum quadripedalem; Folia glabra; Vaginas scabras huc non pertinere videtur.

Omiss. in Flor. Germ. *Poa Eragrostis*.

P. panicula patente, pedicellis flexuosis, spiculis ferratis decemfloris, glumis trineruiis. Linn. Syst. Veget. p. 114. Syst. Plant. T. 1. p. 188. Elwert Flor. Marggraf. Baruthin. p. 7. Jacq. Vind. p. 16. Schreb. Gram. Pars 2. p. 81. Tab. 38.

Gramen paniculis elegantissimis, minimum. Scheuchz. Agr. p. 192. Tab. 4. Fig. 2.

Similis *Brizae Eragrostidis*. Panicula ramosissima laxa patens vndulata; ramis tenuibus; pedicellis capillaribus, flexuosis. Spiculae tenues, subviolaceae distichae acuminatae, sex- ad de-

decemflorae. *Glumae* inaequales: *exterior* carinata, hyalina, vtrinque nervis viridibus lateralibus.

Flor. Germ. p. 43. n. 9. *Poa cristata*.

P. panicula spicata, calycibus subpilosis quadrifloris pedunculo longioribus, petalis aristatis. *Lim. Syst. plant. T. I. p. 193. Grimm. Men. p. 262. Plan. Erford. p. 56. Leers Herborn. n. 73. Tab. 5. fig. 6. Timm prodr. Fl. Megapol. n. 643.*

Aira cristata panicula spicata, floribus muticis pedunculo longioribus, glumis acuminatis inaequalibus. *Iacq. Vind. p. 14. Scop. Carn. ed. 2. n. 92. Zimm. Goett. p. 63.*

Aira panicula spicata, floribus muticis, valuulis aculeatis aequalibus. *Berg. Fl. Francof. p. 322.*

Gramen spica cristata subhirsutum. *C. Baub. pin. p. 3. Hall. Goett. p. 54. Rupp. Ien. p. 316.*

Culmi erecti, stricti, bi- seu tripedales infra paniculam villosi. *Folia* plana, margine ciliata: *radicalia* angusta, vtrinque pubescentia; *culmea* latiuscula, supra pubescentia, subtus nuda. *Vaginae* albidae, striatae: *inferiores* subvillosae; *superiores* scabrae. *Ligula* brevissima, truncata, subciliata. *Panicula* semidigitalis et longior spicaeformis, contracta. (florens paucis, spiculis divergentibus.) *Pedunculi* breves, pubescentes, inferiores gemini seu terni. *Glumae* inaequales, scariosae, compressae, carinatae, mucronatae, dorso scabrae, subciliatae. *Corollae* longitudine calycis, subaristatae, dorso scabrae. *Nectaria* apice latiora, oblique truncata, crenulata, margine interiore videntata.

Variat 1. *Panicula* semipedali.

2. *Pedunculo* inferiore vno alterove longiore horizontali.

3. *Spiculis* nudis laevibus.

4. *Glumis* bi- et trifloris.

Flor. Germ. p. 43. n. 10. *Poa salina*.

P. panicula diffusa, spiculis septemfloris linearibus, culmo basi subrepente, spicularum glumis omnibus obtusissimis. *Leyff. Fl. Halens. n. 93. Abhandl. der Hallisch. Naturforsch. Gesellsch. Tom. I. p. 366.*

Culmus basi decumbens, radicans, ramosus, tunc erectus vel obliquus, bi- ad tripedalis, teres, glaber. *Folia* plana, mucronata, striata. supradorsum scabra. *Vaginae* glabrae, striatae. *Ligula* brevis, obtusa. *Panicula* palmaris et longior, primum contracta, aetate diuarcata, e viridi alboque spadicea, splendens. *Pedunculi* quinque ad septem e Culmo simul prodeuntes, horizontales, laeuiter flexuosi, scabriusculi. *Spiculae* lineares, obtusae, e tereti compressiusculae. *Glumae* inaequales, carinatae: *maiore* obtusiore, tri- ad nouemflorae in eadem saepe panicula. *Corollae* inaequales: *valvula exterior* ovato-oblonga, obtusissima, versus apicem ex albo-fufcescens, incisa.

Obferu. *Linneus* forsitan hanc plantam pulchellam pro varietate habuit *Airae aquaticae* inquiens: „Variat „in loco sicco calycibus quinquefloris, flosculis valde „remotis“ Syft. Plant. T. 1. p. 178. et in Amoen. acad. 7. p. 189. „*Aira aquatica* in locis salis cre- „scens pluribus luxuriat flosculis vnnumquemque facile „deceptura.“ At in *Poa salina* flosculi non sunt remoti, sed spicula potius imbricata dici potest et calyces cum corollis duplo fere maiores sunt quam in *Aira aquatica* cum qua promiscue crescit.

† † *Panicula secunda.*

Flor. Germ. p. 43. n. II. *Poa rigida.*

P. panicula lanceolata subramosa secunda: ramulis alternis secundis. *Linn.* Syft. Plant. T. 1. p. 190. *Plan.* Erford. p. 56.

Gramen panicula multiplici. *C. Bauh.* pin. p. 3. prodr. p. 6. *Scheuchz.* Agrost. p. 271. Tab. 6. fig. 2. 3.

Radix fibrosa. *Culmus* erectus, digitalis et altior, rigidus, erectus, striatus, subangulosus, basi ramosus. *Folia* striata, supra scabra: *radicalia* angusta; *culmea* latiora. *Vaginae* glabrae. *Ligula* brevis, incisa, obtusiuscula. *Panicula* viridis, secunda, rigida, vncialis et sesquiuncialis, basi et apice angustata. *Pedunculi* alterni, dichotomi, flexuosi, striati, angulosi, scabri. *Spiculae* alternae, breuiter pedunculatae lineares, compressae. *Glumae* subaequales rigidae, lanceolatae, acutae, carinatae, quadri ad octoflorae. *Corollae* alternae, distichae, obtusiusculae, apice paleaceae.

Obferu. I. Rigiditate culmi et paniculae facile primo intuitu a congeneribus discernitur.

Obferu. II. Numerus flosculorum in Spiculis valde variabilis est

est. Nam in eadem panicula obseruantur spiculæ floribus tribus ad duodecim, in plerisque tamen sex ad octo cernuntur floſculi.

Flor. Germ. p. 43. n. 12. *Poa dura*.

P. panicula secunda, spiculis alternis, sessilibus, obtusis, adpressis.

Poa dura. Scop. Carn. ed. 2. n. 101.

Cynofurus durus spiculis secundis alternis sessilibus, rigidis, obtusis, adpressis. *Lin.* Syst. Plant. Tom. 1. p. 199. *Leyfl.* Fl. Halens. n. 131. *Plan.* Erford. p. 57. *Pollich* palat. n. 100. Tab. I.

Gramen loliaceum minus supinum multiplici spica. *C. Bauh.* pin. p. 9. prodr. p. 19. *Buxb.* Hal. p. 147. *Rupp.* Icn. p. 306.

Culmi plures ex vna radice, vnciales et fere digitales, decumbentes, rigidiusculi, glabri, ex tereti planiusculi, inferne ramosi. *Folia* carinata, obtuse mucronata, vncialia, glabra. *Vaginae* striatae, glabrae. *Ligula* obtusiuscula. *Panicula* compressa, lanceolata, simplex, unilateralis, semiuncialis et longior. *Pedunculi* breuissimi, rigidi, alterni, solitarii, spicula plerumque solitaria terminati. *Spiculæ* lineari-lanceolatae, compressae, obtusae, rigidae, e viridi albidæ. *Glumæ* inaequales, ouatae, obtusae, compressae, striatae carinatae, margine apiceque membranaceae, quadri et quinqueflorae. *Corollæ* calyce maiores illique similes.

Obseru. *Cynofuri* character genericus consistit in receptaculo proprio unilaterali foliaceo, quod autem in hac planta non adest, hinc secundum *Cel. Scopoli* a *Cynofuro* remoueri et ad hoc genus retuli.

Flor. Germ. p. 43. n. 13. *Poa maritima*.

P. panicula subspicata, spiculis secundis coarctatis, foliis conuolutis, sarmentis repentibus.

Culmus pedalis, sesquipedalis et altior adscendens, teres, glaber, nitidus. *Folia* conuoluta, subulata, striata, glabra. *Vaginae* folio plerumque longiores, striatae, margine membranaceae, basi coerulescentes. *Ligula* breuis, obtusa. *Panicula* digitalis, rigida, e viridi caeruleſcens, subcontracta. *Pedunculi* gemini simul e culmo prodeuntes: inferiores florentes patentiusculi. *Spiculæ* oblongae. *Glumæ* inaequales, concavae, ouatae, acuminatae, dorso striatae, glabrae, margine membranaceae, subquinqueflorae.

rae. *Corollae* inaequales. ouatae, acuminatae, calyce paululum maiores: *valvula exterior* duplo latior interiore illamque vaginans, concava, glabra, striata, superne caerulea, margine membranacea; *interior* planiuscula, membranacea, hirsuta, admodum ciliata, superne caerulea, margine fusca, subinflexa.

Variat *Spiculis* bi - tri - et quadrifloris.

Observa. Cel. *Oederus* in Flora Danica Tab. 251. nitidissimam nobis tradidit Iconem, et simul *Scheuchzeri* descriptionem Graminis exilis duriusculi maritimi Agrost. pag. 272. conferendam esse suadet. At descriptio non quadrat et Figura l. c. Tab 6. fig. 4. spicam magis representat, quam paniculam.

Flor. Germ. p. 44. n. 14. *Poa compressa*.

P. panicula coarctata secunda, culmo obliquo compresso. *Linn. Syst. Plant. T. 1. pag. 190. Berg. Flor. Franc. p. 322. Böhm. Lips. n. 635. Dörr. Nass. p. 28. Grimm. Isen. p. 264. Jacq. Vind. p. 16. Léers Herbo. n. 71. Tab. 5. fig. 4. Nonne Erford. p. 282. Plan. Erf. pag. 56. Scop. Carn. ed. 2. n. 104. Weig. Flor. Pom. n. 62. Wilke Fl. Gryph. n. 50. Zinn. Gött. pag. 65.*

Gramen murorum, radice repente. *C. Bauh. pin. pag. 2. prodr. p. 2. Dill. Giesl. p. 140.*

Gramen paniculatum minus, radice repente, panicula duriore. *Rupp. len. p. 310.*

Gramen paniculatum radice repente, culmo compresso, locustis distichis puichelis. *Scheuchz. Agrost. p. 198. Hall. Gött. pag. 44.*

Culmi pedales et longiores, ascendentes, obliqui, compressi, glabri, rigidiusculi. *Folia* plana, angusta, superne scabriuscula. *Vaginae* compressae, glabrae. *Ligula* obtusa brevis. *Panicula* vernalis et hiemalis, secunda, coarctata. *Pedunculi* gemini ex eodem loco e culmo prodeuntes, breves. *Spiculae* approximatae, subsessiles, lanceolato-lineares. *Glumae* scabaequales, acuminatae, sex- ad nouemflorae. *Corollae* ouatae, obtusiusculae, vix calyce maiores, basi subuillosae.

Flor. Germ. p. 44. n. 15. *Poa bulbosa*.

P. panicula secunda, patentiuscula, spiculis quadrifloris. *Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 191. Nonne Erf. p. 282. Plan. Erford. p. 56. Scop. Carn. ed. 2. n. 103.*

Gramen Xerampelinum miliacea, pertenui, ramosaque sparsa panicula, siue Xerampelino congener aruense, aestiuum gramen minutissimo semine. *Scheuchz. Agrost. p. 185. Rupp. Ien. p. 311.*

β. *Panicula crispa, viuipara.*

Gramen aruense, panicula crispa. *C. Bauh. pin. p. 3 prodr. p. 6. Nonne Erford. l. c. β. var. Plan. Erf. l. c. Willden. prodr. Berol. n. 156. β.*

Gramen paniculatum proliferum. *Buxb. Halens. pag. 144 Rupp. Ien. p. 311.*

Gramen aruense angustifolium panicula densa foliacea: foliolis in panicula angustissimis. *Scheuchz. Agrost. p. 211. Tab. 4. fig. 13. A. B. C.*

Gramen cum panicula molli rubente. *I. Bauh. hist. 2. p. 464.*

Culmi caespitosi, basi bulbosi, semipedales et longiores inclinati. *Folia* angusta, plana, siccata conuoluta, glabra. *Vaginae* striatae, glabrae. *Panicula* densa, coarctata, vncialis, secunda. *Pedunculi* plerumque gemini ex eodem loco e *Culmo* prodeuntes, breues. *Spiculae* ouato-lanceolatae, compressae. *Glumae* fere aequales, mucronatae, quadriflorae. *Corollae* dorso scabrae.

β. *viuipara.* Differt 1. *Culmo* erecto basi ad genicula curuato. 2. *Panicula* crispa, foliosa. 3. *Spiculis* viuiparis fere semiuncialibus. 4. *Flosculis inferioribus* sterilibus; *superioribus* feminis loco bulbum producentibus ouatum, durum, albidum, apice in folium viride, glabrum prodeuntem. 5. *Antheris stylisque* nullis.

Variat *Foliis vaginisque* ex rubello coloratis.

* * * * *

Cel. *Gmelinus* sequentes adhuc prope *Tubingam* species obseruauit.

1. *Poa* panicula diffusa, spiculis bifloris totis glabris, culmo suberecto tereti. *Gmel. Tubing. p. 23.*

2. *Poa* culmo erecto, glumis subbifloris, panicula laxa, spiculis subalternis pedunculatis, foliis inuolutis pungentibus. *Gmel. Tubing. p. 23.*

Culmus quadrupedalis, simplex. *Folia* longa. *Vagina* instructa glabra, inuoluta, retrorsum scabra. *Flosculi* purpurei, biflori:

flori: *valvulis* inaequalibus auctiusculis; *glumis* subulatis.

3. *Poa* panicula diffusa, spiculis trifloris glabris compressis, culmo ascendente, foliis glabris, angustis, nervosis et mollibus. *Gmel. Tubing.* p. 332.

Culmus teres, glaber, gracilis. *Folia* mox plana, mox canaliculata. *Vagina* nuda. *Panicula* ex viridi, argenteo et spadiceo nitens.

F E S T V C A.

+ *Panicula secunda.*

Omissa in Flor. Germ. *Festuca bromoides.*

F. panicula secunda: spiculis erectis. calycis valvula altera integra, altera acuminata. *Linm. Syst. Plant. T. I.* p. 118. *Syst. Plant. T. I.* p. 202. *Plan. Erford.* p. 57. *Wigg. prim. Fl. Holf.* p. 8.

Gramen paniculatum bromoides minus paniculis aristatis unam partem spectantibus. *Scheuchz. Agrost.* p. 297. Tab. 6. f. 14.

Planta adhuc mihi ignota.

Habitat passim in *Holfatia*, prope *Erfordam, Giesam, Ienam.*

Flor. Germ. p. 44. n. I. *Festuca ovina.*

F. panicula secunda coarctata, aristata, culmo tetragono nudiusculo, foliis setaceis. *Linm. Syst. Plant. T. I.* pag. 202. *Berg. Fl. Francof.* p. 324. *Dörr. Nass.* p. 17. *Grimm Menac.* p. 265. *Leers Herborn.* n. 74. Tab. 8. fig. 3. *Plan. Erford.* p. 57. *Weig. Fl. Pom.* n. 67. *Wilke Gryph.* n. 55. *Zinn. Gött.* pag. 66.

Bromus ovinus. *Scop. Carn. ed. 2.* n. 112.

Poa foliis setaceis, panicula secunda, glumis angustis aristatis. *Böhm. Fl. Lips.* n. 634.

Gramen foliis iuncea breuius maius radice nigra. *Bauh. pin.* p. 5. prodr. p. 11. *Dill. Gief.* p. 87. *Hall. Goett.* p. 44. *Scheuchz. Agrost.* p. 279.

Gramen minus vulgare panicula rigida. *Rupp. Ien.* p. 312. *β. vivipara.*

Gramen paniculatum sparteum alpinum, panicula angusta, spadiceo-viridi proliferum. *Scheuchz. Agrost.* p. 213. et app. *Agrost. Tab. I.*

γ. glau-

γ. *glauca*.

Gramen foliis iunceaibus breuibus, maius, radice nigra, panicula delicatior. *Scheuchz. Agrost. p. 281. Leyff. Hal. n. 98. γ.*

Radix densa, nigra. *Culmi* semipedales et altiores, erecti, tetragoni, nudi. *Genicula* duo, fusca. *Folia* setacea. *Vaginae* striatae, glabrae. *Ligula* breuis, margine praecipue prominula. *Panicula* fere bipollicaris, secunda, coarctata. *Pedunculi* solitarii. *Spiculae* teretes, violaceae, pubescentes, florentes distichae. *Glumae* exiguae, tri- seu quadriflorae. *Corollae* apice aristatae, dorso margineque scabrae. *Antherae* violaceae.

β. *viuipara*. Differt *Spiculis* apice floriferis.

γ. *glauca*. Differt *Foliis culmoque* laete viridibus. *Panicula* e viridi glauca. *Antheris* sulphureis.

Variat 1. *Panicula* angustiore; *Spiculis* minoribus; *Flosculis* muticis.

Gramen capillaceum, locustellis pennatis aristatis. *Scheuchz. Agrost. p. 275. Tab. 6. fig. 6. Leers Herb. l. c. β. Tab. 8. fig. 4. ‡.*

Gramen foliis iunceaibus breuibus minus. *C. Baub. pin. p. 5.*

2. *Corollis* glabris. *Leers Herb. l. c. Tab. 8. fig. 4. + Leyff. Halens. n. 98. β.*

Differt 1. *Foliis radicalibus* laeuius. 2. *Culmo* fere pedali, vix tetragono. 3. *Panicula* patula, minime contracta. 4. *Spiculis* exiguis, viridibus. 5. *Corollis* glabris, muticis.

3. *Spiculis* quinque- sex- septemfloris.

Flor. Germ. p. 45. n. 2. Festuca rubra.

F. panicula secunda scabra, spiculis sexfloris aristatis: flosculo ultimo mutico, culmo semitereti. *Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 203. Leers Herborn. n. 76. Tab. 8. fig. 1. Plan. Erford. p. 57. Weig. Fl. Pom. n. 68. Wilke Fl. Gryph. n. 56.*

α. *angustifolia*.

Gramen alpinum pratense, panicula duriore laxa spadicea: locustis maioribus. *Scheuchz. Agrost. p. 287. Tab. 6. fig. 9.*

β *latifolia*.

Festuca pratensis foliis hirsutis latiusculis, spiculis paniculatis quinquefloris aristatis glabris. *Schreb. Spic. Flor. Lips. p. 67.* Gramen pratense paniculatum elatius, spica laxa heteromalla. *Scheuchz. Agrost. p. 289. Leers Herborn. l. c. β. Leyff.*

Ha-

Halenf. n. 99. β . *Linn. Syst. Plant. l. c. β . Pollich. palat. n. 103. β .*

2. angustifolia.

Culmi fere bipedales, erecti, teretes, inferne binodes, superne nudi, semiteretes. *Folia radicalia* setacea, subcompressa, scabra: *culmea* duo, plana, subangusta, pagina superiore albido-villosa. *Vaginae* striatae, laeves. *Ligula* brevis, obtusa. *Panicula* secunda, p-tula. *Pedumuli* scabri: *inferiores* gemini, multiflori. *Spiculae* lanceolatae, compressiusculae, pubescentes, scabrae, defloratae cum culmo rufescentes. *Glumae* lanceolatae, mucronatae, quinque- seu sexflorae. *Corollae* aristatae; *terminalis* semper imperfecta, sterilis, brevius aristata. *Nectaria* apice bidentata.

β . *latifolia.* Differt 1. *Culmis* tripedalibus. 2. *Panicula* maiore, patente, subdiffusa. 3. *Spiculis* maioribus minusque scabris. 4. *Glumis* quinque- ad septemfloris. 5. *Corollis* longius aristatis.

Observu. Differt a *Festuca ovina* 1. *Culmo* tereti, superne altero latere planiutculo, duplo vel triplo altiore. 2. *Foliis* latioribus: *culmeis* planis. 3. *Panicula* p-tula. 4. *Spiculis* maioribus, lanceolatis, compressiusculis: 5. *Colore* culmi cum *Panicula* post deflorescentiam rufescente seu rubro.

Flor. Germ. p. 45. n. 3. *Festuca amethystina.*

F. panicula flexuosa, spiculis secundis inclinatis submuticis, foliis setaceis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 204.*

Gramen montanum, foliis capillaceis, longioribus, panicula heteromalla spadicea et veluti amethystina *Scheuchz. Agrott. p. 276. Tab. 6. fig. 7.*

Plantam nondum vidi. An reuera diuersa a *Festuca duriuscula*?

Flor. Germ. p. 45. n. 4. *Festuca duriuscula.*

F. panicula secunda oblonga, spiculis sexfloris oblongis laeuibus, foliis setaceis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 204. Dörr. Nass. p. 17. Jacq. Vind. p. 17. Leers Fl. Herb. n. 75. Tab. 8. fig. 2. Plan. Ertord. p. 58. Wilke Fl. Gryph. n. 84. Zimm. Gött. p. 66.*

Gramen pratense, panicula duriore laxa vnam partem spectante

etante. *Buxb.* Hal. p. 143. *Hall.* Gött. p. 44. *Rupp.* Ien. p. 313. *Scheuchz.* Agrost. p. 285.

Gramen foliis iuncea breuibus minus. *C. Bauh.* pin. p. 5. *Buxb.* Hal. p. 145?

Culmus pedalis et altior, erectus, teres, striatus, glaber. *Folia* setacea, sulco exarata; *culmea* duo, vel tria breuiora. *Vaginae* glabrae. *Ligula* brevis, fusca. *Panicula* digitalis, et maior, secunda, angusta subnutans. *Pedunculi* solitarii, firmi. *Spiculae* oblongae, compressae, sub florescentia distichae, ascendentes. *Glumae* inaequales, sexflorae dorso scabrae, *exterior* maior, lanceolata, mucronata, longitudine valuulae corollae exterioris. *Corollae* dorso versus apicem scabriusculae, apice breuiter aristatae.

Variat I. *Pedunculis* paniculae geminis eodem loco e *Culmo* prodeuntibus.

2. *Glumis* tri- quadri- et quinquefloris in eadem panicula.

Obseru. I. A *Festuca ovina* differt 1. *Culmo* tereti. 2. *Panicula* longiore, angustiore. 3. *Spiculis* in aristam breuem terminatis. A *Festuca rubra* differt 1. *Foliis culmeis* aequae ac radicalibus setaceis. 2. *Panicula* contractiore. 3. *Spiculis* minoribus, ouatis, breuissime aristatis.

Obseru. II. Gramen tenue duriusculum et pene iunceum. *I. Bauh.* hist. 2. p. 463. a *Scheuchzero*, *Linneo* et aliis ad hanc plantam relatum neque quoad descriptionem, neque quoad figuram huc pertinet. Potius *Phalaridem utriculosam* *Lin.* significat.

Flor. Germ. p. 45. n. 5. *Festuca dumetorum*.

F. panicula spiciformi pubescente, foliis filiformibus. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 205. *Plan.* Erford. p. 58.

Plantam nondum vidi. *Linne* l. c. eam ita describit. *Culmi* pedales seu sesquipedales, filiformes, teretes; geniculis duobus tumidis. *Folia radicalia* pedalia, teretia, vix ancipitia; *Culmea* breuiora, canaliculata. *Panicula* parua, quasi spicata. *Spiculae* decem seu duodecim, oblongae, pubescentes, canescentes: *inferiores* geminae pedicellatae; *superiores* sessiles, solitariae. *Glumae* terminatae arista minuta.

Obseru. *Bulbi* saepe prognascuntur intra vaginas *Culmi*.

Flor.

Flor. Germ. p. 45. n. 6. *Festuca Myurus*.

F. panicula spicata, calycibus minutissimis muticis, floribus scabris. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 205. Dörr. Nass. p. 18. Leers Herborn. n. 77. Tab. 3. fig. 5. optima.*

Gramen festuceum myurum elatius, spica heteromalla gracilis. *Scheuchz. Agrost. pag. 293. Tab. 6. fig. 11.*

Radix annua. *Culmi* pedales, sesquipedales et nonnunquam altiores, obliqui, teretes, vaginis foliorum vndique tecti. *Folia* conuoluto-fetacea: *radicalia* pauca, breuissima; *culmea* gradatim longiora, vix apice scabra. *Vaginae* striatae, subangulatae, glabrae: suprema maxima paniculam attingens. *Ligula* breuis, ouata, obtusa. *Panicula* digitalis et tere semipedalis, secunda, nutans, spicaetormis, basi vix plane e vagina summi folii egrediens. *Pedunculi inferiores* gemini seu terni eodem loco e culmo prodeuntes, culmo adpressi, ramosi; *superiores* solitarii, breuissimi simplices. *Spiculae* teretes, angustae, scaberrimae. *Glumae* inaequales quinque ad octoflorae: *inferior* maior, lanceolato-linearis, in mucronem tenuissimum membranaceum terminata; *exterior* minima et saepe vix obseruabilis, lanceolata. *Corollae* lineares, striatae, hispidiusculae, terminatae *Arista* erecta, demum flexuosa, scaberrima, ipsa spicula saepe longiore.

Variat 1. *Culmo* inferne ramoso.

2. *Spiculis* piloso-scabris.

Gramen festuceum myurum minori spica heteromalla. *Scheuchz. Agrost. p. 294. Tab. 6. fig. 12.*

Differt *Corollis* hispidiusculis: denticulis fetaceis apice confertioribus, marginibus dorsoque subciliatis.

Obseru. In meis speciminibus Stamen constanter vnicum in Corolla diaphana conspicitur, *Leersius* autem l. c. tria delineauit.

Flor. Germ. p. 46. n. 7. *Festuca elatior*,

F. panicula secunda erecta, spiculis subaristatis: exterioribus teretibus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 207. Dörr. Nass. p. 18. Grimm. Isenac. p. 265. Jacq. Vind. p. 17. Leers Herborn. n. 79. Tab. 8. fig. 6. Plan. Erord. p. 58. Weig. Flor. Pom. n. 70. Wilke Fl. Gryph. n. 58.*

Poa elatior panicula subsecunda, spiculis octofloris teretibus compressis: culmo erecto. *Moench. Hafl. n. 77.*

Gramen arundinaceum spica multiplici, Calamagrostis Dio-
scoridis. *C. Bauh.* pin. p. 6. *Volck.* Norimb. p. 197.

Gramen loliaceum panicula multiplici et spicata. *Buxb.* Ha-
lenf. p. 146. *Hall.* Gött. p. 44. *Scheuchz.* Agr. p. 200. Tab. 4. f. 6.

Gramen paniculatum arundinaceum, spica multiplici. *Rupp.*
Ien. p. 314.

Gramen paniculatum elatius, spicis longis muticis squamo-
sis. *Scheuchz.* Agrost. p. 202. *Dill.* Gief. p. 90.

Culmi erecti tri- et quadripedales. *Folia* lata patentia, su-
pra scabriuscula, saepius inuoluta. *Vaginae* striatae, glabrae.
Ligulae loco margo eleuatus. *Panicula* semipedalis, florens pa-
tula, erecta, secunda, *pedunculis* geminis, compressis, hispidis,
strictioribus, diuergentibus; *superioribus* solitariis. *Spiculæ*
teretes, florentes compressae, ficcatae distichae, coloratae. *Glumæ*
inaequales, plerumque octoflorae, mucronatae, margine mem-
branaceae, lanceolatae: *exterior* duplo fere minor. *Corollae*
ouatae, ventricosae, muticae, margine superne apiceque mem-
branaceae.

Variat 1. *Culmo* vix vltra pedali: *panicula* spicata: *spiculis*
subsessilibus, alternis, patentibus; *inferioribus* ge-
minis. In solo steriliori.

2. *Glumis* quinque- sex- septem- nouem- ad vndecim-
floris.

3. *Corollis* apice breuiter aristatis.

Flor. Germ. p. 46. n. 8. *Festuca nemorum.*

F. panicula secunda nutante, spiculis quinquefloris glabris
aristatis, foliis radicalibus fetaceis, culmis planis longissimis sca-
briusculis. *Leyff.* in Abhandl. der Hallisch. Naturf. Gesellsch.
Tom. I. p. 368.

Radix cespitosa, nigricans. *Folia radicalia* fetacea, an-
gustissima, palmaria ad dodrontalia, canaliculata, vix margini-
bus scabriuscula: *culmæ* plana, saepe cum vaginis pedem ad ses-
quipedem longa, margine praecipue retrorsum scabriuscula. *Va-*
ginae glabrae. *Ligula* obtusa, breuissima. *Culmus* quadripe-
dalis et altior, striatus. *Panicula* palmaris, secunda, laxa. *Pe-*
dunculi gemini seu terni simul e culmo prodeuntes, hispidi.
Spiculæ pallide virides. *Glumæ* inaequales, acuminatae, gra-
ciles, quadri- seu quinqueflorae, versus apicem parum scabriuscu-
lae. *Corollae* calyce paulo maiores, dorso scabriusculae, terminatae
in *aristam* dimidio longiorem, scabriusculam.

Flor. Germ. Vol. II. P. I.

I

Flor.

Flor. Germ. p. 46. n. 9. *Festuca phoenicioides*.

F. racemo indiviso, spiculis alternis subsessilibus teretibus, foliis involutis mucronato-pungentibus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 206.*

Gramen maritimum acutissimum, foliis pungentibus arundinaceum. *C. Bauh. pin. p. 7.*

Gramen phoenicioides, foliis conuolutis iunceis pungentibus. *I. Bauh. hist. 2. p. 477.*

Culmi pedales. Folia glauca. *Glumae mucronatae. Linn. loc. cit.*

Flor. Germ. p. 46. n. 10. *Festuca sciuroides*.

F. panicula secunda racemosa, calycibus abbreviatis, floribus diaphanis scabris: aristis longis.

Gramen bromoides pumilum iuncifolium longius aristatum. *Scheuchz. Agrost. p. 1291.*

Radix fibrosa, biennis. *Culmi* palmares et altiores plures ex vna radice versus basin ramosi, erecti, filiformes, glabri, maxima ex parte nudus: *Nodis* tribus raro quatuor, exiguis, purpureis, quorum supremus infra medium *Culmi*. *Folia* plana, lanceolato-linearia, acuminata, striata, laete viridia, vaginis breviora, emarcida et ficcata conuolutio-filiformia. *Vaginae* striatae. *Ligula* minima, fusca vix obseruabilis. *Panicula* erecta, secunda, contracta, laete viridis, femine autem maturescente purpurascens, subnutans, longitudine fere digiti minimi. *Pedunculi* solitarii, plerumque simplicissimi, compressi, canaliculati, incrassati, spicula sua longe breviores. *Spiculae* contractae, teretes, femine autem maturo et in ficcata planta patentes. *Glumae* inaequales, oppositae, concavae, lanceolato-lineares, breuiter aristatae, quinque - seu sexflorae: altera duplo maiore, striata. *Corollae* conniuentes, diaphanae: *valvula exterior* calyce maior, costata, oculo armato scabra, terminata *arista* longiore scabra; *interior* lanceolata, membranacea, linea marginali, viridi scabra. *Stamen* constanter vnicum. *Anthera* nigricans.

Variat *Pedunculo* paniculae inferiore diuiso.

Gramen bromoides, panicula heteromalla, longioribus aristatis donata. *Scheuchz. Agrost. p. 290, Tab. 6. fig. 10.*

Obferu. I. Differt a *Festuca Myuro* cui fimillima 1. *Culmo* erecto, fupra medium nudo; nec obliquo, foliorum vaginis vndique tecto vſque ad paniculam 2. *Foliis* planis, ſiccatis tantum conuoluto-filiformibus: nec fetaceis. 3. *Ligula* multo minori, fuſca. 4. *Panicula* duplo iere minori, erecta, a vagina ſummi folii longe remota: nec nutante, vix plane e ſummi folii vagina egredientē. 5. *Pedunculis* omnibus foliariis: nec inferioribus geminis ſeu ternis. 6. *Glumis* paulo maioribus, acutioribus. 7. *Corollis* dorſo ſcabriuſculis: nec hiſpidis aut pubeſcentibus.

Obferu. II. *Leersius* forſitan noſtram plantam varietatem putat *Festucæ Myuri* inquiens: „Variat ſteriliori ſolo „*Culmo* vix ſpithameo: *Folio* ſupremo a ſpica remo- „tiore: *Panicula* ſpicata: Spiculis minoribus, di- „ſtinctioribusque.“ Flor. Herborn. n. 77. At in loco fertiliori, excepta magnitudine, aequae ac ſteriliori, planta vt et culta ſemper eadem et diuerſiſſima a *Festuca Myuro* permanet.

Obferu. III. Hanc noſtram plantam ob Stamen conſtanter vnicum et partium reliquarum diuerſitatem, cum *Festuca Myuro* proprium genus, inter *Festucam* et *Bromum* ponendum, iure meritoque efficere credo.

† † *Panicula aequali.*

Flor. Germ. p. 46. n. 11. *Festuca decumbens.*

F. panicula erecta, ſpiculis ſubouatis muticis, calyce floſculis maiore, culmo decumbente. *Linn. Syſt. Plant. T. 1. p. 206.* *Dörr. Naſſ. p. 17.* *Leers Herborn. n. 78. Tab. 7. fig. 5.* *Weig. Fl. Pom. n. 69.* *Wilke Fl. Gryph. n. 57.*

Melica decumbens. Web. Spic. Flor. Gött. p. 3.

Poa decumbens. Scop. Carn. ed. 2. n. 98. Wigg. prim. Flor. Holſ. p. 8.

Gramen auenaceum paruum procumbens, paniculis non ariſtatis. *Dill. Gieſ. p. 71.* *Rupp. len. p. 317.*

Gramen montanum auenaceum locuſtis muticis tumentibus, pilofum. *Scheuchz. Agroſt. p. 170. Tab. 3. fig. 16. A. B. C. Hall. Gött. p. 45.*

Culmi pedales et altioreſ, baſi ſubbulboſi, decumbentes, florentes obliqui adſcendentes. *Folia* plana, ſupra imprimis ba-

si pilosa: culmea breviora. *Vaginae* striatae, superne villosae. *Ligula* brevissima, villosa, margine prominula. *Panicula* simplicissima, stricta. *Pedunculi* solitarii, alterni, breves, simplicissimi. *Spiculae* ovatae, ventricosae, erectae, obtusae, compressae e viridi alboque purpurascens. *Glumae* inaequales, subquadriflorae ovato-lanceolatae, carinatae, mucrone obtuso terminatae: *exteriore* vix spicula sua longiore; *interiore* brevior, angustiore. *Corollae* basi pilosae: *valvula exterior* quinque-neruia, margine ciliata, apice obtusa, trifida; *interior* plana, apice bi- aut trifida.

Variat 1. *Pedunculo* vno aut etiam altero ex inferioribus paniculae diuiso.

2. *Spiculis* praecipue terminalibus; quinque- sex- septemfloris et nonnunquam pluribus.

Observ. I. *Flosculus* spicularum terminalis, teres, sterilis quidem observatur et imperfectus, sed numerus flosculorum in quavis spicula, ad *Melicam* referre hanc plantam vetat, quae *Poa* generi proxime accedit.

Observ. II. Icon Cel. *Oederi* in Flor. Dan. Tab. 162. culmum a caeteris diuisum et hinc quasi erectum exhibet.

Flor. Germ. p. 47. n. 12. *Festuca fluitans*.

F. panicula ramosa, erecta, spiculis subsessilibus teretibus muticis. *Linn.* Syst. Plant. T. 1. p. 207. *Berg.* Fl. Francof. p. 324. *Böhm.* Lips. n. 643. *Dörr.* Nass. p. 18. *Grimm.* Men. p. 265. *Jacq.* Vind. p. 17. *Leers* Fl. Herb. n. 80. Tab. 8. fig. 5. *Nonne* Erford. p. 284. *Plan.* Erford. p. 58. *Weig.* Flor. Pom. n. 71. *Wilke* Fl. Gryph. n. 59.

Poa fluitans. *Mönch.* Hass. n. 78. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 106.

Dactylis marchica esculenta. *Berg.* Fl. Franc. p. 321.

Gramen aquaticum fluitans multiplici spica. *C. Baub.* pin. p. 3. *Hall.* Goett. p. 44. *Scheuchz.* Agrost. p. 199. Tab. 4. fig. 5.

Gramen aquaticum paniculatum fluitans. *Buxb.* Hal. p. 144. *Rupp.* Ien. p. 310.

Gramen aquaticum cum longissima panicula. *I. Bauh.* hist. 2. p. 490. *Dill.* Giesl. p. 97. *Volck.* Norimb. p. 197.

Culmi obliqui, inferne ramosi, suberecti. *Folia* plana, supra subscabra. *Vaginae* compressae, glabrae. *Ligula* oblonga, acutiuscula. *Panicula* ramosa, patens, laxa, subsessilis.

da, saepe ultrapedalis. *Pedunculi* et *pedicelli* femiteretes, scabriusculi, sub florescentia stricti. exacte horizontales. *Spiculae* lineares, subcompressae, obtusae, ex albo virides. *Glumae* inaequales, obtusiusculae, glabrae, septem ad undecimflorae. *Corollae* glabrae, ovatae, obtusae: *valvula exterior* viridis, striata margine apiceque argentea membranacea; *interior* acuminata, paulo brevior, bifida.

β. *vixipara*.

Spiculae rachi elongata palmares. *Corollae* germinaque in foliola excrefcentia. *Leers* l. c.

Variat in aquis stagnantibus: *Culmo* foliisque fluitantibus; *Pedunculis* et *pedicellis* omnibus erectis minusque strictis.

B R O M V S,

† *Arista dorsalis* sub apice petali exterioris.

Flor. Germ. p. 47. n. 1. *Bromus secalinus*.

B. panicula patente, spiculis ovatis: aristis rectis feminibus distinctis. *Linn.* Syst. plant. T. I. p. 208. *Gmel.* Tub. p. 27. *Leyff.* Fl. Halens. n. 107. *Murr.* prodr. Gött. p. 42. *Plan.* Erford. p. 58. *Scholl.* Barb. n. 82. *Weig.* Fl. Pom. n. 72. *Wigg.* priin. Fl. Holl. p. 8. *Wilk.* Flor. Gryph. n. 60. *Willdenow* prodr. Berol. n. 167.

Bromus vitiosus panicula nutante, spiculis ovatis compressis, glumis nudis distinctis; aristis subulatis brevioribus flexuoso-erectis. *Weigel* Observ. bot. pag. 4. Tab. I. fig. 2.

Festuca graminea glumis glabris? *Berg.* Flor. Franc. p. 323. n. 2. *Scheuchz.* Agrost. p. 251. Tab. 5. fig. 10.

Gramen auenaceum aruense glumis non villosis et veluti compressis. *Rupp.* Jen. p. 316.

Gramen Gros Montbelgardenfium. *I. Baub.* hist 2. p. 438.

Culmus glaber, saepe ultra quadripedalis. *Folia* plana, striata, rigidiuscula, supra retrorsum scabriuscula, margine versus basin pilis raris breuibus armata. *Vaginae* striatae, glabrae. *Ligula* dentata, ovata. *Panicula* semipedalis et maior, patens. summitatem versus antrorsum nutans. *Pedunculi* sex ad octo ramosi simul e *Culmo* prodeuntes, retrorsum scabri. *Spiculae* ovatae compressae. *Glumae* inaequales, obtusiusculae, plerumque nouemflorae: *exterior* ovata, striata, obtusissima, dorso

scabriuscula, margine membranaceo angusto: *interior* paulo minor, ovato-lanceolata, obtusa. *Corollae* distinctae, maturo semine paulo remotae: *valvula exterior* ovata, concava, obtusa, glabra, nitida, apice bifida, gluma exterior paulo maior, mox infra apicem *Aristam* producens breviorum plerumque, primo flexuosam, dein rectam, vix retro scabram; *interior* lanceolata, mutica, membranacea, ciliata.

Variat *Aristis* longitudine fere corollae et brevissimis.

Flor. Germ. p. 47. n. 2. *Bromus multiflorus*.

B. panicula patente spiculis lanceolatis compressis, glumis nudis marginatis imbricatis, apicibus acuminatis; aristis capillaribus aequalibus rectis. *Weig.* Obs. bot. p. 2. Tab. I. fig. I.

Bromus secalinus. *Leers* Herborn. n. 81. Tab. II. fig. 2. *Mönch.* Flor. Hall. n. 83. *Reich.* Flor. Moeno-Francof. n. 66. *Zinn.* Gött. p. 68.

Bromus secalinus β . *hordeaceus.* *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 209. *Pollich.* palat. Tom. 3. append. p. 318.

B. panicula patente, spiculis ovatis. *Berg.* Fl. Franc. pag. 323.

Aegylops maior caule et foliis arundinaceis, locustis hirsutis. *Dill.* Gies. p. 111.

Festuca graminea glumis hirsutis. *C. Bauh.* pin. p. 9. *Rupp.* Ien. p. 315. *Scheuchz.* Agrost. p. 250. Tab. 5. fig. 9.

Gramen aenaceum, locustis glabris purpurascens et aristatis. *Buxb.* Hal. p. 142?

Gramen aenaceum locustis villosis crassioribus? *Hall.* Gött. pag. 48.

Culmus tripedalis, laevis. *Folia* plana, supra pilis brevibus molliuscula, margine praecipue retrorsum scabra. *Vaginae* pubescentes. *Ligula* crenulata. *Panicula* fere pedalis, patens, demum nutans. *Pedunculi* sex vel octo eodem loco simul e culmo prodeuntes, capillares, retrorsum scabri. *Spiculae* lanceolatae, compressiusculae, subhirsutae. *Glumae* acuminatae, duodecim- ad sedecimflorae. *Corollae* imbricatae: *valvula exterior* oblonga, apice bifida, acuminata, infra apicem *Aristam* rectam, retrorsum scabram, longitudine corollae producens, margine latiore albo praedita.

Observ. Differt ab antecedente 1. *Foliis vaginisque* hirsutis.

2. *Spi-*

Spiculis lanceolatis subpubescentibus. 3. Corollis imbricatis, pluribus in eadem spicula; valvula exterioriore magis ex albo marginatae, apice supra ortum aristae longiore praedita.

Flor. Germ. p. 47. n. 3. *Bromus mollis.*

B. panicula erectiuscula, spicis ovatis pubescentibus: aristis rectis, foliis mollissime villosis. *Linm. Syst. Plant. T. 1. p. 209. Berg. Flor Francof. p. 324. Böhm. Lips. n. 642. Dörr. Nass. p. 7. Grimm. Isen. emend. p. 120. Leers Herborn. n. 82. Tab. 11. fig. 1. Nonne Erford. p. 283. Plan. Erford. p. 58.*

B. panicula erecta, spiculis ovatis compressiusculis, glumis pubescentibus marginatis imbricatis, apicibus acutis: aristis capillaribus aequalibus rectis. *Weigel Observ. bot. p. 7. Tab. 1. fig. 4.*

Festuca auenacea hirsuta, paniculis minus sparsis. *Dill. Giesl. p. 71.*

Gramen auenaceum locustis villosis angustis candicantibus et aristatis. *Scheuchz. Agrost. p. 254. Tab. 5. fig. 12.*

Gramen auenaceum villosum locustis candicantibus et aristatis. *Hall. Goett. p. 48.*

Gramini murali Dalechampii simile, si non idem. *I. Bauh. hist. 2. p. 438.*

β. *nanus.*

B. spiculis paucis subpedunculatis erectis, compressis deltoideo-ovatis: glumis subimbricatis pubescentibus, apicibus acutis: aristis capillaribus brevioribus rectis. *Weigel Observ. bot. pag. 8. Tab. 1. fig. 9.*

Culmus pedalis et altior, superne subtomentosus. *Genicula* villosa. *Folia* mollissima, ex albido villosa, nullo modo retrorsum scabra. *Vaginae* striatae, villosae. *Ligula* brevis semibifida aut laciniata. *Panicula* ovata, erecta, contracta, tota tactu mollissima, canescens. *Pedunculi* tres, quatuor et nonnunquam plures e culmo simul prodeuntes, erecti, villosi, vix patentes, plerumque uniflori. *Spiculae* ovatae, subcompressae, villosae. *Glumae* sex- ad nouemflorae, acuminatae: *exteriore* angustiore, ciliata; *interiore* latiore denticulata. *Corollae* imbricatae: *valvula exterior* ovata, margine retrorsum scabra, candida, apice bifida; *apicibus* brevibus acutis. *Arista* longitudine corollae, recta, scabra.

β. *nanus*.

Differt 1. *Culmo* digito saepe minore, paucifloro.

2. *Spiculis* tribus aut duabus tantum in culmo, ouatis, latioribus sex - ad octofloris.

Obseru. *Bromus* hic *nanus Weigelii* solummodo a foli sterilitate ortum suum certissime trahit. Obseruantur enim in locis paulo fertilioribus culmi nonnulli ex eadem radice digito minores et maiores, spiculis quatuor ad sex et paucioribus.

Flor. Germ. p. 48. n. 4. *Bromus inermis*.

B. panicula erecta, spiculis subteretibus subulatis nudis submuticis. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 210. *Iacq.* Vind. pag. 18. *Plan.* Erford. p. 58.

Festuca Leysseri locustis teretibus multifloris, glumis semimembranaceis breuiter aristatis. *Mönch.* Hass. n. 82.

Festuca speciosa panicula diffusa, spiculis teretibus subulatis muticis aristisque. *Schreb.* Spic. Fl. Lips. n. 59. *Wigg.* prim. Fl. Holsat. p. 8.

Culmus erectus, bi-tripedalis, teres, glaber. *Genicula* glabra. *Folia* plana, glabra; *inferiora* saepe hirsuta. *Vaginae* striatae. *Ligula* breuissima, obtusa. *Panicula* palmaris aut pedalis, pitens, ramosa, versus apicem antrorsum nutans. *Peduncululi* quinque seu sex simul e culmo prodeuntes. *Spiculae* lineares, ex tereti compressiufculae, mucronatae. *Glumae* inaequales septem et octoflorae: *altera* duplo fere maiore, obtusiore. *Corollae* imbricatae: *valvula exterior* oblonga, obtusa, infra apicem breuem *aristam* emittens breuem, rectam, vix lineam longam.

Variat *Flosculis* muticis in eadem saepe *Spicula*.

Obseru. Ob *aristam* infra apicem euidentius dorso corollae insertam, ad *Bromum* iure meritoque pertinet haec planta.

Flor. Germ. p. 48. n. 5. *Bromus asper*.

B. panicula nutante scabra, spiculis villosis aristatis, foliis scabris. *Lin.* Syst. Plant. Tom. I. p. 211.

Bromus versicolor panicula patente, spiculis angustis linearibus *arista* longioribus. *Pollich.* palat. n. 109?

B. fo-

E. foliis hirsutis per oras asperrimis, locustis glabris teretibus nouemfloris. *Grimm.* Ilen. emend. pag. 121. *Reich.* Flor. Moeno - Francof. n. 72.

Aegilops maior, caule et foliis arundinaceis, locustis glabrioribus e-fusco Xerampelinis. *Dill.* Gies. p. 130. app. p. 60?

Radix cespitosa. *Culmi* plures, bipedales et altiores, obliqui, striati; scabriusculi. *Genicula* incurua, pubescentia. *Folia* plana, lata, longa, e glauco viridia, villosa, tota et margine praecipue scabra. *Vaginae* striatae, pubescentes, scabriusculae. *Ligula* ouata, subacuminata, saepe diuisa. *Panicula* palmaris, flaccida, nutans. *Pedunculi* tres seu quatuor simul e culmo prodeuntes, longi, tenues, debiles, retrorsum scaberrimi, plerumque vniflori. *Spiculae* oblongae, lanceolatae, compressae, pendulae. *Glumae* nouem- ad quatuordecimflorae, inaequales, *exterior* minor, linearis, carinata, mucronata, dorso scabra purpurascens; *interior* maior, tricostrata; costis eleuatis purpureis scabris. *Corollae* glumis maiores, compressae, lanceolatae, vtrinque attenuatae, in planta sicca et post florentiam distichae, distinctae: *valvula exterior* tricostrata, dorso pilosa, scabra, mox infra apicem tenuissimum, bifidum, *Aristam* producens aequalem, purpurascens, scabram, rectam.

Obseru. De Auctorum Synonymis ad hanc plantam relatis valde adhuc dubius haereo. Gramen auenaceum villosum, locustis amplioribus viridantibus, margine argenteo cinctis *Scheuchzeri* in *Agrost.* p. 253. ab auctoribus citatum quoad descriptionem nullo modo quadrat, multo minus figura 10. Tab. 5. Locustas enim dicit tumidiusculas, grandiusculas, surrectas nec penfiles etc. Nonne huc pertinet Gramen auenaceum syluaticum paniculatum latifolium glumis villosis et aristatis, panicula ampla *Rupp.* Ien. p. 316?

Flor. Germ. p. 48. n. 6. *Bromus sterilis.*

B. panicula patula, spiculis oblongis distichis, glumis subulato-aristatis. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 212. *Dörr.* Nass. p. 7. *Grimm* Menac. p. 265. *Iacq.* Vind. p. 17. *Leers* Herborn. n. 83. Tab. II. fig. 4. *Plan.* Erford. p. 59. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 113. *Zinn.* Gött. p. 68.

B. panicula nutante, spiculis ouato-oblongis. *Berg.* Fl. Francof. p. 324.

B. grandiflorus panicula nutante, spiculis dilatatis compressis

pressis: glumis linearibus lanceolatis in aristam longiorem subulatum continuatis; apicibus minutis. α . culmo erecto altiore subnudo, panicula breviori diffusa. *Weigel. Obferu. bot. p. 9.*

Festuca auenacea sterilis elatior. *C. Bauh. pin. p. 9. Dill. Gief. p. 80.*

Gramen auenaceum panicula sparsa, locustis maioribus et aristatis. *Buxb. Hal. p. 142. Hall. Goett. p. 48. Rupp. Ien. p. 315. Scheuchz. Agrost. p. 258. Tab. 5. fig. 14.*

Culmi bipedales et altiores erecti. *Genicula* cylindrica. *Folia* plana, basi subscabra: inferiora supra subuillofa. *Vaginae inferiores* villosae. *Ligula* brevis, incisa, ciliata. *Panicula* semipedalis et maior, primo coarctata, demum patula. *Pedunculi* quatuor seu sex simul e culmo prodeuntes, longi, filiformes, compressi, hispidi, simplices aut etiam diuisi. *Spiculae* oblongae, lanceolatae, magnae, nutantes, scabrae, compressae. *Glumae* lanceolatae, carinatae, mucronatae, suboctoflorae. *Corollae* distichae: terminali sterili, brevius aristata: *valvula exterior* lanceolata, longa, septemnerua, nervis viridibus scaberrimis, albomarginata, infra apicem acutissimum bifidum. *Aristam* exserens rectam, vnicalem, scaberrimam.

Variat 1. *Culmo* proceriori: *Foliis* latioribus omnibus villosis: *Panicula* pedali, multiflora: *Spiculis* minoribus, brevius aristatis, pendulis, vndique pubescentibus. *Medius* quasi inter *Bromum sterilem* et *tectorum*. *Leers* l. c.

2. *Panicula* tota purpurascens.

Obferu. Semina rarius ad maturitatem proueniunt.

Flor. Germ. p. 48. n. 7. Bromus aruensis.

P. panicula nutante, spiculis ovato-oblongis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 212. Böhm. Lips. n. 641. Doerr. Nass. p. 7. Jacq. Vind. p. 17. Leers Herborn. n. 84. Tab. 11. fig. 3. Plan. Erford. p. 59. Reichard Fl. Moeno-Francof. n. 69. Weig. Fl. Pom. n. 73. Wilke Fl. Gryph. n. 61. Zinn. Gött. p. 68.*

B. panicula subnutante, spiculis ovato-oblongis; glumis glabris marginatis imbricatis subaristatis, apicibus obtusis: aristis subulatis brevioribus flexuoso-rectis. *Weigel Obferu. bot. pag. 6. Tab. I. fig. 3.*

Bromus giganteus. *Scopoli* Carn. ed. 2. n. 116. var. I. *glabra et minor?*

Festuca graminea effusa iuba. *C. Bauh.* pin. p. 9. prodr. p. 19. *I. Bauh.* hist. 2. p. 479. *Scheuchz.* Agrost. p. 262. Tab. 5. fig. 15. minus bona.

Festuca elatior paniculis minus sparsis, locustis oblongis strigosis, aristis purpureis splendentibus. *Rupp.* Ien. p. 315.

Gramen avenaceum dumetorum panicula sparsa. *Dill.* Giesf. p. 71. *Rupp.* Ien. p. 316.

Gramen bromoides fegetum, latiore panicula. *Hall.* Gött. p. 43.

Culmi tri- seu quadripedales, obliqui, adultiores erecti, glabri. *Folia* plana, latiuscula, subtus et margine scaberrima, supra villosa. *Vaginae* striatae, margine pilosae. *Ligula* acutiuscula, multifida. *Panicula* semipedalis et maior. *Pedunculi* quatuor seu sex simul e culmo prodeuntes, longi, filiformes, scabri. *Spiculae* teretiufculae, glabrae, coloratae. *Glumae* muticae, septem et octiflorae; *exteriore* latiore obtusa. *Corollae* imbricatae: *valvula exterior* oblonga, infra apicem breuem, obtusum *Aristam* exserens subulatam, rectiusculam, saepe flexuosam, plerumque brevior.

Variat I. *Pedicellis* paniculae ad ramificationes nodosis foliolo brevi, subulato bracteatis.

2. *Spiculis* minoribus, magis coloratis pubescentibus.

3. *Glumis* quinquefloris.

4. *Corollis* muticis, quam optime representat *Cel. Oederi* Icon. Flor. Dan. Tab. 293.

Flor. Germ. p. 48. n. 8. *Bromus tectorum*.

B. panicula nutante, spiculis linearibus. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 213. *Berg.* Fl. Francof. p. 324. *Dörr.* Nass. p. 8. *Jacq.* Vind. p. 18. *Leers* Herb. n. 85. Tab. 10. fig. 2. *Planz.* Erford. p. 59. *Weig.* Flor. Pom. n. 74. *Zinn.* Gött. p. 68.

Bromus grandiflorus β . culmo brevi piloso, panicula elongata propendente in matura planta. *Weig.* Obseru. botan. pag. 10.

Festuca auenacea sterilis humilior. *C. Bauh.* pin. p. 10. *Dill.* Giesf. p. 79. *Scheuchz.* Agrost. p. 259.

Aegilops minor. panicula rariore, locustis maioribus. *Dill.* Gies. p. 163. app. p. 63. Tab. 3.

Culmi fere pedales, tenues, erecti, deflorati procumbentes rufescentes. *Folia* plana, angusta, villosa. *Vaginae inferiores* praecipue villosae, rufescentes. *Ligula* truncata, incisa. *Panicula* secunda, demum nutans. *Spiculae* oblongae, angustae, pubescentes. *Glumae* pubescentes, quinqueflorae. *Corollae* imbricatae, versus seminis maturitatem apice diuergentes, squarrosae, terminales plerumque steriles: *valvula exterior* margine membranacea, candida, infra apicem acutissimum bifidum *Aristam* producens rectam tenuissimam aequalem, aut paulo maiorem.

Obseru. I. Differt a *Bromo sterili* cum quo coniunxit *Weigelius* 1. *Culmo* humiliore. 2. *Foliis* angustioribus. 3. *Panicula* minori, secunda, nutante. 4. *Spiculis* teretiufculis, minoribus, villosis. 5. *Corollis* imbricatis, demum apice diuergentibus, squarrosis: nec distichis.

Obseru. II. *Scopoli* in Flor. Carn. ed. 2. n. 115. *Bromum secalinum, sterilem, aruensem et tectorum* sub vna specie scilicet *Bromo polymorpho* coniunxit.

Flor. Germ. p. 49. n. 9. *Bromus giganteus*.

B. panicula nutante: spiculis quadrifloris aristis breuioribus. *Lin.* Syst. Plant. T. 1. p. 214. *Dörr.* Nass. p. 8. *Iacq.* Vind. p. 18. *Leers* Herborn. n. 86. Tab. 10. fig. 1. *Plan.* Erford. p. 59. *Weig.* Fl. Pom. n. 75. *Wilke* Flor. Gryph. n. 62.

B. panicula nutante, spiculis lanceolatis; glumis subhirsutis, apicibus acutis minutis: aristis longioribus capillaribus. *Weig.* *Obseru. bot.* p. 11. Tab. 1. fig. 5.

Gramen bromoides aquaticum latifolium, panicula sparsa tenuissime aristata. *Scheuchz.* Agrost. p. 264. Tab. 5. fig. 17.

Gramen sylvaticum panicula altissima. *Rupp.* Ien. p. 313.

Culmus basi obliquus, erectus, laevis, tri- ad sexpedalis. *Folia* longa, latissima, plana, retrorsum scabra, basi vtrinque membrana dura, falcata, acuta aucta. *Vaginae* sulcatae, inferiores praecipue scabrae. *Ligula* breuissima, truncata. *Panicula* pedalis et sesquipedalis, secunda, nutans. *Pedunculi* gemini, longi, angulato-compressi, scabri, ultra medium indiuisi, patentes et saepius inferiores praecipue refracti. *Spiculae* tere-

tiusculae, demum compressiusculae, lanceolatae. *Glumae* acuminatae, quadri- aut quinqueflorae. *Corollae* calyce maiores, demum distichae: *valvula exterior* lanceolata, hispida, albomarginata, infra apicem minimum, subbifidum. *Aristam* producens tenuissimam, hispida, duplo longiorem; *interior* exteriori saepe maior, lanceolata.

Variat 1. *Spiculis* sex-septemfloris.

2. *Aristis* rectis et flexuosis.

Flor. Germ. p. 49. n. 10. *Bromus montanus*.

B. panicula nutante, spiculis subsexfloris, aristis longioribus. *Pollich* palat. n. 116.

B. panicula nutante, spiculis distichis sexfloris, aristis corollae brevioribus. *Mönch* Hasi. n. 90.

Bromus altissimus. *Wigg.* prim. Flor. Holf. p. 9 ?

Gramen bromoides montanum, hirsutum, panicula minus sparsa, corniculata. *Scheuchz.* Agrost. p. 263. Tab. 5. fig. 16.

Pottichius atque *Mönchius* plantam hanc mihi adhuc ignotam ita describunt: *Culmus* erectus, quadri- et quinquepedalis, teres, scabriusculus. *Folia* lata, pedalia et longiora, vtrinque villosa, retrorsum scabriuscula. *Vaginae* praeprimis inferiores villosae et scabrae. *Ligula* brevis. *Panicula* palmaris et longior, nutans. *Pedunculi* duo ad quatuor e culmo simul egredientes. *Spiculae* lanceolatae, angustae, ex tereti compressiusculae, virides ac rubellae, villosae et scabrae. *Glumae* lanceolatae, sex aut septemflorae. *Corollae valvula exterior* lanceolata, acuminatae, infra apicem obtusiusculum brevem integrum *Aristam* producens fere aequalem.

Obseru. An *Bromus altissimus Wiggerisii* huc pertineat, equidem determinare non audeo.

Omissus in Flor. Germ. *Bromus arundinaceus*.

B. panicula erecta contracta, spiculis oblongis, scabris, subaristatis, paucifloris.

B. panicula laxa, locustis quadrifloris, brevissime aristatis. *Weigel* Obseru. bot. p. 12. Animadv.

Festuca arundinacea, panicula spicata stricta, spiculis oblongis erectis paucifloris, aristatis, calycibus angustatis. *Schreb.* Spic.

Spic. Flor. Lips. p. 57. Vollständ. Verzeichn. aller Gewächse Teutsehl. pag. 270. n. 240.

Gramen arundinaceum, locustis viridi - spadiceis loliaceis brevius aristatis. *Scheuchz. Agrost. p. 266. Tab. 5. fig. 18. bona.*

Radix perennis, repens. *Culmus* basi obliquus, crassitie fere pennae anserinae, erectus quadri - ad sexpedalis, teres, striatus. *Folia* dura, plana, siccata conuoluta, mucronata, striato - fulcata, scabra, subtus pallidiora, nitida, laeuis, neruo carinali scabro: *radicalia* sesquipedalia, bipedalia et longiora; *culmea* pedalia et longiora. *Vaginae* striato - fulcatae, inferiores praecipue scabriusculae. *Ligula* brevis, truncata, fusca. *Panicula* pedalis et longior, erecta, contracta, tunc patens et laxa, demum versus feminis maturitatem secunda, nutans. *Pedunculi* gemini, longitudine inaequales, retrorsum scaberrimi, compressi, cum pedicellis subflexuosi. *Spiculae* oblongae, obtusiusculae, teretes, erectae, demum compressiusculae. *Glumae* lanceolato - lineares, dorso virides, scabriusculae, in mucronem tenuissimum terminatae, plerumque quadriflorae, inaequales. *Corollae* glumis maiores, imbricatae, versus feminis maturitatem subdistichae, florescentiae tempore acuminatae, plerumque muticae apparentes, post florescentiam autem subaristatae: *valvula exterior* oblonga, dorso scabra, post florescentiam infra apicem bifidum, acutissimum *Aristam* exferens validam, rigidam, rectam, scabram, semilinearem, apice brevioram, demum linearem et sesquilinearem, apicem superantem; *interior* aequalis aut paulo maior exteriori, bifida, obtusiuscula lanceolata margine utrinque viridi scabro praedita.

Variat *Spiculis* quinque et sexfloris.

Obseru. Gramen hoc elatum, quod *Cel. Schreberus* prope *Lipsiam* et ego in nemore humido dumetoso prope *Vege sack* hoc anno obseruavi, primo intuitu *Festucam* refert; ut ob *aristam* post florescentiam euidentioram, semilineari fere spatio infra apicem petali exterioris egredientem, iure meritoque *Bromo* adscribendum est.

† † *Aristis terminalibus, apicibus petalorum obsoletis.*

Obseru. Plantae sequentes in sensu strictiori minus pertinent ad *Bromum*. *Arista* enim magis terminalis et non sub

sub apice petali exterioris oritur. Habitus autem spicularum *Bromi* est, quo commotus *Linneus* genus naturale conseruare voluit, cuius auctoritate et ego illas retinui, et sub *Bromo* recensui.

Flor. Germ. p. 49. n. II. *Bromus triflorus*.

B. panicula patente, floribus subtrifloris. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 215.*

Gramen bromoides panicula sparsa, locustis minoribus aristatis. *Scheuchz. Agröst. p. 511. Tab. 5. fig. 19.*

Culmi cespitosi, erecti, basi saepe incuruati, digitales, palmares et sesquipedales, glabri, teretes. *Folia* lanceolata, mucronata, plana, sicca conuoluta, striata, supra scabra, subtus glabra, rigida duriuscula. *Vaginae* glabrae. *Ligula* obtusiuscula. *Panicula* digitalis, palmaris, primum contracta, tunc patens. *Pedunculi* quatuor seu quinque simul e culmo prodeuntes: vltimi breuissimi. *Spiculae* paruae, lanceolatae, teretes, striatae, e glauco virides et albicantes. *Glumae* inaequales, striatae, glabrae, margine albo argenteo tri- seu quadriflorae: exterior ouato-lanceolata, longitudine fere spiculae. *Corollae valvula exterior* lanceolata: in *flosculo inferiori* sessili immediate ex apice *Aristam* emittens, duas lineas longam; in *sequente* pedicellato, minore apice in mucronem acutissimum subulatum bifidum terminata atque e dorso aristam producens non raro crispata, sex septem lineas longam; in *tertio* minimo (aut quarto si adest) apice quoque in mucronem acutissimum bifidum abiens, atque e basi aristam emittens quatuor vel quinque lineas longam; *interior valvula* exteriori duplo fere minor, acuminata. *Axeos denticuli* pilosi.

Obseru. I. Ita descripsit *Pollichius Bromum triflorum* et ob *Aristae* insertionem in diuersis spiculae flosculis diuersam, nouum exinde genus constitui posse credit. vid. *Hist. plant. Palat. n. 119.* *Moenchii* planta autem in *Enum. plant. Hass. n. 89.* ab hac descripta discrepare videtur. *Pedunculos* enim paniculae interiores binos ramolos, et superiores simplices appositos adesse dicit, neque aristae insertionis diuersae mentionem facit.

Obseru. II. Vtrum *Cel. Oederi* *Icon Flor. Dan. Tab. 440.* huc pertineat nec ne, equidem determinare non audeo.

deo. Mihi quidem videtur, varietatem *Bromi gigantei* tantummodo significare, cum quo, excepto floscolorum in spicula numero, optime conuenit.

Obferu. III. Bromus patentissimus panicula patula, ramis binatis horizontalibus, spiculis subtrifloris muticis *Weig. Obferu. bot. p. 12. Tab. 1. fig. 7.* huc non pertinere, sed potius varietatem esse *Bromi arundinacei* antea descripti, credo.

Flor. Germ. p. 49. n. 12. *Bromus pinnatus.*

B. culmo indiuiso, spiculis alternis subsessilibus teretibus subaristatis. *Linm. Syst. Plant. T. I. p. 216. Böhm. Lips. n. 639. Dörr. Nass. p. 9. Grimm. Ilenac. p. 266. Jacq. Vind. p. 18. Leers Herborn. n. 87. Tab. 10. fig. 3. Plan. Erford. p. 59.*

B. spiculis sessilibus, culmo indiuiso, aristis folliculi gluma breuioribus. *Pollich. palat. n. 117.*

B. spiculis subsessilibus alternis teretibus patulis. *Scop. Carn. ed. I. p. 201. n. 5. ed. 2. n. 118.*

B. spica terminali erecta: spiculis alternis approximatis lanceolatis compressiusculis pubescentibus; aristis breuioribus. *Weig. Obferu. bot. p. 14. Tab. 1. fig. 10.*

Triticum pinnatum spiculis teretibus subpedunculatis, calycibus decemfloris, aristis folliculi gluma breuioribus. *Moench Hoff. n. 102.*

Triticum bromoides spiculis teretibus remotis. *Wigg. prim. Flor. Holf. p. 11.*

Triticum culmo indiuiso, spiculis alternis subsessilibus. *Zimm. Gött. p. 67.*

Gramen spica Brizae maius. *C. Baub. pin. p. 9. prodr. p. 19. J. Baub. hist. 2. p. 477.*

Gramen loliaceum altissimum, spica Brizae praelonga, aristis breuibibus donata. *Hall. Gött. p. 43. Rupp. Ien. p. 305.*

Gramen loliaceum corniculatum. *Scheuchz. Agrost. p. 35. Tab. 1. fig. 7. H.*

Calmus indiuisus, erectus, strictus, seminudus, bi- tripedalis et altior. *Genicula* tria, subvillosa. *Folia* plana, subpilosa,

sa, retrorsum scabra. *Vaginae* striatae, mollissime villosae. *Ligula* brevis, obtusa. *Spica* terminalis, composita *spiculis* octo ad decem, alternis, approximatis, sub anthesi horizontalibus, lanceolatis, compressiusculis; *inferioribus* brevissime pedunculatis; *superioribus* sessilibus; *terminali* semper erecta, directione lateralibus contraria. *Glumae* acuminatae, nouem - ad decemflorae. *Corollae* imbricatae, versus feminis maturitatem subdistichae: *valvula exterior* lanceolata, striata, dorso pubescens, margine ciliata, continuata in *Aristam* rectam, duplo breuiorem, hispidulam, saepe flexuosam.

Variat *Spiculis* muticis.

Flor. Germ. p. 49. n. 13. *Bromus gracilis*.

B. gracilis spica terminali debili: spiculis alternis remotis teretibus subulatis glabris; aristis longioribus. *Weigel* Observ. bot. p. 15. Tab. I. fig. II.

B. pinnatus. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 217. β.

Festuca dumetorum. *C. Bauh.* pin. p. 10. prodr. pag. 19. *I. Bauh.* hist. 2. p. 545.

Gramen loliaceum corniculatum latifolium, spicis teretibus angustis et glabris. *Scheuchz.* Agrost. p. 36.

Gramen loliaceum corniculatum, spicis glabris. *Rupp.* Ien. p. 305. *Zimm.* Gött. p. 67. C. sub *Tritico*.

β. *villosus*.

Bromus sylvaticus spiculis sessilibus, culmo indiuiso, aristis; folliculi glumas longitudine aequantibus. *Poll.* palat. n. 118.

Bromus pinnatus. *Oeder* Flor. Dan. Tab. 164. (At racemus nimis rectus delineatus.)

Triticum sylvaticum spiculis remotis alternis sessilibus, aristis folliculi gluma longioribus. *Mönch.* Flor. Hass. n. 103.

Gramen loliaceum corniculatum, spica partiali subhirsuta fragili. *Scheuchz.* Agrost. p. 38.

Gramen sylvaticum hirsutum spica nutante. *Dill.* Gies. p. 163. append. p. 62.

Radix cespitosa, fibrosa. *Culmus* bi - aut tripedalis, indiuisus, filiformis, laevis. *Genicula* villosa. *Folia* plana, e glauco - viridia, supra scabra, basi pilosa. *Vaginae* striatae, pilosae. *Ligula* obtusa, fissa. In apice culmi pergracilis, debilis, hinc

nutantis et saepe penduli *Spiculae* octo ad decem, striatae, sessiles, commissura culmo obuersa, alternae, remotae, teretes, angustae, subulatae, strictae seu culmo adpressae: *inferior* plerumque e vagina summi folii. *Glumae* acuminatae, septem ad decemflorae. *Corollae* imbricatae: *valvula exterior* lanceolata, glabra, apice desinens in *Aristam* capillarem, rectam, duplo fere longiorem: *interior* brevis, truncata.

β. *villosus*.

Differt 1. *Foliis* magis villosis. 2. *Spicula infima* a vagina summi folii longe remota. 3. *Spiculis* villosis et scabris.

Variat *Glumis* ad sedecimfloris, praecipue in *Spicula* terminali.

Obseru. A *Bromo pinnato* differt, cui quoad insertionem et directionem *Spicularum* similis 1. *Culmo* multo graciliori (praecipue superne) debiliori. 2. *Spica* laxiore nutante. 3. *Spiculis* remotioribus, angustioribus. 4. *Aristis* *valvula* sua duplo fere longioribus.

Flor. Germ. p. 50. n. 14. *Bromus distachyos*.

B. spicis duabus erectis alternis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 217.*

B. spica terminali erecta pauciflora; spiculis compressis ellipticis: seminibus distictis; aristis subaequalibus. *Weigel Observ. bot. p. 16. Tab. I. fig. 8.*

Gramen spica Brizae minus. C. *Bauh. pin. p. 9. prodr. p. 19. Rupp. Ien. p. 306.*

Culmus semipedalis, pedalis, rigidiusculus, superne nudus, erectus, geniculis incuruis. *Folia* plana, retrorsum scabra, pubescentia. *Vaginae* scabrae. *Ligula* brevissima, truncata, incisa. In summo culmo subincrassato, scabro *Spiculae* plerumque duae, vix semiunciam distantes, sessiles, commissura culmi obuersa, scabrae: *iuniores* teretes, lineares, compressiusculae; *maturiores* compressae, ellipticae. *Glumae* rigidae, acutae, striatae, octo-decemflorae. *Corollae* primo imbricatae, tunc distichae, remotiusculae, dorso scabrae: *valvula exterior* lanceolata, desinens in *Aristam* scabram, aequalem, aut paulo longiorem, capillarem, rectam; *interior* obtusa, linearis, ciliata, exteriori paulo maiore.

Variat 1. *Spiculis* tribus aut solitaria in Culmo. 2. *Glumis* multifloris, scilicet plures decem.

ARVND O.

Flor. Germ. p. 50. *Arundo Phragmites.*

A. calycibus quinquefloris panicula diffusa. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 227.* *Dörr. Nass. p. 4.* *Grimm. Iden. p. 267.* *Jacq. Vind. pag. 267.* *Leers Herborn. n. 94. Tab. 7. fig. 1.* *Nonne Erford. p. 280.* *Plan. Erford p. 60.* *Scop. Carn. ed. 2. n. 128.* *Weig. Fl. Pom. n. 78.* *Wilke Fl. Gryph. n. 65.* *Zinn. Gött. p. 70.*

A. vulgaris siue *Phragmites Dioscorides.* *C. Bauh. pin. p. 17.* *Berg. Flor. Francof. p. 325.* *Buxb. Hal. p. 27.* *Dill. Gief. p. 175.* *Hall. Goett. p. 46.* *Rupp. Ien. pag. 318.* *Scheuchz. Agroft. p. 161. Tab. 3. fig. 14.*

A. panicula laxa, flosculis quinis. *Böhm. Lipf. n. 624.*

Culmus erectus, altissimus. Folia plana, glabra, margine ferrulata. Vaginae glabrae. Ligula dense pilosa. Panicula pedalis. Pedunculi verticillati. Spiculae lanceolatae valde mucronatae. Glumae inaequales, quinqueflorae. Corollae mucronatae; valvula exterior calyce longior; interior triplo breuior, rerufa. Semen villis longitudine corollae cinctum.

Variat *Glumis* quadri- et sexfloris.

TRITICVM.

Flor. Germ. p. 50. n. 1. *Triticum monococcum.*

T. calycibus subtrifloris: primo aristato; intermedio sterili. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 240.*

Zea Briza dicta vel monococcus germanica. *C. Bauh. pin. pag. 21.*

Zea monococcus siue simplex siue Briza. *Volck. Norimb. pag. 407.*

Culmus erectus, striatus, laevis. Folia lanceolata, plana, scabra, striata. Vaginae striatae, glabrae, margine ciliatae. Ligula breuissima, truncata. Spica terminalis, imbricata, compressa, disticha, contracta. Rachis compressa, flexuosa, glabra. Glumae aequales, compressae, striatae, albo marginatae, rigidae, bidentatae, truncatae, carinatae, dorso scabrae, vaginantes, superne ciliatae, biflorae, cum rudimento tertii flosculi intermedii. Corolla exterior maior, fertilis, vaginans alteram cum rudimento: valvula exterior margine membranacea super-

ne ciliata, dorso scabra, obtusa, tridentata; *dente intermedio* in *Aristam* tota spica plerumque longiorem, scaberrimam producto; *interior* plana, membranacea. *Corolla altera* sterilis: *valvula exterior* vt in fertili, apice tridentata; *dentibus lateralibus* obtulis; *intermedio* longiore, mucronato et subaristato. *Rudementum* tertii flosculi intermedium, membranaceum, filiforme.

Flor. Germ. p. 50. n. 2. *Triticum repens*.

T. calycibus quadrifloris, subulatis acuminatis, foliis planis. *Lim. Syst. Plant. T. 1. pag. 241. Doerr. Nass. pag. 30. Grimm. Isen. p. 268. Jacq. Vind. p. 20. Leers Herborn. n. 95. Tab. 12. fig. 3. Plan. Erford. pag. 62. Weig. Fl. Pom. n. 86. Wilke Fl. Gryph. n. 71.*

T. radice perenni, foliis viridibus. *Böhm. Lips. n. 621. Berg. Fl. Francof. p. 326. Zimm. Gött. p. 66.*

Gramen caninum aruense seu Gramen Dioscoridis. *C. Bauh. pin. p. 1. Hall. Goett. p. 43. Volk. Norimb. p. 196. Scheuchz. Agrost. p. 5.*

α. muticum. Murr. prodr. Goett. p. 43. α.

Triticum calycibus subulatis trifloris acuminatis. Nonne Erford. p. 279.

Bromus glaber. Scopoli Carn. ed. 2. n. 120.

Gramen loliaceum radice repente siue Gramen officinarum. *Buxb. Hal. p. 145. Rupp. Ien. p. 304.*

β. aristatum. Murr. prodr. Goett. p. 43. β.

Triticum calycibus subulatis quadrifloris aristatis. Nonne Erford. p. 279.

Gramen loliaceum, radice repente, siue Gramen officinarum, aristis multo longioribus. *Buxb. Hal. p. 145.*

Gramen loliaceum radice repente, seu Gramen officinarum aristis donatum. *Leyff. Halens. n. 124. β. Pollich palat. n. 133. β.*

Gramen spica triticea, repentis vulgaris varietas cum spica aristata. *Scheuchz. Agrost. p. 9.*

γ. villosum flosculis aristatis, receptaculis villosis.

Bromus villosus var. 1. 2. 3. Scop. Carn. ed. 2. n. 119.

Triticum dumetorum Vollständ. Verzeichn. aller Gewächse Teutschl. T. 1. p. 363. n. 314.

Gramen latifolium spica triticea latiore compacta. *C. Bauh.* pin. p. 8. prodr. p. 18. *Buxb.* Hal. p. 147. *Hall.* Gött. p. 43. *Rupp.* Ien. p. 305. *Scheuchz.* Agrost. p. 4. *Volck* Norimb. p. 196. *Zinn.* Goett. p. 67.

Gramen auenaceum dumetorum spicatum. *Dill.* Giesf. pag. 117. append. p. 170. Tab. 15. *Rupp.* Ien. p. 116.

Gramen latifolium, spica triticea diuisa. *C. Bauh.* pin. p. 8. prodr. p. 18. *Hall.* Gött. p. 43. *Zinn.* Gött. l. c. β.

Culmus erectus laevis. *Folia* plana, supra pubescentia, basi utrinque membrana aucta. *Ligulae* loco margo elevantus. *Spica* digitalis et palmaris. *Spiculae* sessiles. *Glumae* subaequales, acutae, tri- seu quadriflorae. *Corollae* valvula exterior apice mucronata seu aristata.

Variat 1. *Glumis* quinque ad duodecimfloris. 2. *Corollis* muticis, mucronatis et aristatis.

H O R D E U M.

Flor. Germ. p. 51. n. 1. *Hordeum murinum.*

H. flosculis lateralibus masculis aristis, inuolucris intermediis ciliatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 1. p. 237. *Berg.* Fl. Franc. p. 327. *Böhm.* Lipsf. n. 622. *Dörr.* Nassf. p. 20. *Hall.* Gött. pag. 41. *Iacq.* Vind. p. 20. *Nonne* Erford. p. 280. *Plan.* Erford. p. 61. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 1241. *Weig.* Flor. Pom. n. 85. *Wilke* Fl. Gryph. n. 70. *Zinn.* Goett. p. 71.

Gramen hordeaceum minus et vulgare. *C. Bauh.* pin. p. 9. *Buxb.* Hal. p. 147. *Volck.* Norimb. p. 196. *Scheuchz.* Agrost. p. 14.

Gramen spicatum vulgare secalinum. *Rupp.* Ien. pag. 306.

Gramen secalinum et Secale siluestre. *Dill.* Giesf. p. 103.

Culmi erecti, basi et ad genicula incurui, teretes, glabri, pedales et longiores. *Folia* plana, laeuiter pubescentia retrorsum scabriuscula. *Vaginae* glabrae. *Ligula* breuissima, obtusa. *Spica* lanceolata, hexasticha, digito plerumque minor, composita fasciculis trifloris inuolucro hexaphyllo cinctis. *Flosculi* dorso glabri, lanceolati, striati, terminati *Arista* longa, valde scabra. *Inuolucra* ad quemuis flosculum bina, lineari-setacea, fere aequalia, striata, *Arista* flosculi breuiora: *flosculi* intermedii fertiles basin versus latiora, maxime ciliata; *flosculorum* lateralium pedicellatorum, sterilius retro tantum scabra.

Variat *Culmo* vix digiti longitudine.

Flor. Germ. p. 51. n. 2. *Hordeum fecalinum*.

H. flosculis lateralibus masculis aristatis, inuolucris setaceis scabris. *Schreb. Spic. Flor. Lips. p. 148. Reichard Fl. Moeno-Francof. P. 2. emend. p. 169. n. 939. Leyff. Halenf. n. 126.*

H. flosculis lateralibus masculis breuiter aristatis, inuolucris omnibus scabris intermediis nudis. *Willdenow prodr. Berol. n. 196*

Hordeum murinum. Linn. Syst. Plant. T. I. pag. 237. β. Scholl. Barb. n. 100. C. Zinn. Gött. pag. 71. β.

H. spica disticha, folliculo breui, glumis calyceinis aristatis. *Grimm. Ien. emend. pag. 121.*

Gramen fecalinum. *Hall. Gött. p. 41.*

Gramen fecalinum pratense et elatius. *Buxb. Halenf. p. 147. Rupp. Ien. p. 306.*

Gramen spica fecalina. *C. Bauh. pin. p. 9. prodr. p. 18.*

Gramen spicatum fecalinum minus. *Scheuchz. Agr. p. 17. Berg. Fl. Francof. p. 327.*

Culmus gracilis, erectus, glaber, sesquipedalis, bipedalis et altior. *Folia* plana, pilosa, mollia, striata, subtus retrorsum scabra. *Vaginae* glabrae *Ligula* breuissima ciliata. *Spica vncialis*, sesquuncialis raro maior, tenera compressiuscula, subdisticha, composita fasciculis trifloris inuolucro hexaphyllo cinctis. *Flosculi* dorso glabri, aristati: *laterales* tenuissimi, filiformes, staminibus et pistillo destituti; *intermedio* lanceolato, hermaphrodito. *Inuolucra* setacea, longitudine fere aequalia; *omnia* scabra.

Obseru. Differt ab *Hordeo murino* 1. *Culmo* altiore, tenuiore. 2. *Spica* graciliore, breuiore. 3. *Flosculis lateralibus* filiformibus, staminibus et pistillo destitutis. 4. *Aristis* breuioribus, tenuioribus. 5. *Inuolucris* breuioribus; *omnibus* tantum scabris; nec *intermediis* ciliatis.

Flor. Germ. p. 51. n. 3. *Hordeum maritimum*.

H. flosculis lateralibus spuriiis aristatis dorso admodum hirsutis, inuolucris scabris. *Botan. Abhandl. und Beob. p. 12. n. 16.*

Gramen spicatum fecalinum maritimum minus. *Scheuchz. Agrost. p. 18.*

Culmus bipedalis et nonnunquam altior, *geniculis* incurvis, incrassatis. *Folia* plana, sicca conuoluta mucronata supra tenuissime striata, pubescentia, laeuius, subtus et margine scabra. *Vaginae* striatae, inferiores praecipue hirsutae. *Ligulae* loco margo vix obseruabilis. *Spica* bi- seu triuncialis, hexasticha. *Inuolucra* setacea, omnia scaberrima. *Flosculi laterales* lanceolati, dorso villosi, saepe abortiui: *intermedius* semper fertilis, dorso glaber; *omnes* aristati.

Variat *Flosculis* viuiparis.

Obseru. I. In maritimis nostris spica plerumque pallide viridis, in pratis autem purpurascens.

Obseru. II. Differt ab *Hordeo secalino* cum quo facile confundi potest 1. *Radice* perenni. 2. *Spica* longiore, hexasticha, saepius purpurascens. 3. *Flosculis lateralibus* lanceolatis, saepe abortiuis, dorso villosis; *intermedio* glabro.

E L Y M V S.

Flor. Germ. p. 51. n. 1. *Elymus caninus*.

E. spica nutante arcta, spiculis rectis, inuolucro destitutis; infimis geminis. *Lin.* Syst. Plant. T. 1. p. 233. *Dörr.* Nass. p. 16. *Iacq.* Vind. p. 20. *Leers* Herborn. n. 99. Tab. 12. fig. 4.

Triticum caninum. *Grimm.* Men. p. 268. *Mönch.* Hass. n. 101. *Schreb.* Spic. Flor. Lips. p. 51. *Zinn.* Gött. p. 67.

Gramen spica triticea compacta, aristis longioribus. *Scheuchz.* Agrost. p. 10.

β. maior panicula erecta. *Leers* l. c.

Culmus erectus, quadripedalis et altior. *Folia* supra subpubescentia, margine et subtus scabra, basi auriculata. *Vaginae* longae, glabrae. *Ligula* breuis. *Spica* quinque- seu sex-pollicaris, nutans, praecipue versus maturitatem seminis. *Spiculae* oblongae, teretes; *infimae* saepius geminae. *Glumae* lanceolatae, breuiter aristatae, striatae, scabrae, tri- seu quadriflorae. *Corollae* lanceolatae, scabrae, aristatae. *Aristae* vix corollis longiores, non raro curuatae.

β. maior.

Culmi argyales, inferne crassitie digiti minoris. *Folia* latissima, scaberrima, nuda. *Spica* fere pedalis, inferne pollicis crassitie, stricta, semper erecta. *Spiculae* maiores, distichae

septem - ad nouemflorae, aristatae: *superiores* solitariae; *inferiores* usque ad spicae medium geminae; *infimae* saepe ternae.

Variat *Spiculis infimis* solitariis.

Obseru. I. Ob *Spiculas infimas* plerumque et saepe ad Spicae medium usque geminas et *calycem* ideoque duplicem seu tetraphyllum, magis lateralem a *Tritico* remouit et ad *Elymum* numerauit *Linneus*.

Obseru. II. Differt insuper a *Tritico repente*, cui similis: 1. *Aristis* longitudine corollae. 2. *Valuula corollae interiore* magis ciliata. 3. *Nectariis* basi hemisphaericis; nec ouato-lanceolatis.

Flor. Germ. p. 52. n. 2. *Elymus arenarius*.

E. spica erecta, arcta, calycibus tomentosis flosculo longioribus. *Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 231. Weig. Fl. Pom. n. 84. Wilke Flor. Gryph. n. 69. Timm prodr. Flor. Meg. n. 666.*

Gramen caninum maritimum, spica triticea nostras. *Scheuchz. Agrost. p. 6.*

Rubia montana angustifolia. *C. Bauh.* pin. p. 333. *Caulis* erectus bi- seu tripedalis, teres, glaberrimus, glauco-viridis ramosissimus, geniculis incrassatis articulatus. *Folia* linearia, duriuscula, margine parum reuoluta, superne glabra, glauco-viridia, subtus scabra, albida, sulcata: *caulina* in quouis verticillo octo; *ramea* sex. *Corymbi* in caule ramisque terminales, trifidi, subrotundi. *Flores* albi, speciosi.

Flor. Germ. p. 64. n. 4. *Galium vliginosum*.

G. foliis senis lanceolatis retrorsum ferrato-aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu maioribus. *Linn. Syst. Plant. T. I.* p. 300. *Iacq.* *Vind.* p. 24. *Weigel Flor. Pom.* n. 95. *Wilke Flor. Gryph.* n. 79.

G. caule subaspero; foliis quaternis et senis spinula terminatis. *Hall. Goett.* p. 189.

G. palustre, album minus. *Buxb.* *Halenf.* p. 134.

G. album minus. *C. Bauh.* pin. p. 335. *Berg. Flor. Francosf.* p. 58.

Asperula quadrifolia palustris? *Rupp.* *Ien.* p. 6.

Rubia quaedam minor. *Ioh. Bauh. hist.* 3. p. 716.

Caulis erectus, basi plerumque repens, digitalis et palmaris, tetragonus, geniculatus; *angulis* scabris. *Folia* ad quoduis geniculum sena, verticillata, lanceolata, glabra, margine reflexa, scabra, in spinulam terminata, glauco-viridia. *Corymbi* terminales, trifidi.

Flor. Germ. p. 64. n. 5. *Galium hircynicum*.

G. foliis subsenis obouatis acutis, caule procumbente: ramis confertis elongatis, pedunculis multifloris. *Weig. obseru. bot.* p. 25.

G. *saxatile* caule decumbente ramosissimo, foliis quinis subrotundis lanceolatis aristatis, petioliis ramosis. *Grimm. Isenac.* emend. pag. 122.

G. *saxatile* foliis senis obouatis, obtusis, caule ramosissimo procumbente. *Moench Hass.* n. 123. *Murr. prodr. Goett.* p. 44. *Wigg.* prim. Flor. *Holst.* p. 12.

G. caule ramosissimo, foliis quinis obuerse ouatis. *Hall.* *Goett.* p. 188. *Rupp. Jen.* p. 407. *Zinn.* *Goett.* pag. 232.

Caules decumbentes, cespitosi, diffusi, ramosissimi, argute angulosi, glabri, articulati, digitales, palmares et nonnunquam longiores. *Folia* in quouis verticillo plerumque sena, aequalia, glabra, margine scabriuscula, versus basin attenuata: *inferiora* et ramulorum sterilium obouata, acuta, neruo dorsali in breuem mucronem producto, approximata; *superiora* ramea et floralia remota, saepe lanceolata, sed versus apicem paulo latiora, acuminata. *Pedunculi* axillares et terminales, ramosi, dichotomi, multiflori, *Flores* albi. *Semina* glabra, nigra, gemina, subglobosa.

Obseru. I. Planta siccata nigrescit.

Obseru. II. Cum *Galio saxatili* *Lin.*, quod in *Heluetia* quidem, sed in *Germania* non occurrit, nostram plantam confuderunt auctores, cum *Linnei* differentia specifica *Galii saxatilis* ambabus competat plantis diuersissimis. Praeprimis differt *Galium hircynicum* a *Galio saxatili* *Lin.* 1. *Foliis* mucronatis, inferioribus approximatis, superioribus remotis: nec obtusissima, imbricata. 2. *Ramis* triplo vel quadruplo longioribus, foliorum verticillis remotioribus: nec *Rami* vix vncia longiores, verticillis foliorum approximatis fere tecti. 3. *Pedunculis* ramosis, dichotomis multifloris: nec breuissimi, vniflori.

Flor. Germ. p. 64. n. 6. *Galium syluestre*.

G. foliis suboctonis lineari-lanceolatis, subsasperis aristatis, fructibus glabris.

G. *asperum* foliis septenis cauleque inferne pubescentibus, panicula ramis strictis dichotomis. *Screber* *Spic. Flor. Lips.* p. 3. *Vollständ. Verzeichniß aller Gewächse Teutschl.* pag. 423. n. 362.

G. pumilum caule anguloso, foliis fenis subasperis aristatis. *Murr. prodr. Goett. p. 44. Grimm Ifenac. emend. p. 122. (sub G. spurio.)*

G. foliis fenis et nouenis subasperis spinula terminatis. Hall. Goett. p. 189. Zinn. Goett. p. 232.

G. album supinum multicaule angustifolium polyspermum. Rupp. Ien. p. 4. Dill. Gief. append. p. 3. Buxb. Halens. p. 134.

Caules debiles, basi tantum ramosi, decumbentes, pubescentes, angulati, superne laeues. *Folia* carinata, mucrone rigido terminata: *infima* et ramulorum sterilius quina in quouis verticillo, breuia, spatulata: *inferiora* fena, ad apicem paulo latiora; *superiora* septena plerumque, vel octona, linearia, vix ad apicem latiora, cum inferioribus villis molliusculis pubescentia; *summa* sub panicula iterum plerumque quina, linearia, minuta, laeuia. *Paniculae* corymbosae, rami elongati, stricti, divergentes, dichotomi. *Flores* albi. *Fructus* glabri.

Obseru. An forsitan *Galium scabrum* *Linn. Syst. Veget. ed. XIV. p. 151. Jacq. in Litt. Flor. Austr. v. 5. Tab. 422.* idem sit cum *Galio syluestri*, determinare nequeo, cum opere splendidissimo *Cel. Iacqumi* adhuc dum carere debeo.

Flor. Germ. p. 64. n. 7. Galium verum.

G. foliis octonis linearibus fulcatis, ramis floriferis breuibus. Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 302. Doerr. Nass. p. 115. Grimm Ifenac. p. 271. Jacq. Vind. p. 24. Nonne Erford. p. 13. Plan. Erford. p. 59. Weig. Flor. Pom. n. 96. Wilke Flor. Gryph. n. 80.

G. floribus paniculatis: foliis octonis linearibus fulcatis, glabris: caule ancipiti. Scop. Carn. ed. 1. pag. 341. n. 3 ed. 2. n. 153.

G. foliis octonis gracilissimis confertis, spica flaua caulem terminante. Hall. Goett. p. 189. Boehm, Lipsf. n. 8. Zinn. Goett. p. 232.

G. luteum. *C. Bauh.* pin. p. 335. *Bergen* Flor. Francof. p. 58. *Buxbaum* Halenf. p. 134. *Dill* Gies. p. 82. *Rupp.* Ien. p. 3. *Volck.* Norimb. p. 182.

G. verum. *Ioh. Bauh.* hist. 3. pag. 718. fol. 2. bona fig. *Caulis* erectus, pedalis et altior, durus. scabriusculus, obsolete quadrangulus, ramosus. *Genicula* incrassa. *Folia* linearia, integerrima, margine revoluta, siccata filiformia, recurva, duriuscula, supra late viridia, nitidissima, glabra, subtus canaliculata, tomentosa; alba, apice in aristam terminata: *caulina* in quouis verticillo plerumque decem; *ramea* octo. *Caules* ramique panicula flava, interrupta, speciosa terminati.

Flor. Germ. p. 65. n. 8. *Galium Mollugo.*

G. foliis octonis ovato-linearibus subserratis patentissimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 303. *Doerr.* Nass. p. 115. *Grimm.* Isenac. p. 271. *Iacq.* Vind. p. 24. *Plan.* Erford. p. 69. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 155.

G. caule quadrangulo, foliis octonis glabris acuminatis. *Hall.* Goett. p. 189. *Boehm.* Lips. n. 11. *Nonne* Erford. p. 14. *Zinn.* Goett. p. 231.

α. latifolium

Galium Mollugo latifolia *Leyff.* Flor. Halenf. n. 154. *α. Leers* Herb. n. 115. var.

G. album latifolium pratense. *Rupp.* Ien. p. 4. *Buxb.* Halenf. 134.

G. album vulgare. *Berg.* Flor. Francof. p. 58. *Dill.* Gies. p. 82.

G. album. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 719.

Mollugo montana angustifolia ramosa seu *Galium album latifolium.* *C. Bauh.* pin. p. 334. *Volck.* Norimb. p. 182.

β. angustifolium

Galium Mollugo angustifolia. *Leyff.* Halenf. l. c. *β. Leers* Herb. l. c. var.

Rubia sylvestris laevis. *C. Bauh.* pin. 333.

Rubia angulosa aspera. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 715.

γ. *Foliis apice rotundatis nervo in acumen exeunte.* Leyff. Halenf. l. c. γ. Scop. Carn. ed. 2. n. 155. var. 2.

δ. *Foliis spinoso-dentatis.* Leyff. l. c. δ. Scop. Carn. 1. c. var. 3.

Caulis erectus, debilis, bi-seu tripedalis, tetragonus, glaber, ramosus, ad genicula incrassatus. Folia patentissima et saepe recurva acutiuscula, mucrone terminata, margine subserrata, scabriuscula: caulina octona; ramea et floralia inferiora sena; summa floralia opposita. Corymbi fasciculati, multiflori. Flores albi, fructu majores.

α. *latifolium*

Folia obovato-lanceolata, glabra.

β. *angustifolium*

Folia lanceolata, vix versus apicem latiora glabra

γ. et δ. mihi ignota.

Flor. Germ. p. 65. n. 9. *Galium sylvaticum.*

G. foliis octonis laevibus subtus scabris: floralibus binis, pedunculis capillaribus, caule laevi. Linn. Syst. Plant. T. I. p. 303. Doerr. Nass. p. 116. Grimm. Isenac. emend. p. 122. Nonne Erford. p. 14. Plan. Erford. p. 69. Weigel Flor. Pom. n. 826.

G. *sylvestre.* Scop. Carn. ed. 2. n. 156.

G. caule tereti fulcratro, foliis octonis glaucis et obtusis. Hall. Goett. p. 189. Zinn. Goett. p. 231.

G. album latifolium sylvaticum. Rupp. Ien. p. 4. Boehm. Lipf. n. 13.

G. flore albo majus. Buxb. Halenf. p. 135.

G. montanum latifolium ramosum. Bergen. Flor. Francof. p. 58. Dill. Gies. p. 132.

Matrifylua secunda Tragi. Volck. Norimb. p. 282.

Rubia montana latifolia ramosa. C. Bauh. pin. p. 334.

Rubia sylvatica laevis. Joh. Bauh. hist. 3. p. 716.

Caulis erectus, teres, obsolete tetragonus, bi-seu tripedalis, glaber, nitidus, ramosus, ad genicula incrassatus. Folia glauco-viridia, glabra, margine scabra, mucrone terminata,

subtus laevia: *caulina inferiora* oblongo-ouata plerumque octona: *superiora* et *ramca* ouali-lanceolata, plerumque sena; *suprema* quina aut quaterna, lanceolata; *floralia* bina, opposita, ang. sto. lanceolata. *Corymbi* racemosi. *Pedunculi* capillares, plerumque trifidi. *Flores* exigui, albi, ante anthesin nutantes.

Flor. Germ. p. 65. n. 10. *Galium glaucum*.

G. foliis verticillatis linearibus, pedunculis dichotomis, caule laeui. *Lin.* Syst. Plant. T. 1. p. 304. *Iacq.* Vind. p. 24. *Noume* Erford. p. 14. *Plan.* Erford. p. 69. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 152.

Galium montanum altissimum, foliis angustis albicantibus? *Rupp.* Ien. p. 5. *Boehm.* Lips. n. 12. ob synonym. *C. Bauh.* citatum.

Rubia montana angustifolia. *C. Bauh.* pin. p. 333. prodr. p. 145.

Linne l. c. hanc plantam ita describit mihi adhuedum ignotam:

Caules debiles, prostrati, laeves. *Folia* quina seu sena, linearia, laevia, subtus glauca, margine vix scabra, inferiora reflexa. *Umbellae* subtrifidae, paruae. *Flores* albi. *Antherae* luteae.

Flor. Germ. p. 65. n. 11. *Galium rubrum*.

G. foliis verticillatis linearibus patulis, pedunculis brevissimis. *Lin.* Syst. Plant. T. 1. p. 305. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 154.

G. rubrum. *C. Bauh.* pin. p. 335.

G. sprengerianum. *Ioh. Baub.* hist. 3. p. 721.

Caules decumbentes, tenues, palmares et fere pedales, ramosi, tetragoni, scabri. *Folia* lanceolata, integerrima, deflexa, glabra, margine scaberrima, apice mucrone breui terminata: *caulina* sena et septena; *ramca* quaterna et quina. *Paniculae* in caule ramisque terminales. *Flores* exigui, rubri.

Omiss. in Flor. Germ. *Galium hispidum*.

G. foliis subsenis, lineari-lanceolatis, mucronatis, retrorsum hispidis, fructibus glabris subcompressis, feminibus reniformibus.

Aparine vulgaris seminibus glabris. *Buxb.* Halens. p. 23.

Aparine vulgaris, *Rupp.* Ien. p. 5. a) not. *Halleri*.

Simillimum Galio Aparini. *Caulis* bipedalis et maior, debilis, filiformis, diffusus, ramosus, quadrangulus, retrosum scaber. *Folia* lineari-lanceolata, margine retrorsum hispida, acuto mucrone terminata: *inferiora* plerumque sena; *superiora* quina: *summa* quaterna, *floralia* terna, seu solitaria. *Pedunculi* alares oppositi, ramosi plerumque trichotomi. *Flores* exigui, albi. *Fructus* subcompressus, subdidymus, basi et apice emarginatus, niger, glaberrimus. *Semina* nigra, glaberrima, reniformia.

A. in agris et inter segetes.

Observ. *Fructu* praecipue differt, cujus figura et tectura diversissima a *Galio Aparine*.

Flor. Germ. p. 65. n. 12. *Galium pusillum*.

G. foliis octonis, hispidis, linearibus, acuminatis, subimbricatis, pedunculis dichotomis. *Linn.* Syft. Plant. T. I. p. 302.

Rubeola saxatilis. *C. Bauh.* pin. p. 334. prodr. pag. 145.

Caules numerosi, digitales, angulati. *Folia* in quovis verticillo octo seu sex, lanceolato-linearibus, vel linearibus, acuta, uti caulis undique pilis patentibus hispida. *Rami* rariores alterni. *Foliorum verticilli* ita conferti ut folia imbricatum digesta. *Panicula* rarior, fere terminalis, ex pedunculis bis dichotomis. vid. *Linne* l. c.

† † *Fructibus scabris.*

Flor. Germ. p. 66. n. 13. *Galium spurium*.

G. foliis senis lanceolatis carinatis scabris retrosum aculeatis, geniculis simplicibus, fructibus glabris. *Linn.* Syft. Plant. T. I. pag. 301.

G. caulis, alis foliorumque ora nervoque serrato, fructu laevi. *Hall.* Goett. pag. 188. *Zinn.* Goett. p. 233.

Aparine vulgaris femine minori. *Bergen.* Flor. Francof. p. 57. *Buxb.* Halens. p. 23.

Aparine femine laevi? *Dill.* Gies. p. 150.

Caules simplices basi tantum ramosi, prostrati, diffusi, palmares, raro pedales, articulati, quadranguli: *angulis* aculeis recuruis scaberrimis. *Articuli* aequales, vnciales. *Folia* lanceolata, in mucronem tenuissimum terminata, glabra, margine et carina aculeis recuruis retrorsum scaberrima: *inferiora* quina; *superiora* sena; *summa* plerumque quaterna. *Pedunculi* oppositi, axillares, longitudine foliorum, tetragoni retrorsum scabri, versus apicem plerumque trifidi, triflori: *floribus lateralibus* sterilibus: *intermedio* fertili, post florescentiam apice reflexi. *Semina* gemina in quouis pedunculo, globosa, nigricantia, punctis seu squamis eleuatis scabra.

Variat Foliis octonis in quouis verticillo.

† † † *Fructibus hispidis.*

Flor. Germ. p. 66. n. 14. *Galium boreale.*

G. foliis quaternis lanceolatis trineruis glabris, caule erecto, seminibus hispidis. *Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 305. Grimm. Ifenac. p. 271. Hall. Goett. p. 188. Jacq. Vind. p. 24. Nonne Erford. p. 14. Plan. Erford. pag. 68. Weig. Flor. Pom. n. 97. Wilke Flor. Gryph. n. 81. Zinn. Goett. p. 232.*

G. floribus paniculatis, racemis diphyllis: foliis quaternis trineruis lanceolatis. *Scop. Carn. ed. 1. p. 343. n. 8. ed. 2. n. 151.*

Asperula laeuior acuto quaterno folio. *Rupp. Ien. p. 6.*

Rubia pratensis laeuis acuto folio. *C. Bauh. pin. p. 333. prodr. pag. 145.*

Caulis erectus, strictus, pedalis et sesquipedalis, simpliciusculus, scabriusculus, tetragonus: *angulis* planiusculis glaucis. *Folia* lanceolata obtusa, (non mucrone terminata) trineruia, glabra, margine parum reflexa, scabriuscula, ad quoduis geniculum quatuor, aequalia, patentia: *summa floralia* bina, opposita, ouata seu obouata. *Corymbus* racemosus, terminalis, densus, multiflorus. *Flores* albi.

Variat. Caule fere tripedali, superne ramoso.

Rubia erecta quadrifolia. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 716. bona fig.*

Flor. Germ. p. 66. n. 15. *Galium rotundifolium.*

G. foliis quaternis, ovatis, obtusis, aculeato-ciliatis, feminibus hispidis. Magaz. für die Botanik St. 2. pag. 12. *Iacq.* Austr. Vol. 1. Tab. 94.

G. floribus paniculatis; racemis dichotomis: foliis quaternis, ovatis, glabris. *Scop.* Carn. ed. 1. p. 344. n. 9. ed. 2. n. 150.

Asperula laevigata foliis quaternis ellipticis eneruiis laeuisculis, pedunculis diuaticatis trichotomis, feminibus scabris. *Scholl.* Barb. n. 130.

Asperula alpina quadrifolia. *Rupp.* Ien. p. 6.

Rubia quadrifolia seu *rotundifolia laeuis.* *C. Bauh.* pin. p. 334. prodr. p. 145.

Rubia quadrifolia, femine duplici hispido. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 718. fig. bona sed deficiente flore et fructu.

Caules palmares raro altiores, tetragoni, basi prostrati et ramosi, tunc erecti, simplices, inferne hirsuti, superne glabriusculi: internodiis approximatis, foliis vix duplo longioribus. *Folia* quaterna ad quoduis geniculum ovata seu obovata, obtusa, acumine breuiusculo praedita, margine aculeato-ciliata, supra scabra, aequalia: *calina suprema quatuor* alterne minora. *Bractea* aut nulla aut solitaria; raro adhuc altera opposita, ovalis, exigua. *Pedunculus* terminalis, trichotomus et dichotomus, nudus, pauciflorus. *Flores* candidi, tubo vix manifesto praediti. *Semina* nigricantia, pilis longis, albidis, apice vncinatis hispida.

Observ. *Linne* in prioribus specierum plantarum editionibus hanc plantam sub nomine *Galii rotundifolii* protulit, postea autem in *Syst. Veget. et Plant.* cum *Asperula laevigata* pro vna eademque specie habet, cuius rationem sane non intelligere possum. An ob similitudinem quandam foliorum? Differentias sane haud exiguas *Asperulae laevigatae* a *Galio rotundifolio* in *Libello Magazin für die Botanik* l. c. ostendi.

Flor. Germ. p. 66. n. 16. *Galium Aparine.*

G. foliis octonis lanceolatis, carinis scabris retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructibus (globosis) hispidis. *Lin.* *Syst. Plant.* T. 1. p. 306. *Doerr.* *Nass.* p. 116. *Grimm.* *Isenac.* p. 272. *Iacq.* *Vind.* p. 24. *Nonne* *Erford.* p. 14. *Plan.* *Erford.* pag. 68. *Weig.* *Flor. Pom.* n. 98. *Wilke* *Flor. Gryph.* n. 82.

G. flo-

G. floribus paniculatis, foliis octonis, lanceolatis, scabris, retrorsum aculeatis. Scop. Carn. ed. 1. p. 342. n. 6. ed. 2. n. 157.

G. caulis, alis foliisque ora et neruo ferratis, fructu hispido. Hall. Goett. p. 188. Zinn. Goett. p. 233.

Aparine vulgaris. C. Bauh. pin. p. 334. Bergen Flor. Francof. p. 57. Buxb. Halens. p. 23. Rupp. Ien. p. 5. Volk. Norimb. p. 36.

Aparine foliis lanceolatis, semine aspero. Boehm. Lips. n. 6.

Aparine. Joh. Bauh. hist. 3. p. 713. Dill. Gies. p. 67.

Caulis erectus debilis, pedalis, cubitalis et altior, tetragonus, scaberrimus, ramosissimus, ad genicula villosus. Folia obverse lanceolata, mucrone terminata, margine et vbiq̄ue aculeis vncinatis exiguis obfessa, hinc scaberrima et adhaerentia, in quouis verticillo sex, septem, plerumque autem octo. Fasciculi florum, in caule ramis terminales. Bractee lanceolatae ad basin pedunculorum. Flores fructu minores. Stylus plerumque bipartitus. Semina grisea, globosa, pilis vncinatis copiosis hispida, adhaerentia.

Observ. Differt a *Galio spurio* 1. *Caule* altiore, ramosissimo, erecto, ad genicula villosus. 2. *Pedunculis* terminalibus in caule ramisque, ramosis, dichotomis vel trichotomis. 3. *Seminibus* pilis validis vncinatis vbiq̄ue obfessis, hispidis, adhaerentibus.

* * * * *

Celeb. *Gmelin* prope Tubingam tria adhuc obseruauit *Galiam*, cum autem in differentia specifica seminum mentionem non fecerit, non rite determinandum est, vtrum verae species an enumeratorum varietates dici debeant.

1. *Galium* foliis infimis octonis, mediis et superioribus septenis glabris linearibus, caule ramoso procumbente. *Gmel.* Tubing. p. 41.
2. *Galium* foliis plerisque octonis, scabris, integerrimis, obovatis, linea mediana depressa exaratis, caule ramosissimo. *Gmel.* Tubing. p. 41.
3. *Galium* foliis verticillatis linearibus, caulibus dichotomis, in summo et medio floriferis. *Gmel.* Tubing. p. 41.

A S P E R V L A .

Obferu. *Asperula* differt a *Galio* Corolla tubo euidentiore praedita, infundibuliformi.

Flor. Germ. p. 67. n. 1. *Asperula odorata*.

A. foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis. *Linn.* Syft. Plant. T. I. p. 294. *Doerr.* Nass. p. 53. *Grimm.* Ifenac. p. 272. *Iacq.* Vind. p. 25. *Nonne* Erford. p. 12. *Plan.* Erford. p. 66. *Weig.* Fl. Pom. n. 93. *Wilke* Flor. Gryph. n. 77.

A foliis octonis, feminibus hispida, ex summo caule paniculata. *Hall.* Goett. p. 186. *Zinn.* Goett. p. 230.

A. fyluatica. *Rupp.* Ien. p. 6.

A. siue Rubeola montana odora. *C. Bauh.* pin. p. 354. *Dill.* Gief. p. 51.

Aparine latifolia humilior montana. *Berg.* Flor. Francof. p. 57. *Buxb.* Halenf. p. 23.

Galium odoratum floribus paniculatis: foliis octonis lanceolatis; caule glabro simplici. *Scop.* Carn. ed. I. p. 343. n. 7. ed. 2. n. 158.

Galium Matrifylua foliis octonis, corollis infundibuliformibus, fructu hispido. *Wigg.* prim. Flor. Holfat. p. 13. *Matrifylua* *Volck.* Norimb. p. 281.

Caulis erectus, palmaris et altior, glaber, tetragonus. *Folia* ad quoduis geniculum octo, lanceolata, acutiuscula integerrima, glabra, patentia, margine scabra. *Corymbus* terminalis, trifidus, ramosus, fasciculatus. *Bracteae* ad quamuis pediculorum diuisuram, duae oppositae. *Flores* albi. *Semina* pilis vncinatis hispida.

Flor. Germ. p. 67. n. 2. *Asperula aruensis*.

A. foliis senis, floribus terminalibus sessilibus aggregatis. *Linn.* Syft. Plant. T. I. p. 294. *Grimm.* Ifenac. p. 272. *Iacq.* Vind. p. 25. *Nonne* Erford. p. 12. *Plan.* Erford. p. 66. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 159.

A. foliis pluribus, foliis sessilibus. *Boehm.* Lipf. n. 15.

A. caerulea aruensis. *C. Bauh.* pin. p. 334. *Dill.* Gief. p. 155. *Rupp.* Ien. p. 7.

Rubia coerulea erectior elatiorue. *Ioh. Bauh. hist. p. 719.*
Caulis erectus, semipedalis et pedalis, tetragonus, scabriusculus,
 dichotomus. *Rami* oppositi. *Folia* in quouis verticillo octo li-
 neari-lanceolata, obtusifuscula, margine revoluta, glabra, subtus
 scabra. *Bractee* plures, lanceolatae, ciliatae, cingentes um-
 bellam sessilem. *Flores* coerulei. *Semina* glabra.

Flor. Germ. p. 67. n. 3. *Asperula tinctoria.*

A. foliis linearibus: inferioribus senis; intermediis quater-
 nis, caule flaccido, floribus plerisque trifidis. *Linn. Syst. Plant.*
 T. I. p. 295. *Iacq. Vind. p. 25.* *Zinn. Goett. p. 231.* *Galium*
tinctorium. *Scop. Carn. ed. 2. n. 149.*

Rubeola quadrifolia, caule ramoso flaccido, floribus trifidis.
Rupp. Ien. p. 8.

Caulis prostratus, geniculatus, obsolete tetragonus, glaber,
 inferne scabriusculus, ad genicula tumidus, ramosus. *Folia* li-
 nearia, angustissima, siccata conuoluta, mucrone obtuso termina-
 ta, glabra: *infima* scabriuscula sena; *media* quaterna longiora;
superiora et *ramea* opposita cum aliis duobus minimis fetaceis.
Bractee oppositae, minutae, ovato-lanceolatae. *Corymbi* ter-
 minales, fasciculati, multiflori. *Semina* glabra.

Observat. Plures flores obseruantur trifidi in hac specie et
 tunc Stamina tantum tria adsunt.

Flor. Germ. p. 67. n. 4. *Asperula cynanchica.*

A foliis quaternis linearibus: superioribus oppositis, caule
 erecto, floribus quadrifidis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 296.*
Iacq. Vind. p. 25. *Grimm. Isenac. p. 272.* *Nonne Erford. p. 13.*
Plan. Erford. p. 66.

A. foliis quaternis linearibus, floribus paniculatis. *Hall.*
Goett. p. 186. *Zinn. Goett. p. 230.*

Galium cynanchicum pedunculis trifloris, corymbosis, fo-
 liis quaternis linearibus; summis oppositis. *Scop. Carn. ed. I.*
 p. 344. n. 10. ed. 2. n. 147.

Galium album minus? *Buxb. Halensf. p. 134.*

Rubia cynanchica. *C. Bauh. pin. p. 333.* *Ioh. Bauh. hist.*
 3. p. 723.

Rubeola vulgaris quadrifolia laevis, floribus purpurascenti-
 bus et albis. *Buxb. Halensf. p. 286.* *Dill. Giesf. p. 125.* *Rupp.*
Ien. p. 7.

Caulis

Caulis palmaris et altior, debilis, plerumque decumbens, ramosus, dichotomus, quadrangulus, scaber. *Folia* linearia, versus apicem paulo latiora, mucrone obtuso terminata, glabra, margine scabra: *inferiora* quaterna, inaequalia, recurva; *superiora* et *ramea* opposita bina, cum foliolis duobus minimis stipulaceis, linearibus, acutissimis. *Corymbi* laxi terminales, pauciflori. *Pedunculi* trifidi, triflori *Flores* purpurascens, extus pubescentes, quadrifidi. *Semina* scabriuscula.

Obseru. Differt ab antecedente 1. *Caule* tenuiori, debeli, dichotomo, toto fere scabro. 2. *Foliis* latioribus, quaternis. 3. *Pedunculis* trifloris, tenuioribus. 4. *Floribus* quadrifidis.

S C H E R A R D I A .

Obseru. Differt ab *Asperula Scherardia* feminum corona tridentata: calyce sexdentato, persistente.

Flor. Germ. p. 68. *Scherardia aruensis*.

S. foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 292. *Bergen* Flor. Francof. p. 58. *Doerr.* Nass. p. 216. *Grimm.* Isenac. p. 272. et emend. p. 122. *Iacq.* Vind. p. 25. *Plan.* Erford. p. 66. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 143. *Weigel* Flor. Pomer. n. 92. *Wilke* Flor. Gryph. n. 76. *Timm.* prodr. Flor. Megapol. n. 90.

Scherardia *Dill.* Giesf. append. p. 96.

Asperula feminibus coronatis. *Hall.* Goett. p. 186. *Zinn.* Goett. p. 229.

Asperula foliis fenis, femine dentato. *Boehm.* Flor. Lipsf. n. 14. *Nonne* Erford. p. 12.

Asperula hexaphyllos purpurea. *C. Bauh.* pin. p. 334. *Rupp.* Ien. p. 7.

Aparine supina, pumila, flore coeruleo. *Buxb.* Halensf. p. 24.

Matrifylua repens aruensis coerulea. *Volck.* Norimb. p. 282.

Rubeola aruensis repens purpurea. *C. Bauh.* pin. p. 334. *Dill.* Giesf. append. p. 10. Tab. 3.

Rubia parua, flore coeruleo se spargens. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 719. fig. 2.*

Caulis plerumque decumbens, digitalis, sesquidigitalis, tetragonus, scaber. *Folia* ovato-lanceolata, mucronata, aspera: inferiora quaterna; superiora sena. *Bracteae* plures, lanceolatae cingentes *Umbellam* sessilem, tri- seu quadrifloram. *Calyx* sexdentatus, persistens. *Flores* violacei. *Fructus* sexdentatus, ovatus, scaber, discedens in *Semina* duo tridentata.

Obseru. Similis *Asperulae aruensis*, at omnibus in partibus minor, et differt praecipue 1. *Foliis* acutioribus. 2. *Pedunculis* brevioribus, rigidioribus. 3. *Bracteis* acutioribus. 4. *Calyce* persistente fructuque sexdentato.

* * * * * *Flores tetrapetali, superi.*

T R A P A.

Flor. Germ. p. 68. *Trapa natans.*

T. petiolis foliorum natantium ventricosus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 341. Boeckm. Lips. n. 255. Jacq. Vind. p. 25. Zinn. Goett. pag. 207.*

Tribulus aquaticus. *C. Bauh. pin. p. 194. Hall. Goett. p. 171. Volck. Norimb. p. 387.*

Tribuloides vulgare aquis innascens. *Bergen Flor. Francof. p. 109. Buxb. Halens. p. 323. Rupp. Jen. p. 62.*

Caulis longi, teretes, sub aqua repentes. *Folia immersa* multifido-capillaria; *natantia* ad summitatem caulis, in orbem congesta, rhomboidea, obtusa, glabra, profunde dentata, subtus fusco-tomentosa. *Petioles* fere digitales, tomentosi, in medio dilatati, ventricosi, vesicarii. *Flores* inter *Folia* centrales, albi. *Calycis folia* quatuor, quorum duo ad latera, duo ad angulos germinis, in cornua fructus inaequalia abientia. *Nux.* durissima, angulosa, obouata, *cornubus* quatuor alterne majoribus.

Obseru. Ex Herbario Fautoris aestumatissimi de *Leyffer* specimen alicuo prope *Deffau* lectum ab Illo, cujus *Folia* subtus glabra, nitida: *Petioles* glabri, non ventricosi, vesicarii, sed crassitie aequales, et in altera *Florae Halens.* editione n. 163. dicit Ill. auctor: cum *Trapa natante* frequenter occurrere *Trapam Nucibus*

Lus bicornibus, forte varietatem *T. natantis*. Nonne erit *Trapa bicornis* Linn. Syst. Veget. p. 162? Vtrum *Trapa bicornis* illa *Leyfferi* et *Linnei* foliis petiolisque gaudeat glabris non ventricosis sed aequalibus; an, excepto cornuum numero binario, nulla differentia specifica locum habeat, ego determinare nequeo. Quod autem Nucis cornuum numerus valde sit variabilis et, nisi aliae differentiae adsint, solus pro differentia specifica non valeat, etiam ex optima *Camerarii* figura in Epit. pag. 715. apparere videtur, qui in descriptione et figura fructum habet tricornerem.

C O R N U S.

Flor. Germ. p. 68. n. 1. *Cornus mascula*.

C. arborea, umbellis inuolucrum aequantibus. Linn. Syst. Plant. T. I. p. 331. Boehm. Lips. n. 258. Hall. Goett. p. 190. Grimm. Henac. p. 273. Jacq. Vind. p. 25. Nonne Erford. p. 126. Plan. Erford. p. 69. Zinn. Goett. p. 234.

C. arborea, floribus umbellatis, foliis ovatis. Scop. Carn. ed. 1. p. 272. n. 1. ed. 2. n. 170.

C. sylvestris mas. C. Bauh. pin. p. 447. Buxb. Halens. p. 83. Rupp. Ien. p. 92.

Rami teretes glabri; juniores amotini quadranguli, hirsuti. Folia petiolata, ovata, integerrima scabra, opposita. Inuolucrum tetraphyllum: foliolis ex rotundato-ovatis concavis, extus villosis, aequalibus umbellae multiflorae. Flores flavi, pedunculati. Drupa oblonga, vtrinque obtusa cinnabarina, nitidissima. Nucleus oblongus, lineis quatuor eleuatis ad medium vsque notatus.

Obseru. Flores primo Vere ante foliorum eruptionem apparent.

Flor. Germ. p. 69. n. 2. *Cornus sanguinea*.

C. arborea, cymis nudis, ramis rectis. Linn. Syst. Plant. T. I. p. 331. Doerr. Nass. p. 255. Grimm. Henac. p. 273. Jacq. Vind. p. 26. Nonne Erford. p. 126. Plan. Erford. p. 69. Weig. Flor. Pom. n. 105. Walke Flor. Gryph. n. 88. Zinn. Goett. p. 234.

C. umbellis inuolucro multoties longioribus. *Boehm.* Lipl. n. 257.

C. arborea, floribus cymosis. *Scop.* Carn. ed. I. p. 273. n. 2. ed. 2. n. 171.

C. femina. *C. Bauh.* pin. p. 447. *Bergen.* Flor. Francof. p. 130. *Buxb.* Halenf. p. 84. *Volck.* Norimb. p. 124.

C. umbellis inuolucro destitutis. *Hall.* Goett. p. 190.

Offea Loniceri et Riuni. *Rupp.* Ien. p. 93.

Folia ouata, integerrima, apice recuruiuscula. *Corymbi* terminales, planiusculi, inuolucro communi destituti. *Flores* albi. *Bractee* ad pedunculorum basin paruae, deciduae. *Drupa* globosa, nigra, magnitudine Baccae Juniperinae, apice umbilicata, dentibus calycinis inflexis styloque coronata. *Nucleus* rotundus, vix sulcatus.

Flor. Germ. p. 69. n. 3. *Cornus suecica.*

C. herbacea, ramis binis *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 233. Periclymenum humile et noruegicum. *C. Bauh.* pin. p. 302. III. et IV.

Periclymenum paruum prutenicum *Clusii.* *Joh. Bauh.* hist. 2. p. 108. bona figura.

Caulis erectus, basi incuruus, quadrangulus, glaber, semipedalis et altior, geniculatus, herbaceus, superne dichotomus, rarissime ramosus. *Folia* opposita, subpetiolata, oualia, inferiora rotundiora, quinque costata, integra, superne subpilosa. *Flores* breuiter pedunculati minimi, in *Umbellam* simplicem, involucratam, longe pedunculatam, solitariam dispositi. *Pedunculus* e dichotomia caulis, terminalis, nudus, subpilosus. *Inuolucrum* vniuersale tetraphyllum umbella duplo majus: *folioli* ouatis, obtusiusculis, candidis, venosis, dicitur: *duobus oppositis* paulo minoribus. *Perianthium proprium*, minimum, superum, quadrifiduum, deciduum. *Petala* oblonga, acuta, concava minima. *Stylus* curuus. *Fructus* cernui. *Drupae* subrotundae, rubrae, conglomeratae. *Nucleus* subrotundus.

Observ. *Inuolucra foliola* quatuor candida, *Petala* mentientia, facile decipere possunt obseruatorem, vt primo intuitu florem putet compositum.

* * * * * *Flores incompleti, inferi.*

ALCHEMILLA.

Flor. Germ. p. 69. n. 1. *Alchemilla vulgaris*.

A. foliis lobatis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 349. Doerr. Nass. p. 37. Grimm. Isenac. p. 273. Jacq. Vind. p. 26. Nonne Erford. p. 254. Plan. Erford. p. 69. Weig. Flor. pom. n. 106. Wilke Fl. Gryph. n. 89.*

A. floribus monogynis, foliis lobatis. *Scop. Carn. ed. I. p. 576. ed. 2. n. 174.*

A. folio integro stellato polygonio. *Hall. Goett. p. 31. Boehm. Lips. n. 550. Zinn. Goett. p. 139.*

A. vulgaris. *C. Bauh. pin. p. 319. Bergen Flor. Francof. p. 300. Buxb. Halens. p. 11. Dill. Gies. p. 67. Rupp. Ien. p. 64. Volck. Norimb. pag. 16.*

Pes leonis siue Alchemilla. *Job. Bauh. hist. 2. l. 17. Cap. 76. p. 398.*

β. hybrida foliis lobatis sericeis acute serratis, segmentis involucri subrotundis.

Alchemilla alpina β. hybrida. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 349. Weber. Spic. Flor. Goett. p. 6.*

Caulis teres, palmaris et altior, decumbens, dichotomus, pubescens. *Folia* radicalia orbicularia, semilobata, plicata margine serrato-ciliata, pubescentia. *Petioli* villosi, sesquipollicares: *caulina* alterna, semiorbicularia breuissime petiolata, amplexicaulia. *Flores* terminales, fasciculati, virides.

β. hybrida.

Nondum a me visa, teste autem *Webero* l. c. non *Alchemilla alpinae* set. *A. vulgaris* varietas.

Flor. Germ. p. 69. n. 2. *Alchemilla. Aphanes.*

A. foliis trilobatis: lobis tripartitis et bipartitis.

A. aruensis floribus digynis. *Scop. Carn. ed. I. p. 576. n. 2. ed. 2. n. 175.*

A. annua, minima, hirsuta, foliis inferne albicantibus. *Buxb. Halens. p. 11.*

A. foliis mollibus semitrilobus, lobis incisus. *Hall. Goett. p. 31. Zinn. Goett. p. 139.*

A. montana minima. *Rupp. Ien. p. 64. Hoppe Ger. p. 37. Aphanes aruensis. Linn. Syst. Plant. T. I. p. 350. Boehm.*

Lipf. n. 552. *Doerr.* Nass. p. 46. *Grimm.* Isenac. p. 273. *Leyff.* Halensf. n. 168. *Murr.* prodr. Goett. p. 44. *Nonne* Erford. p. 255. *Plan.* Erford. p. 69. *Pollich.* palat. n. 169. *Reichard.* Flor. Moeno - Francof. n. 106. *Scholl.* Barb. n. 136. *Percepiet* Anglorum. *Ioh. Bauh.* hist. 3. Lib. 27. p. 74. *Dill.* Giesf. p. 60. append. p. 94.

Chaerophyllo nonnihil similis. *C. Bauh.* pin. p. 152.

Caules erecti aut procumbentes, debiles, digitales et longiores, teretes, pilosi, ramosi, dichotomi. *Folia* alterna, subrotunda, villosa in petiolum breuem vix decurrentia, senitripartita, lobis obtusis, incis. *Stipulae* amplexicaules villosae margine ciliatae, dentatae. *Flores* fasciculati, axillares subsessiles, exigui, virides, hirsuti. *Calyx* octofidus: laciniis alternis minutissimis. *Stylus* vnicus. *Stigma* obtusum, nigricans. *Semen* vnicum.

Obseru. Floris structura et partium numerus exacte conuenit cum *Alchemilla*, ideoque ab illa non remouenda est *Aphanes* Linn.

MAIANTHEMUM.

Flor. Germ. p. 70. *Maianthemum Conuallaria.*

M. foliis binis cordatis, petiolatis, racemo terminali. *Conuallaria bifolia* foliis cordatis, floribus tetrandris. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 75. *Doerr.* Nass. p. 87. *Gmel.* Tubing. pag. 105. *Iacq.* Vind. p. 58. *Leers* Herborn. n. 251. *Leyff.* Halensf. n. 338. *Moench.* Hass. n. 281. *Murr.* prodr. Goett. p. 51. *Plan.* Erford. p. 110. *Pollich.* palat. n. 341. *Reichard.* Fl. Moeno - Francof. n. 213. *Scholl.* Barb. n. 271. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 422. *Weig.* Flor. Pom. n. 224. *Wilke* Flor. Gryph. n. 184. *Willdenow* prodr. Berol. n. 385. *Oeder* Flor. Dan. Tab. 291. Verzeichn. derjenigen Pflanzen, welche nicht in den Class. und Ordn. des Linn. Syst. stehen pag. 58.

Lilium conuallium minus. *C. Bauh.* pin. p. 304. *Volck.* Norimb. p. 255.

Vnifolium. *Boehm.* Flor. Lipf. n. 256. *Dill.* Giesf. p. 68. *Hall.* Goett. p. 77. *Nonne* Erford. p. 126. *Rupp.* Ien. p. 93. *Zinn.* Goett. p. 104.

Vnifolium siue *Ophrys vnifolia.* *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 534. *Buxb.* Halensf. p. 340.

Caulis erectus, simplicissimus, angulosus, punctis purpureis adspersus, digitalis et fere palmaris. *Folia* duo, in caule, alterna, petiolata, cordato-ouata, integerrima, glabra. *Racemus* terminalis, ouatus, obtusus, fere vncialis. *Flores* candidi, parvi, suauolentes, pedunculati. *Bracteae* minimae, denticulatae ad basin pedunculorum. *Calyx* nullus. *Corolla* regularis, quadripartita: *laciniis* reflexis. *Stamina* constanter quatuor. *Stigma* obtusum. *Bacca* globosa, bilocularis; *immatura* pallide viridis, punctis rubeis adspersa; *matura* purpurea immaculata.

Variat *Foliis* tribus.

Obseru. *Corollae* structura et partium fructificationis numerus diuersissimus a *Conuallaria*. Hinc non immerito proprium genus efficere putauit.

† † †

Obseru. *Camphorasma monspeliaca* et *acuta* Flor. Germ. p. 110. a *Linneo* ad hanc Classem relatae sunt. Cum autem Teste *Pollicio* in *Palatinatu* occurrant Floribus quinquedentatis pentandris, ad Pentandriam referri consului.

* * * * * *Flores incompleti, superi.*

ISNARDIA.

Flor. Germ. p. 70. *Isnardia palustris*.

Isnardia. *Linn.* *Syst. Plant.* T. I. p. 340.

Caulis pedalis, sesquipedalis et nonnunquam longior, obsolete tetragonus, glaber, purpureus, repens, natans, articulatus: *geniculis* incrassatis, radicantibus. *Rami* oppositi, patentes et non raro recurui. *Folia* opposita, glabra, integra, ovalia, vtrinque attenuata, in petiolum longitudine plerumque aequalem decurrentia, purpurascens, saepius secunda, sursum tendentia. *Flores* oppositi, axillares, solitarii, breuiter pedunculati. *Calyx* obsolete tetragonus, lineis quatuor purpurascens notatus, viridis, glaber, quadrifidus, campanulatus: *laciniis* lanceolatis, patentibus. *Corolla* nulla. *Stylus* staminibus longior. *Germen* subinferum.

Observ. Similis *Peplis Portulae* at differt: 1. *Caule* longiore natante. 2. *Foliis* majoribus, longius petiolatis, magisque acuminatis, in caule natante secundis, erectis. 3. *Floribus* subpedunculatis, campanulatis, quadrifidis 4. *Staminum* numero et *Capsula* quadriloculari.

† † †

Observ. *Thesium alpinum* et *Linophyllum*. Flor. Germ. pag. 110. (prius semper fere et posterius non raro) *Flora* gaudent quadripartito cum staminibus quatuor.

DIGYNIA.

CVSCVTA.

Flor. Germ. p. 70. n. 1. *Cuscuta europaea*.

C. floribus sessilibus. Linn. Syst. Plant. T. I. p. 352. Doerr. Nass. p. 91. Jacq. Vind. pag. 26. Leers Herborn. n. 123. Leyff. Halens. n. 167. Moench. Hass. n. 134. Murr. prodr. Goett. p. 44. Nonne Erford. p. 17. Plan. Erford. p. 62. Pollich palat. n. 170. Reichard Flor. Moeno-Francof. n. 107. Scholl. Barb. n. 134. Scop. Carn. ed. 2. n. 176. Weig. Flor. Pom. n. 107. Wigg. prim. Flor. Holsat. p. 15. Wilke Flor. Gryph. n. 90. Zinn. Goett. p. 237.

C. aphyllus. Hall. Goett. p. 198.

C. major. C. Bauh. pin. p. 219. Berg. Flor. Francof. p. 49. Boehm. Lips. n. 20. Buxb. Halens. p. 89. Dill. Gief. p. 143. Rupp. Ien. pag. 27. Volck. Norimb. p. 132.

Caulis tetragonus, funiformis, purpurascens, ramosus; dichotomus, ex internodiis emittens *Radiculas* papillares, securiformes. *Folia* nulla. *Flores* in alis plerumque ramorum, conglomerati, plures, dilute rubri, sessiles. *Bractea* sub quouis florum glomere solitaria, ovato-acuta. *Calyx* et *Corolla* quadrifida. *Stamina* quatuor. *Nectaria* quatuor intra stamina, semibifida lineares.

Flor. Germ. p. 71. n. 2. *Cuscuta Epithymum*

C. floribus sessilibus quinquefidis bracteis obuallatis. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 352. β . *Plan.* Erford. p. 62. Verzeichniß derjen. Pflanz. welche nach der Anz. und Beschaff. etc. p. 71. *Wigg.* prim. Flor. Holsat. p. 14. β .

Epithymum seu Cuscuta minor. *C. Bauh.* pin. p. 219. *Berg.* Flor. Francof. p. 49. *Boehm* Lips. n. 20. var. *Buxb.* Hal. p. 89. *Doerr.* Nass. p. 91. β . *Hall.* Goett. p. 198. β . *Leers* Herborn. n. 123. β . *Leyff.* Halens. n. 167. β . *Murr.* prodr. Goett. p. 44. β . *Nonne* Eriord. p. 17. β . *Reichard* Flor. Moeno-Francof. n. 107. β . *Rupp.* Jen p. 27. *Scholl* Barb. n. 134. ζ . *Volck.* Norimb. p. 132. *Weig.* Flor. Pom. n. 107. ζ . *Wilke* Flor. Gryph. n. 90. ζ . *Zinn.* Goett. p. 238.

Differt ab antecedente 1. *Caule* tenuissimo, capillari, tereti. 2. *Florum glomerulis* basi *Bracteis* nonnullis ouatis atropurpureis obuallatis. 3. *Calyce* atque *Corolla* quinquefida. 4. *Staminibus* quinque. 5. *Nectariis* quinque.

Variat. *Caulibus* glaucis *Floribusque* albis.

Observ. Celeberr. *Oederus* in Flor. Dan. Tab. 427. *Corollam* delineari curauit inaequalem, profunde quinquefidam; in nostris autem specimenibus *Corolla* semper regularis; *limbo* quinquefido patente, aequali: *laciniis* ouato-acuminatis, concavis.

† † †

Observ. *Gentiana campestris*, tetragona, ciliata, cruciata Flor. Germ. p. 113 ob *stamina* quatuor cum *Corolla* quadrifida, huc essent referendae. At, ob affinitatem cum reliquis summam, Genus naturale dilacere noluit *Linneus*.

TETRAGYNIA.

RADIOLA.

Flor. Germ. p. 71. *Radiola*. *Linoides*.

R. foliis ouatis, oppositis, caule erecto, dichotomo, fastigiato.

Radiola *Dill.* Gies. p. 161. append. pag. 127. Tab. 7.

Linum Radiola foliis oppositis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis. *Linn. Syst. Plant. Tom. I. p. 765. Gmel. Tübing. p. 100. Leers Herborn. n. 236. Leyff. Halens. n. 322. Moench. Hall. n. 266. Murr. prodr. Goett. p. 50. Pollich Palat. n. 321. Reichard Flor. Moeno. Franc. append. n. 966. Scholl. Barb. n. 258. Schreber Spic. Flor. Lips. p. 28. Verzeichn. derjen. Pflanzen, welche nach der Anz. und Beschaff. etc. p. 64. Weig. Flor. Pom. n. 211. Wigg. prim. Flor. Holsat. p. 27. Wilke Flor. Gryph. n. 173. Willdenow prodr. Berolin. n. 365. Oeder Flor. Dan. Tab. 178.*

Linum ramosissimum, flore tetrapetalo. *Hall. Goett. p. 147. Zinn. Goett. p. 181.*

Linoides sine Radiola quorundam. Buxb. Halens. p. 195. Rupp. Jen. p. 91.

Planta gracilis, exigua. *Caulis* erectus, plerumque uncialis aut sesquiuncialis, dichotomus, ramosissimus, glaber. *Folia* opposita, sessilia, ovata, acuta, integra, glabra. *Flores* exigui ex alis ramorum solitarii, longe pedunculati; terminalis plerumque terni, ante florescentiam coarctati. *Corolla* vix longitudine calycis, alba.

Observ. Partum floris et fructus a *Lino* diuersus et constans numerus, ansam mihi praebuit ad remouendam plantam a *Lino* et ad constituendum genus proprium.

† † †

Observ. Linum Catharticum Flor. Germ. p. 139. floribus nonnunquam gaudet tetrapetalis, tetrandris.

SAGINA.

Flor. Germ. p. 71. n. I. *Sagina procumbens*

S. ramis procumbentibus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 359. Bergen Flor. Francof. p. 109. Doerr. Nass. p. 200. Grimm. Isenac. p. 274. Jacq. Vind. p. 26. Plan. Erford. p. 63. Scop. Carn. ed. 2. n. 183. Weigel Fl. Pom. n. 115. Wilke Flor. Gryph. n. 96.*

Alfina tetrapetala foliis angustis in origine latefcentibus. *Hall. Goett. p. 159. Boehm. Lips. n. 385. Nonne Erford. p. 185. Zinn. Goett. p. 185.*

Alfinella muscosa flore repens. *Dill. Gies. p. 81. Buxb. Halens. p. 18.*

Spergula perennis repens folio gramineo laete virente. *Rupp. len. p. 73.*

C. Floribus apetalis. Jacq. Vind. p. 26. i) Willdenow prodr. Berol. n. 239. C.

Caules cespitosi, decumbentes, ascendentes, digitales et majores, ramosi. *Folia* opposita, connato-fessilia linearia, mucronata, planiuscula, glabra. *Pedunculi* solitarii, uniflori, foliis longiores, *floriferi* erecti; *fructiferi* apice nutantes, post seminis emissionem iterum recti. *Calyx* tetraphyllus, patens. *Petala* exigua, alba, calyce breviora.

C. Floribus apetalis.

Exceptis petalis deficientibus vix alia quaedam plantae differentia obseruatur.

Variat Calyce pentaphyllo; *Petalis* quinque; *staminibus* quinque.

Flor. Germ. p. 72. n. 2. Sagina erecta.

S. caule erecto subunifloro. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 360. Elwert Flor. Marggr. Baruthin. pag. 8.*

Alfinella foliis caryophylleis. Dill. Gies. p. 47.

Spergula vnicaulis pusilla, foliis latiusculis acutis. *Rupp. len. p. 73.*

Caulis erectus, rigidiusculus, glaber, fere digitalis, supra medium in duos ramos. unifloros, diuisus; *altero* nudo; *altero* breuiore, bifolio. *Folia* planiuscula, linearia, acuminata, integerrima, glabra, e glauco-viridia: *radicalia* nonnulla, in cespitem congesta; *caulina* opposita, connato-fessilia, rigidiora. *Flores* vix aperti. *Calycis foliola* lanceolata, acuminata, margine albo-membranacea. *Petala* calyce minora.

Variat stylis quinque.

POTAMOGETON.

Flor. Germ. p. 72. n. I. Potamogeton natans.

P. foliis oblongo-ouatis petiolatis natantibus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 355. Boehm. Lips. n. 261. Daerr. Nass. p.*

184. *Grimm.* Menac. p. 274. *Hall.* Goett. p. 39. *Iacq.* Vind. p. 26. *Nonne* Erford. p. 127. *Plan.* Erford. p. 62. *Weig.* Flor. Pom. n. 109. *Wilke* Flor. Gryph. n. 92. *Zinn.* Goett. p. 56.

P. rotundifolium. *C. Bauh.* pin. p. 193. *Bergen.* Flor. Francof. p. 123. *Buxb.* Halens. p. 269. *Dill.* Gief. p. 112. *Rupp.* Ien. p. 64. *Volck.* Norimb. p. 342.

C. minus

Potamogeton foliis lanceolato-oblongis, petiolis longis, *Pollich* palat. n. 171. *C. Linn.* l. c. C.

Caules longi, teretes, superne diuisi. *Folia* ouata, subacuminata, basi emarginata, juniora in petiolum subdecurentia, glabra, integerrima: *inferiora* alterna; *suprema* opposita. *Petioli* fere sesquidigitales, patentes. *Stipulae* lanceolatae membranaceae, digiti minimi longitudine. *Spica* cylindrica, obtusivncialis et paulo longior. *Flores* sessiles. *Pedunculi* terminales, digitales et paulo longiores.

C. minus.

Differt 1. *Caule* tenuiore. 2. *Foliis* angustioribus, oblongo-lanceolatis, obtusis. 3. *Petiolis* longioribus, tenuioribus. 4. *Spicis* angustioribus.

Flor. Germ. p. 72. n. 2. Potamogeton *fluitans.*

P. foliis inferioribus longissimis, lanceolatis, acuminatis, membranaceis; superioribus ouali-lanceolatis, coriaceis; omnibus petiolatis.

Potamogeton * * * * * Beytraege zur Botanik. Th. 2. p. p. 126. n. 4.

Caules quinque- seu sexpedales, teretes, ramosi, dichotomi, solidi, fluitantes, foliosi. *Folia* alterna: *inferiora* lanceolata, pedalia et longiora, integra, acuminata, in petiolum decurrentia, membranacea, venosa, diaphana, fluitantia; *superiora* ouali-lanceolata, utrinque attenuata, lineata, coriacea, inferioribus latiora, sed multo breuiora, laete viridia, plerumque natantia. *Petioli* erecti, longi, tenues. *Stipulae* lanceolatae, margine membranaceae. *Pedunculi* terminales, petiolis triplo fere breuiores, illisque crassiores. *Spica* teres, obtusa.

Observ. I. Primo intuitu praecipue quoad *Folia* superiora natantia, similitudinem quandam habet nostra plantae cum

cum *Potam. natante*, tamen diuersissima. 1. *Caulibus* longioribus 2. *Foliis inferioribus* longissimis, membranaceis, fluitantibus; *superioribus coriaceis* angustioribus vtrinque attenuatis, in petiolum absque emarginatura decurrentibus 3. *Petiolis* erectis, longioribus et tenuioribus. 4. *Pedunculis* brevioribus.

Observ. II. *Folia caulina inferiora* in planta florente raro obseruantur perfecta, quia a vermibus facile destruntur et putrescunt.

Flor. Germ. p. 72. n. 3. *Potamogeton perfoliatum* 1

P. foliis cordatis amplexicaulibus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 305. Hall. Goett. p. 39. Jacq. Vind. p. 27. Nonne Erf. p. 127. Plan. Erford. p. 62. Zinn. Goett. p. 56. Scop. Carn. ed. 2. n. 179.*

P. foliis latis splendidibus. *C. Bauh. pin. p. 193. Bergen Fior. Francof. p. 124. Buxb. Halens. p. 269. Rupp. Ien. p. 65. Volck. Norimb. p. 342.*

P. perfoliatum. *Dill. Gies. p. 105.*

P. altera *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 770.*

Caules teretes, longi, dichotomi, vbiq; fere tecti *Foliis* ovalibus alternis, obtusis, integerrimis, cordatis, amplexicaulibus, quinqueneruiis, pellucidis. *Stipulae* in caule nullae, ad apicem vero ouatae, obtusiusculae, membranaceae. *Pedunculi* foliis longiores, caule plerumque paulo crassiores, axillares. *Spica* brevis, oblonga.

Flor. Germ. p. 73. n. 4. *Potamogeton densum.*

P. foliis ouatis acuminatis oppositis confertis, caulibus dichotomis, spica quadriflora. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 356. Jacq. Vind. p. 27.*

P. foliis lanceolatis oppositis acuminatis *Hall. Goett. p. 40. Zinn. Goett. p. 56. Rupp. Ien. p. 65.*

Caules teretes, ramosi, dichotomi, in aqua cespitosi. *Folia* ouato-lanceolata, acuminata, connato-perfoliata, undulata, integerrima, apicibus recuruis, trineruis, pellucida, laete viridia; *inferiora* remota; *superiora* conferta. *Pedunculi* e dichotomia caulis, solitarii, subcompressi, fructiferi reflexi, foliis paululum breviores. *Capitulum* terminale, plerumque quadriflorum, tetragonum.

Variat Capitulis bi- et trifloris.

Flor. Germ. p. 73. n. 5. *Potamogeton lucens.*

P. foliis lanceolatis planis in petiolos desinentibus. *Linu.* Syst. Plant. T. 1. p. 356. *Beytraege zur Botanik Th. 2. p. 129. n. 7. Jacq. Vind. p. 27. Weig. Flor. Pom. n. 111. Wilke Flor. Gryph. n. 93.*

P. alpinum plantaginis folio. *Bergen. Flor. Francof. p. 124. Rupp. Ien. p. 65.*

P. aquis immersum folio pellucido lato oblongo acuto. *Buxb. Halensf. p. 269. Dill. Gief. p. 106.*

P. foliis ovatis longissime petiolatis. *Hall. Goett. p. 39. Boehm. Lipsf. n. 252. Zinn. Goett. p. 56.*

P. foliis oblongis alternis, laeviter undulatis. *Dill. Gief. p. 112. append. p. 52.*

P. foliis angustis splendentibus. *C. Bauh. pin. p. 193.*

Fontinalis lucens major. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 769.*

Caules sub aqua natantes, teretes, dichotomi. *Folia* lato-lanceolata, seu potius ovalia, in petiolum desinentia, integerrima, subundulata, diaphana, venosa: inferiora alterna; summa opposita, subsessilia. *Stipulae* membranaceae, obtusae. *Pedunculi* caule crassiores, erecti, axillares. *Spica* fere biuncialis, laxa, erecta.

Observ. Icon Cel. *Oederi* in Flor. Dan. Tab. 195. nitidissime plantam exprimit diuersissimam a *Potamogeto serrato.*

Flor. Germ. p. 73. n. 6. *Potamogeton crispum.*

P. foliis lanceolatis alternis oppositisve undulatis ferratis. *Linu.* Syst. Plant. T. 1. p. 356. *Doerr. Nassf. p. 185. Grimm. Isenac. p. 274. Jacq. Vind. p. 27. Nonne Erford. p. 127. Plan. Erford. p. 62. Scop. Carn. ed. 2. n. 181. Weig. Flor. Pom. n. 112. Wilke Flor. Gryph. n. 94.*

P. foliis crispis seu *Lactuca ranarum* sarmentis planis. *C. Bauh. pin. p. 193. Berg. Flor. Francof. p. 124. Buxb. Halensf. p. 269. Dill. Gief. p. 78. Rupp. Ien. p. 65. Volck. Norimb. p. 342.*

P. foliorum aris plicatis et molliter spinosis. *Hall. Goett. p. 39. Boehm. Lipsf. n. 259. Zinn. Goett. p. 56.*

Fontinalis crispa. *Ioh. Bauh. hist.* 3. p. 170. bona.

Caules rubentes, compressiusculi, dichotomi. *Folia* trineruia, undulata, tenuissime ferrata, sessilia, semiamplexicaulia, subdiaphana: *inferiora* alterna, ouali-lanceolata, obtusa, remotiora, *floralia* seu *suprema* opposita, approximata, vix lanceolata, magis diaphana. *Stipulae* nullae. *Pedunculi* erecti, vix foliis longiores. *Spica* brevis septem-ad nouemflora.

Flor. Germ. p. 73. n. 7. Potamogeton *ferratum*.

P. foliis lanceolatis oppositis, subundulatis. *Linn. Syst. Plant.* T. I. p. 357. *Doerr. Nass.* p. 185. *Nonne Erford.* p. 128. *Plan. Erford.* p. 63. *Scop. Carn. ed. 2.* n. 178.

P. longo ferrato folio. *C. Bauh. pin.* p. 193. *Bergen Flor. Francof.* p. 124. *Rupp. Ien.* p. 65.

Lapathum fluitans longo ferrato folio. *Ioh. Bauh. hist.* 2. p. 988.

Caules longi, teretes, simplices. *Folia inferiora* alterna, lanceolata, in petiolum desinentia, digitales et sesquidigitales, multineruia, venosa, subdiaphana, subundulata; *superiora* opposita, lanceolata, obtusa; *suprema* ouali-lanceolata obtusissima, purpurascens, subcoriacea, vix undulata. *Stipulae* obtusae. *Pedunculi* erecti, longitudine foliorum, vix caule crassiores. *Spicae* unciales, densae, purpureae: *floriferae* erectae; *fructiferae* decuruae.

Observ. I. *Scopoli* l. c. stipulas dicit ciliatas, quod autem obseruare non potui.

Observ. II. Differt a *Potam. lucente* 1. *Foliis* longioribus, angustioribus; *superioribus* subcoriaceis non diaphanis. 2. *Spicis* densioribus, breuioribus, purpureis.

Observ. III. A *Potam. crispo* differt, cujus varietatem putat Linneus 1. *Foliis inferioribus* triplo longioribus, latoribus, exacte lanceolatis, *superioribus* etiam maioribus, subcoriaceis, subundulatis. 2. *Spicis* multo maioribus, densioribus, multifloris. 3. *Pedunculis* duplo longioribus et crassioribus.

Flor. Germ. p. 73. n. 8. Potamogeton *compressum*.

P. foliis linearibus obtusis, caule compresso. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 357. Nonne Erford. p. 128. Plan. Erford. p. 63. Willdenow prodr. Berol. n. 237.*

P. caule compresso, folio graminis canini. *Berg. Flor. Francof. p. 124. Dill. Giesl. p. 112. Rupp. Ien. p. 66.*

P. gramineum latifolium? *Hall. Goett. p. 40.*

Obseru. III. Incisura in dorso corollae (tubi, intra lacinias limbi duabus superiores, optimum pro *Lobelia* praebet signum characteristicum.

LONICERA.

* *Periolymena, caule volubili.*

Flor. Germ. p. 102. n. I. *Lonicera Caprifolium.*

L. floribus verticillatis, terminalibus, sessilibus, foliis summis connato-perfoliatis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 480. Jacq. Vind. p. 38. Nonne Erford. p. 81. n. I. Scop. Carn. ed. 2. n. 242.*

Periclymenum perfoliatum. *C. Bauh.* pin. p. 302. *Buxb.* Halens. p. 255. *Rupp.* Ien. p. 250. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 104. *Frutex* teres, debilis, volubilis. *Rami* oppositi. *Folia* opposita: *inferiora* ovata, obtusa, connata, margine hiatu semilunari; *summa* orbicularia, integerrima, a pedunculo perforata, patelliformia. *Flores* terminales, in spicam quasi verticillatam congesti, quinque seu sex, sessiles, ex albo-rubelli. *Baccae* fulvae, subrotundae, tetraspermae.

Flor. Germ. p. 102. n. 2. *Lonicera Periclymenum*.

L. capitulis ovatis imbricatis terminalibus, foliis omnibus distinctis. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 481. *Doerr.* Nass. p. 261. *Jacq.* Vind. p. 39. *Nonne* Erford. p. 81. n. 2. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 243. *Weig.* Flor. Pom. n. 144. *Wilke* Flor. Gryph. n. 118. *Beitrag*e zur Botanik Th. 2. p. 159. n. 105.

Periclymenum non perfoliatum germanicum. *C. Bauh.* pin. p. 302.

Periclymenum vulgare germanicum. *Rupp.* Ien. p. 250.

Periclymenum non perfoliatum. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 104.

Caprifolium floribus racemosis, foliis distinctis. *Hall.* Goett. p. 192. *Zinn.* Goett. p. 211.

Caprifolium germanicum. *Dill.* Gies. p. 109. *Bergen.* Flor. Francof. p. 73.

Frutex volubilis, tunc erectus. *Folia* opposita, ovata obtusa integerrima, pubescentia: *inferiora* breviter petiolata; *superiora* sessilia. *Flores* terminales, sessiles, plures in capitulum ovato-subrotundum congesti, albi, aut ochroleuci, extus pubescentes. *Bractee* ovatae, pubescentes, inter flores. *Baccae* atropurpureae, ovatae.

Variat I. *Foliis sinuatis*.

2. *Floribus* purpurascens, *foliis* glabris.

* * *Chamaecerasa, pedunculis bifloris*.

Flor. Germ. p. 102. n. 3. *Lonicera nigra*.

L. pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis ellipticis integerrimis. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 481. *Elwert* Flor. Marggr. Baruthin. p. 9.

Chamaecerasus alpina fructu nigro gemino. *C. Bauh.* pin. p. 481.

Periclymenum rectum, folio ferrato. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 107.

Xylosteum fructu nigro. *Buxb. Halensf.* p. 342. *Rupp.* Ien. p. 251.

Xylosteum alpinum, foliis Alni. *Hoppe Fl. Ger.* p. 152.

Folia iuniora hirsuta integerrima subplicata, unde quasi serrata. *Stipulae* ovato-lanceolatae. *Bracteis* squamis duabus aridis et foliolis tribus transversis latis. *Calyx* latiusculus. *Corolla* purpurascens. *Semina* quinque. *Linn.* l. c. Planta a me nondum visa.

Flor. Germ. p. 102. n. 4. *Lonicera Xylosteum.*

L. pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis integerrimis pubescentibus. *Linn. Syst. Plant. T. I.* p. 482. *Doerr. Nass.* p. 262. *Iacq. Vind.* p. 39. *Nomme Erford.* p. 81. *Plan. Erford.* p. 85. *Scop. Carn. ed. 2.* n. 244. *Weig. Flor. Pom.* n. 145.

Caprifolium floribus geminis, foliis ovatis lanuginosis integerrimis. *Hall. Goett.* p. 191. *Zimm. Goett.* p. 211.

Chamaecerasus dumetorum fructu gemino rubro. *C. Bauh.* pin. p. 451.

Xylosteum Riuini. *Buxb. Halensf.* p. 342. *Dill. Giesf.* p. 51. *Rupp.* Ien. p. 250. *Volck. Norimb.* p. 406.

Frutex erectus, quinque seu sexpedalis. *Rami* oppositi. *Folia* opposita, ovata, obtusa, integerrima, pubescentia, petiolata. *Flores* in quovis pedunculo duo, sessiles, albidi, extus pubescentes. *Bracteae* duae ovatae et duae fetaceae, germen cingentes. *Baccae* duae rubrae, distinctae, globosae.

* * * * *Flores pentapetali, superi, regulares.*

R H A M N V S.

† *Inermis.*

Flor. Germ. p. 103. n. 1. *Rhamnus Frangula.*

R. inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. *Linn. Syst. Plant. l. 1.* p. 543. *Doerr. Nass.* p.

266. *Iacq.* Vind. p. 39. *Plan.* Erford. p. 87. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 263. *Weig.* Flor. Pom. n. 153. *Wilke* Flor. Gryph. n. 126. *Zinn.* Goett. p. 17.

Frangula ora folii integra. *Hall.* Goett. p. 13. *Boehm.* Lipsf. n. 51. *Nome* Erford. p. 29.

Frangula. *Bergen* Flor. Francof. p. 138. n. 1. *Buxb.* *Halenf.* p. 116. *Dill.* Gief. p. 66. *Rupp.* Ien. p. 44. *Volk.* *No-*
rimb. p. 173.

Alnus nigra baccifera. *C. Bauh.* pin. p. 428.

Frutex saepe ad arboris magnitudinem accedens gemmisque carens. *Folia* alterna ovata, petiolata, integerrima, glabra, nervosa. *Flores* ex alis foliorum plures, fasciculati, pedunculati. *Bracteae* ovatae, coloratae, exiguae. *Calyx* quinquefidus. *Stamina* quinque. *Stigma* emarginatum. *Bacca* primo purpurea, demum nigra, bilocularis, plerumque disperma.

Variat Foliis lanceolatis.

Differt Habitu graciliori. *Foliis* exactae lanceolatis obtusis, nitidis, magisque nervosis. vid. *Botan. Ab-*
handl. und Beobachtung. p. 29. n. 14.

Flor. Germ. p. 103. n. 2. *Rhamnus alpinus.*

R. inermis, floribus dioicis; foliis duplicato-crenatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 1. p. 542. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 261. *Iacq.* Vind. p. 39.

Frangula altera polycarpus. *C. Bauh.* prodr. p. 160. *Rupp.* Ien. p. 44.

Frangula rugosiore et ampliore folio. *Bergen.* Flor. Francof. p. 138.

Alnus nigra polycarpus. *C. Bauh.* pin. p. 428.

Alnus nigra baccifera, rugosiore folio seu maior. *Ioh. Bauh.* hist. 1. p. 562.

Frutex sexpedalis, ramosus. *Cortex* cinereo-viridis, punctis nigris adspersus. *Folia* ovata, alterna, breuiter petiolata, acute crenata et ob multitudinem nervorum quasi rugosa. *Moench.* *Hall.* n. 193.

† † *Spinosi.*

Flor. Germ. p. 103. n. 3. *Rhamnus catharticus*.

R. spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ovatis. *Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 539. Doerr. Nass. p. 266. Jacq. Vind. p. 38. Grimm. Hsenac. append. p. 282. Nonne Erford. p. 301. Plan. Erford. p. 87. Scop. Carn. ed. 2. n. 25. Weigel Fl. Pom. n. 152. Wilke Flor. Gryph. n. 125.*

R. spinosus, foliis ovatis acuminatis ferratis. *Hall. Goett. p. 13. Zinn. Goett. p. 17.*

R. catharticus. *C. Bauh. pin. p. 478. Bergen Flor. Francof. p. 64. Buxb. Halens. p. 233. Hoppe Flor. Ger. p. 54.*

Ceruispina. *Boehm. Lips. n. 694. Rupp. Ien. p. 94.*

Spina ceruina. *Dill. Gies. p. 67. Volck. Norimb. p. 368.*

Frutex saepe altus. Rami oppositi, adultiores spina valida terminati. Folia ovata, acute ferrata, nervosa, nitida, glabra, petiolata. Flores in alis foliorum, pedunculati, plures, quasi densum verticillum efficientes, exigui, albidii, hermaphroditi, masculi et feminei in diuersis plantis. Bacca matura nigra.

Obseru. I. Plures Floristae germanici Stigma obseruarunt quadrifidum Baccamque quadrilocularem tetraspermam. At in Ducatu Bremensi et Oldenburgico plerumque occurrit Stigmatibus quinquesidis, Bacisique quinquelocularibus pentaspermis.

Obseru. II. Rhamnus catharticus est planta polygama floribus dioicis et hermaphroditis. 1. In hermaphrodita planta: Stamina quatuor perfecta longitudine floris. Stylus perfectus, exsertus cum stigmate quadri- seu quinquesido, recuruo. 2. In mascula planta Stamina perfecta. Stylus imperfectus, intra florem marcescens, stigmate carens. 3. In feminea planta Stamina imperfecta, exigua, breuiora quam in antecedentibus, intra florem marcescentia. Stylus exsertus, perfectus cum stigmate.

E V O N Y M V S.

Flor. Germ. p. 104. n. 1. *Euonymus latifolius*.

E pedunculis lateralibus, petalis subrotundis, fructibus alatis. *Scop. Carn. ed. 1. p. 325. n. 3. ed. 2. n. 266.*

E. europæus β . *latifolius*. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 554.*

E. latifolius. *C. Bauh. pin. p. 428. Elwert Flor. Marggraf. Baruth. p. 9.*

Frutex pedum plerumque sedecim, ramosus. *Folia* oblongo-ouata, ferrata, glabra, neruosa, breuiter petiolata. *Flores* ex alis foliorum superiorum, pedunculati. *Pedunculi* plerumque quatuor in quavis ala, quorum duo breuiores, simplices. *Calyx* plerumque quinquefidus: *laciniis* subrotundis, margine albicantibus. *Petalis* rotunda, calycis laciniis maiora, margine reflexa. *Stamina* plerumque quinque. *Filamenta* conica. *Capsula* plerumque quinquangula, alata, non depressa.

Flor. Germ. p. 104. n. 2. Eponymus vulgaris.

E. pedunculis solitariis, petalis oblongis, fructibus apteris. *Scop. Carn. ed. I. n. 324. n. I. ed. 2. n. 267. Moench. Hass. n. 195.*

E. europæus α . *tenuifolius* floribus plerisque quadrifidis, foliis sessilibus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 554. Doerr. Nass. p. 258. Gmel. Tubing. p. 71. Jacq. Vind. p. 39. Leers Herborn. n. 168. Leyff. Halens. n. 229. Murr. prodr. Goett. p. 47. Nonne Erford. p. 173. Plan. Erford. p. 87. Pollich palat. n. 232. Reichard Flor. Moëno-Francof. n. 151. Scholl. Barb. n. 186. Weigel Flor. Pom. n. 154. Wiggers prim. Flor. Holf. p. 19. Wilke Flor. Gryph. n. 127. Willdenow prodr. Berol. n. 283.*

E. foliis oblongo-ouatis. *Boehm. Lips. n. 353. Hall. Goett. p. 169. Zinn. Goett. p. 208.*

E. vulgaris granis rubentibus. *C. Bauh. pin. p. 428. Berg. Fl. Francof. p. 128. Buxb. Halens. p. 106. Dill. Gief. p. 66. Rupp. Ien. p. 93. Volck. Norimb. p. 156.*

Differt ab antecedente 1. *Foliis* oblongo-lanceolatis, neruosis quidem, sed neruis non eminentibus. 2. *Petiolis* paulo longioribus. 3. *Pedunculis* solitariis, bi- aut multifloris. 4. *Calyce* plerumque quadrifido. 5. *Petalis* oblongis, plerumque quatuor. 6. *Foveolis* plerumque quatuor nectariferis in receptaculo tetragono insculptis *Stamina* plerumque quatuor producentibus. 7. *Capsula* quadrangula, rubra, vertice depressa: *angulis* obtusis.

***** Flores pentapetali, inferi, irregulares.

V I O L A.

Obferu. Linnè hoc genus ob Antheras cohaerentes ad *Synge-
nefiam Monogamiam* tetulit. At maiori cum iure
ad hanc claffem pertinet, quam *Solanum*, in quo
Antherae subcoalitae obferuantur. Vid. Verzeichn.
der Pflanz. welche nicht in der gehoerigen Claff, und
Ordn. des Linn. Syft. ftehen. p.20. Anmerk.

✧ *Acaules.*

Flor. Germ. p. 104. n. 1. *Viola hirta.*

V. acaulis, foliis cordatis, piloso-hifpidis. *Linn. Syft.*
Plant. T. III. p. 963. Nonne Erford. p. 208. n. 1. Plan. Erford.
p. 225.

V. rotundifolia martia maior hirsuta. Buxb. Halenf. p. 338.

V. inodora maior. Rupp. Ien. p. 289. Dill. Gief. p. 48.

Folia radicalia, in cespitem congesta, longe petiolata, cor-
dato-oblonga, obtufe crenulata, scabriuscula, pilofa. *Petiolis*
pubefcentes. Pedunculi radicales, infra medium *Bracteis* dua-
bus praediti, superne tetragoni, vniflori. *Flores* violacei, ino-
dori. *Petalum inferius* cornutum emarginatum. *Capsula*
subglobofa, tricarinata, hirta, nutans.

Flor. Germ. p. 105. n. 2. *Viola palustris.*

V. acaulis, foliis reniformibus. *Linn. Syft. Plant. T. III. p.*
963. Beitrage zur Botan. Th. 2. p. 183. n. 382. Plan. Erford.
p. 225. Weigel Flor. Pom. n. 563. Wilke Flor. Gryph. n. 474.

V. palustris foliis Trachelii glabris. Rupp. Ien. p. 289.

V. palustris rotundifolia glabra. Bergen Flor. Francof. p.
233.

V. rotundifolia glabra inodora palustris. Buxb. Halenf. p.
338.

Folia in cespitem congesta, reniformia, petiolata, glabra,
crenata, nervis venisque reticulata. *Pedunculi* radicales, teretes,
fupra medium *Bracteis* duabus praediti, apice incurui, vniflori.
Flores violacei. *Petalum inferius* calcare breuiffimo obtufe po-
ftice

stice praeditum, integrum, glabrum, venis obscurioribus, ramosis pictum. *Stigma* incrassatum.

Flor. Germ. p. 105. n. 3. *Viola odorata*.

V. acaulis, foliis cordatis, stolonibus reptantibus. *Lin.* Syst. Plant T. III. p. 964. *Doerr.* Nass. p. 249. *Iacq.* Vind. p. 159. *Nonne* Erford. p. 208. *Plan.* Erford. p. 225. *Weig.* Flor. Pom. n. 564. *Wilke* Flor. Gryph. n. 472. *Zinn.* Goett. p. 272.

V. pedunculis radicalibus, foliis cordatis, stolonibus repentibus. *Scop.* Carn. ed. I. p. 546. ed. 2. n. 1097.

V. acaulis, stolonibus teretibus reptatricibus, pedunculis radicatis. *Boehm.* Lips. n. 454. *Hall.* Goett. p. 231.

V. martia purpurea flore simplici odoro. *C. Bauh.* pin. p. 199. *Bergen.* Flor. Francof. p. 232.

V. martia purpurea. *Buxb.* Halens. p. 336.

V. martia et officinarum. *Volck.* Norimb. p. 401.

V. officinarum. *Rupp.* Ien. p. 288.

Viola. *Dill.* Gies. p. 36.

Folia in caespitem congesta, cordata, vix acuminata, margine obtuse crenata, glabra, venis reticulata. *Stipulae* ad petiolorum basin ovatae, mucronatae, margine ciliatae. *Stolones* repentis. radicantes, foliosi. *Pedunculi* radicales, supra medium, *Bracteis* duabus praediti, apice incurui uniflori. *Flores* purpureo-violacei. *Petalum inferius* postice cornutum, integrum. *Stigma* uncinatum.

Variat I. *Flore* albo.

Viola martia alba. *C. Bauh.* pin. p. 199. *Bergen.* Flor. Francof. p. 232. *Buxb.* Halens. p. 336. *Hall.* Goett. p. 231. β . *Leyff.* Halens. n. 897. β .

2. *Flore* roseo. *Leyff.* Halens. l. c. γ .

Observ. *Leersius* monstruosam huius plantae prolem observavit *Peloriae* similem: *Floribus* maioribus, campanulatis: *Petalis* fere aequalibus, conniventibus, omnibus basi calcaratis. vid. Flor. Herborn. n. 683.

✠ † *Caulescentes.*

Flor.

Flor. Germ. p. 105. n. 4. *Viola canina*.

V. caule adultiore adscendente, foliis oblongo-cordatis. *Linn. Syst. Plant. T. III. p. 964. Beitrage zur Botan. Th. 2. p. 145. n. 5. Doerr. Naff. p. 250. Jacq. Vind. p. 160. Nonne Erford. p. 208. n. 3. Plan. Erford. p. 226. Weig. Flor. Pom. n. 565. Wilke Flor. Gryph. n. 473.*

V. pedunculis caulinis; stipulis ciliatis, foliis cordatis. *Scop. Carn. ed. 1. p. 546. ed. 2. n. 1098.*

V. caulibus adscendentibus floriferis, foliis cordatis. *Boehm. Lipf. n. 455. Hall. Goett. p. 230. Zinn. Goett. p. 272.*

V. martia inodora sylvestris. *C. Bauh. pin. p. 199. Buxb. Halenf. p. 337.*

V. martia inodora sylvestris, foliis maioribus et rotundioribus. *Bergen Flor. Francof. p. 232. n. 3.*

V. inodora. *Dill. Gief. p. 45. Rupp. Ien. p. 288.*

V. sylvestris. *Volck. Norimb. p. 401.*

V. coerulea martia inodora sylvatica, in acumine semen ferens. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 543.*

β. *Folio rotundiore. Leers Herborn. n. 684. var.*

Viola caule adscendente, foliis cordatis subrotundis. *Gmel. Tubing. p. 269.*

V. inodora maior. *Dill. Gief. p. 48. Rupp. Ien. p. 289.*

Caulis primo declinatus, dein adscendens, hinc conexus, inde angulosus, glaber, simplex. *Folia* vtrinque laeviter pubescentia, ex oblongo-cordata, acuminata, obtuse crenata, petiolata; *radicalia* in cespitem congesta; *caulina* alterna. Ad petiolorum basin *Stipula* vtrinque, lanceolata, acuminata, non raro dentata, ciliata. *Pedunculi* partim radicales, partim ex alis foliorum caulis solitarii, tetragoni, glabri, superne *Bracteis* lanceolatis, ciliatis praediti. *Flores radicales* et *caulini* priores violacei aut caerulei, spectabiles plerumque steriles. *Antherae* ad latus hiantes, ad apicem membranis cordatis, stylo approximatis auctae. *Stigma* subcapitatum, squamosum, deorsum rostratum. *Flores caulini* reliqui apetalii, staminibus et pistillo in calyce latitantibus compositi, omnes fertiles.

β. *Folio rotundiore.*

Differt *Caule* altiore, magis erecto. *Foliis* obtusioribus et rotundioribus, scabriusculis.

Variat .

Variat 1. *Caule toto prostrato, floribus pallide coeruleis.*

Viola montana humilis inodora Bergen. Flor. Francof. p. 233. n. 7?

2. *Foliis strictioribus, oblongis et mucronatis.*

Viola martia inodora sylvestris, foliis mucronatis oblongis et strictioribus. Bergen. Flor. Francof. p. 233. n. 4. *Leyff.* Halens. n. 898. *C. Rupp.* Jen. p. 288.

Observ. I. In obseruatione de *Viola canina et montana* Beitræge zur Botan. Th. 2. p. 28. n. 28. eundem errorem commisi, in quem incidit *Leersius* l. c. qui Antherarum praesentiam in floribus apetalis negat. Accuratiore autem indagine stamina, multo minora quidem, quam in floribus petaloideis, re vera adesse, mihi persuasissimum habeo, vti cuique obseruatori nudis oculis videre licet. Fructificatio in calyce jamjam clauso, primordium futuri floris adhuc referente, peragitur, illaque peracta germen majori incrementum calycem excedit. *Antherae* fulvae, exiguae, cohaerentes et stigma cingentes, capsulae ad maturitatem accedentis stigmati saepe adhuc inhaerent, solutis basi a receptaculo filamentis. Petali autem inferioris rudimentum calyce brevius non raro obseruatur, calcaris autem vestigium nullum.

Observ. II. Primo Vere Flores corollati lactissimum adspicuum praebent, his autem defloratis caulis vsque ad serum autumnum flores solummodo apetalos producit. Hinc patet, foecundationem florum multo seriorum apetalorum, ab inferioribus primariis floribus petaloideis nullo modo diduci posse.

Flor. Germ. p. 105. n. 5. *Viola montana.*

V. caulibus erectis, foliis cordatis oblongis. *Linnaeus.* Syst. Plant. T. 1. p. 965. *Iacq.* Vind. p. 160.

V. caule erecto, foliis sub ramis laciniatis, reliquis longe ellipticis. *Hall.* Goett. p. 231. *Zinn.* Goett. p. 272.

V. martia arborefcens purpurea; *C. Bauh.* pin. p. 199. *Buxb.* Halens. p. 338.

Iacea tricolor suriectis caulibus quibuscum arborea dicta. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 547. fig. bona. Volck. Norimb. p. 221.*

Caulis, erectus fere pedalis, simplex, obsolete triquetus. *Folia* alterna, cordato-lanceolata, in petiolum decurrentia, obtuse serrata, subhirsuta. *Stipulae* oppositae, lanceolatae, folio duplo breviores, in margine exteriori usque ad dimidium profunde inciso-dentatae, ad apicem integerrimae; margine interiore petiolum spectante integrae, vix unico dente notatae. *Pedunculi* ex alis foliorum alterni, uniflori, longissimi, angulosi, sulcati, in suprema parte ad curvaturam *Bracteis* duabus oppositis membranaceis praediti. *Flores inferiores* magni, pallide coerulei saepe steriles. *Antherae* sessiles, albae, non connatae. *Stigma* capitatum, subhirsutum, deorsum rostratum: *Flores superiores* et *summi* apetalii, brevius pedunculati, omnes fertiles. Fructificatio *Violae* antecedentis.

Observ. *Willichius* jam observavit, quod haec *Viola* flores inferiores magnas, superiores autem et supremos minores et fere nullas habeat Corollas. vid. *eiusdem* *Observ. bot. §. 94.*

Flor. Germ. p. 106. n. 6. *Viola mirabilis.*

V. caule triquetro, foliis reniformi-cordatis, floribus caulibus apetalis. *Lin. Syst. Plant T. III. p. 966. Zinn. Goett. p. 272.*

V. montana latifolia, flores ex radice, femina ex cacumine ferens *Dill. Gies. p. 36. append. p. 36. Hall. Goett. p. 230.*

V. alpina, apetalos, foliis rigidis, rotundis, amplis. *Rupp. Ien. p. 289.*

Folia cordato-rotunda, subacuminata. *Flores radicales* corollati, albidii, *petalo inferiori* venis violaceis picto; *caulinii* flores apetalii. Fructificatio eadem, quam in *Viola canina* et *montana.*

Omissa in Flor. Germ. *Viola persicifolia.*

V. caule erecto, foliis ovato-lanceolatis, serratis. *Boehm. Lips. n. 456. Nonne Erford. p. 208. n. 5. Plan. Erford. p. 226. ad finem.*

V. stipulis crenatis, foliis ovato-lanceolatis. *Hall. Goett. p. 231. Zinn. Goett. p. 272.*

V. pa-

V. palustris, angustis Persicae foliis mucronatis et serratis, nondum descripta. *Rupp. Ien.* p. 289.

Auctores plantam ita describunt: *Radix* perennis. *Caulis* erectus, simplex. *Folia* longe petiolata, angusta, ex ovato acuta, serrata. *Stipulae* oppositae, minores. *Pedunculus* vel terminalis, vel axillaris, tenuis, longus, uniflorus. *Corolla* pallide coerulea.

Flor. Germ. p. 106. n. 7. *Viola tricolor.*

V. caule angulato diffuso, foliis oblongis retusis, stipulis pinnatifidis, corolla calyce multo maiori. *Willdenow* prodr. Berol. n. 861.

V. *tricolor* caule triquetro diffuso, foliis oblongis incis, stipulis pinnatifidis. *Lin.* Syst. Veget. p. 803. *Murr.* prodr. Goett. p. 73.

V. *tricolor hortensis repens.* *Lin.* Syst. Plant. T. III. p. 967. G. *C. Bauh.* pin. p. 199. *Bergen* Flor. Francof. p. 234. n. 13. *Leers* Herborn. n. 685. β . *Pollich* palat. n. 839. β . Flor. Dan. Tab. 623.

V. caule anguloso, diffuso, foliis ovatis, dentatis, flore calyce duplo longiori. *Reichard.* Fl. Moeno - Francof. n. 639. *Leyff.* Flor. Halens. n. 900. β .

V. annua, caule procumbente, foliis sub ramis laciniatis, flore magno, tricolore. *Hall.* Goett. p. 231. *Boehm.* Lips. n. 453.

V. annua, caule procumbente, stipulis laciniatis, flore calycem excedente tricolore. *Zinn.* Goett. p. 273.

V. *tricolor.* *Buxb.* Halens. p. 338. *Dill.* Gies. p. 96. *Rupp.* Ien. p. 289.

Iacea siue flos trinitatis. *Volck.* Norimb. p. 221.

Caulis ramosissimus, procumbens, diffusus. *Folia* alterna, ovalia, crenata, in petiolum decurrentia. *Stipulae* oppositae, pinnatifidae: *pinnulis* longis, integris, ciliatis; *terminali* maxima. *Pedunculi* ex alis foliorum, solitarii, uniflori, tetragoni, longi, dorso sulcati. *Bractee* duae, plerumque alternae, minimae, coloratae, basi auriculatae. *Calyx* glaber. *Corolla* calyce duplo maior. *Petalum inferius* caeteris paulo maius, versus faucem lineis septem notatum, ad basin abiens in cornu obtusum. *Germen* ovale.

Variat *Flore* violaceo, purpureo, coeruleo et pallide coeruleo.

Flor. Germ. p. 106. n. 8. *Viola aruensis*.

V. caule inferne anguloso diffuso, foliis oblongis retusis, stipulis pinnatifidis, corolla calycis fere longitudine. *Willdenow* prodr. Berol. n. 862.

V. caule diffuso ramoso, foliis ovatis, dentatis, flore calyce paulo maiore. *Reichard* Flor. Moeno-Francof. n. 640. *Leyff.* Halens. n. 900. α.

V. aruensis. *Murr.* prodr. Goett. p. 73.

V. tricolor caule triquetro diffuso, foliis oblongis incisiss stipulis dentatis. *Linn.* Syst. Plant. T. III. p. 967. *Doerr.* Nass. p. 250. *Gmel.* Tubing. p. 269. *Nonne* Erford. p. 208. n. 4. *Plan.* Erford. p. 226. *Pollich.* palat. n. 839. *Scholl.* Barb. n. 726. *Weigel* Flor. Pom. n. 566. *Wiggers* prim. Flor. Holstat. p. 63. *Wilke* Flor. Gryph. n. 475.

V. annua, caule procumbente; foliis sub ramis laciniatis, flore exiguo, bicolore. *Hall.* Gött. p. 231. *Boehm.* Lipf. h. 452.

V. annua, caule procumbente, stipulis laciniatis, flore calyci aequali, bicolore. *Zinn.* Goett. p. 273.

V. bicolor aruensis. *C. Bauh.* pin. p. 200. *Buxb.* Halens. p. 338. *Dill.* Gief. p. 48. *Leers* Herborn n. 685. α. *Rupp.* Ien. p. 289.

Iacea bicolor frugum et hortorum vitium. *Volk.* Norimb. p. 221.

Differt ab antecedente 1. *Caulibus* erectioribus triquetris, *angulis* duobus acutis sulcatis, plerumque pluribus ex vna radice. 2. *Foliis* ovato-oblongis, subcordatis (tamen in petiolum decurrentibus) obtusis. 3. *Stipulis* figura foliorum in petiolum decurrentibus: *petiolo* basi *marginē exteriori* palmato; *interiori* folium spectante, semipinnato. 4. *Pedunculis* triangularibus, sulcatis. 5. *Calyce* hirsuto. 6. *Corolla* calycis longitudini aequali. 6. *Petalo inferiori* calyce paulo longiore, lineis quinque saturatoribus notato, quarum *duae laterales* breviores, ad basin in cornu tenue abiente. 7. *Germine* subgloboso.

Variat 1. *Flore* luteo et albo. *Reichard* Flor. Moeno-Francof. l. c. α. *Wilke* Flor. Gryph. l. c. α.

Viola bicolor aruensis flore candido et luteo. *Bergen* Flor. Francof. p. 233. n. 9.

2. *Flore* coeruleo et luteo. *Reichard* l. c. β .
Viola bicolor aruensis flore coeruleo et luteo. *Ber-*
gen Flor. Francof. l. c. n. 18.
3. *Flore* coeruleo et candido. *Wilke* Flor. Gryph.
 l. c. β .
Viola bicolor aruensis flore coeruleo et candido.
Bergen l. c. n. 11.

Obferu. *Linne* et *Scopoli* cum plerisque Germaniae Floristis
Violam aruensem et *tricolorem* in vnam speciem
 coniunxerunt, licet re vera specie differant.

I M P A T I E N S.

Flor. Germ. p. 106. *Impatiens Noli tangere.*

I. pedunculis multifloris solitariis, foliis ouatis, geniculis
 caulinis tumentibus. *Linn.* Syft. Plant. Tom. III. p. 972. *Bei-*
traege zur Botan. Th. 2. pag 132. n. 19. *Doerr.* Nass. p. 134.
Iacq. Vind. p. 160. *Weigel* Flor. Pom. n. 567. *Wilke* Flor.
 Gryph. n. 476.

I. pedunculis solitariis multifloris. *Hall.* Goett. p. 232.
Zinn. Goett. p. 273.

Impatiens. *Buxb.* Halenf. p. 167. *Dill.* Gief. p. 160. *Rupp.*
 Ien. p. 269. *Volck.* Norimb. p. 228.

Balsamina capsula oblonga tenui. *Boehm.* Lipf. n. 310.

Balsamina lutea, noli me tangere. *C. Bauh.* pin. p. 306.
Bergen Flor. Francof. p. 232. n. 1.

Balsamina noli tangere. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 1101.

Caulis erectus, tri- seu quadripedalis, glaberrimus, laete
 viridis, diaphanus; *geniculis* tumidis. *Rami* alterni. *Folia*
 alterna; petiolata, ouata, acuminata, glabra, venis reticulata,
 denticulata. *Pedunculi* alares, solitarii ramosi, basi incrassati,
 nutantes. *Calyx* diphyllus, coloratus, deciduus. *Corolla* lutea,
 pendula. *Nectarium* monophyllum, cuculi iustar fundum floris
 excipiens, ore obliquum, basi in cornu desinens. *Filamenta*
 inaequalia, ad incuruationes inter se connexa. *Antherae* co-
 haerentes, sed facile diuisibiles. *Capsula* quinqueualuis, elasti-
 ce diffiliens et femina dispargens,

Variat *Flore* pallide luteo.

Balsamina siue noli me tangere flore pallido. *Bergen*
Flor. Francos. l. c. n. 2.

Obseru. I. Linne *Impatientem* etiam ob antheras cohaerentes ad
Syngenesiam Monogamicam retulit, sed melius ad hanc
Classem pertinet.

Obseru. II. Petala duo intermedia, quae in reliquis huius ge-
neris speciebus seorsim adesse solent, in hac specie
supra medium cum petalis duobus inferioribus con-
nata sunt, ita, vt Corolla euadat tripetala.

Obseru. III. Antherae post pollinis dimissionem, foliaceae,
acuminatae euadunt et ita florem planiusculum irregu-
larem, sabringentem quasi referunt, e cuius fauce
Stigma eminet.

* * * * * *Flores pentapetali, superi.*

R I B E S.

* *Ribesia, inermia.*

Flor. Germ. p. 107. n. I. *Ribes rubrum.*

R. inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiusculis.
Lin. Syll. Plant. T. I. p. 564. *Doerr.* Nass. p. 266. *Iacq.*
Vind. p. 39. *Norne* Erford. p. 175. n. I. *Plan.* Erford. p. 87.
Weig. Flor. Pom. n. 155. *Zinn.* Goett. p. 141.

R. inerme, floribus planiusculis, racemis pendulis. *Hall.*
Goett. p. 170. *Boehm.* Lips. n. 356.

Ribes officin. *Volck.* Norimb. p. 357.

R. vulgaris domestica. *Buxb.* Hal. n. p. 284.

Grossularia rubra. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 269.

Grossularia multiplici acino, siue non spinosa hortensis, ru-
bra, siue *Ribes officinarum.* *C. Bauh.* pin. p. 455. *Kapp.* Jen.
p. 53.

Frutex raro ultra quinquepedalis. *Folia* alterna, petiolata,
subrotunda, quinqueloba, glabra, denticulata. *Racemi* latera-
les, penduli. *Pedunculi* bractea ornata interflorici. *Flores* vi-
rescentes. *Petala* bifida. *Stylus* bipartitus.

Flor. Germ. p. 107. n. 2. *Ribes alpinum*.

R. inerme, racemis erectis; bracteis flore longioribus. *Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 565. Doerr. Nass. p. 267. Jacq. Vind. p. 39. Nonne Erford. p. 175. n. 2. Plan. Erford. p. 88. Weigel Flor. Pom. n. 156.*

R. inerme, floribus planiusculis, racemis erectis. *Hall. Goett. p. 170. Zinn. Goett. p. 141. Bergen Flor. Francof. p. 175. n. 8.*

R. alpinus dulcis. Joh. Bauh. hist. 2. p. 98. Buxb. Halens. p. 284.

Grossularia vulgaris, fructu dulci. *C. Bauh. pin. p. 455. Rupp. Ien. p. 54. Hoppe Flor. Ger. p. 30.*

Differt ab antecedente 1. *Foliis* tripartito-laciniatis, denticulatis, pilis sparsis hirsutis. 2. *Racemo* florum ousto, obtuso, erecto. 3. *Bracteis* ad pedunculorum basin lanceolatis, pedicello longioribus. 4. *Floribus* dioicis; in aliis plantis masculis. Pistillo imperfecto; in aliis femineis, staminibus imperfectis. 5. *Baccis* erectis minoribus.

Obseru. Ribes alpinum in Germania semper obseruatur dioicum. In planta mascula *Racemi* multiflori. *Bracteae* longitudine florum. *Flores* in racemo approximati, planiusculi. *Calyx* patens. *Petala* flavescentia. *Antherae* perfectae, polliniferae. *Germenis* rudimentum tantum, calyce concretum. *Stylus* breuis. *Stigmata* emarcida. *Fructus* nullus. In planta feminea *Racemi* tri-ad quinqueflori. *Bracteae* floribus maiores. *Flores* remoti in racemo, oblongi. *Calycis lacinae* reflexae. *Petala* rubicunda. *Antherae* imperfectae, polline destitutae. *Germen* flore fere maius. *Stylus* semibifidus, staminibus longior. *Stigmata* subglobosa, recurua. Absentia maris raro *Baccas* maturas profert femina.

Flor. Germ. p. 107. n. 3. *Ribes nigrum*.

R. inerme, racemis pilosis, floribus oblongis. *Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 565. Nonne Erford. p. 175. n. 3. Plan. Erford. p. 88. Weigel Flor. Pom. n. 157. Wilcke Flor. Gryph. n. 128.*

R. iner-

R. inerme, foliis et nigro fructu maximis olentibus. *Hall. Goett.* p. 171. *Bergen. Flor. Francof.* p. 174. n. 1. *Boehm. Lips.* n. 355. *Zinn. Goett.* p. 141.

R. nigrum vulgo dictum, folio olente. *Ioh. Bauh. hist.* 2. p. 98. *Buxb. Halens.* p. 284. *Dill. Gief.* p. 43. *Volck. Norimb.* p. 357.

Grossularia non spinosa, fructu nigro-maiore. *C. Bauh. pin.* p. 455. *Rupp. Jen.* p. 54.

Differt a *R. rubro* 1. *Foliis* ex subrotundo triangularibus, tri-quinquelobis, acutiusculis, maioribus, rugosis, subtus subpubescentibus s. 2. *Petiolis* basi ciliatis. 3. *Racemis* pilosis 4. *Floribus* oblongis. 5. *Baccis* maioribus, nigris.

* * *Grossulariae, aculeata.*

Flor. Germ. p. 107. n. 4. *Ribes Grossularia.*

R. ramis aculeatis, petiolorum ciliis pilosis, baccis hirsutis. *Linn. Syst. Plant. T. I.* p. 566. *Weigel Flor. Pom.* n. 158.

Grossularia spinosa sativa. *C. Bauh. pin.* p. 445. *Buxb. Halens.* p. 150.

Frutex raro ultra tri-vel quadripedalis. *Rami* aculeati. *Aculei* terni decidui. *Petiolorum ciliae* iterum pilosae, fere pennatae. *Flores* solitarii et nonnunquam gemini, penduli, breuiter pedunculati. *Bractea* in pedunculo tripartita. *Petala* rubicunda, extus hirsuta, intus glabra. *Bacca* pubescens.

Variat *Baccis* rubris.

Flor. Germ. p. 108. n. 5. *Ribes Vua crispata.*

R. ramis aculeatis, baccis glabris, bractea monophylla. *Linn. Syst. Plant. T. I.* p. 566. *Nonne Erford.* p. 176. *Plan. Erford.* p. 88. *Weigel Flor. Pom.* n. 159. *Wilke Flor. Gryph.* n. 129.

R. ramis aculeatis erectis, fructu glabro. *Bergen Flor. Francof.* p. 174. n. 2. *Boehm. Lips.* n. 357. *Hall. Goett.* p. 170. *Zinn. Goett.* p. 141.

Grossularia simplici acino; vel *spinosa siluestris.* *C. Bauh. pin.* p. 455. *Buxb. Halens.* p. 149. *Dill. Gief.* p. 43. *Rupp. Jen.* p. 53. *Volck. Norimb.* p. 202.

Si quaedam diuersitas ab antecedente locum habet, consistet 1. *Bracteis* monophylla, exigua, ouata. 2. *Floribus* albidis. 3. *Baccis* glabris.

Obseru. Scopoli *Grossularitum* cum *Vua crispata* non immerito in vnâ speciem coniunxit, sub nomine *Grossulariæ Vuæ* Carn. ed. 2. n. 270. Baccas glabras nondum obseruauit et Germen semper pubescens. *Bracteae* monophyllae non raro vna alteraue minima squama decidua accedit.

H E D E R A.

Flor. Germ. p. 108. *Hedera Helix*

H. foliis ouatis lobatisque. *Lin.* Syst. Plant. T. 1. p. 568. *Boehm.* Lipf. n. 352. *Deerr.* Nass. p. 260. *Hall.* Goett. p. 170. *Jacq.* Vind. p. 40. *Nonne* Erford. p. 173. *Plan.* Erford. p. 88. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 271. *Weigel* Flor. Pom. n. 160. *Wilke* Flor. Gryph. n. 130. *Zinn.* Goett. p. 23. *Herbar. viu.* Plant. offic. Fasc. 6. No. 6.

H. arborea. *C. Baub.* pin. p. 305. *Bergen* Flor. Francof. p. 138. *Buxb.* Halens. p. 151. *Rupp.* len. p. 158.

H. maior sterilis. *C. Baub.* pin. p. 305. *Dill.* Gief. p. 167. *Volkam.* Norimb. p. 202.

Frutex parasiticus, repens, ad arbores fructiceque adscendens radicans. *Folia* petiolata, coriacea, nervosa, semper uerentia, glabra, alterna: *inferiora* et in *ramis iunioribus* lobata; *summa* et *floralia* cordata, ouato-lanceolata, integra. *Umbellae* terminales, globosae, densae. *Baccae* nigrae, orbiculatae, succulentae.

Obseru. I. Varietates sic dictae auctorum a plantae aetate tantummodo desumptae sunt.

Obseru. II. *Linne* *Baccam calyce cinctam* pro caractere generico assumit; at calyx aetate membranaceus, albus ac splendens ante maturitatem *Baccæ* fecedit et *Bacca* nuda apparet, hinc minus valet pro caractere generico. Neque *pentasperma* obseruatur *Bacca*, sed semper di- aut tri-sperma.

I A S I O N E.

Flor. Germ. p. 108. *Iasione montana.*

Iasione Linn. Syft. Plant. Tom. III. p. 953. *Doerr.* Nass. p. 133. *Hall.* Goett. p. 196. *Iacq.* Vind. p. 289. *Nonne* Erford. p. 126. *Plan.* Erford. p. 225. *Weig.* Fior. Pem. n. 562. *Wilke* Fior. Gyph. n. 471. *Zinn.* Goett. p. 244.

I. foliis lineari-lanceolatis obsolete ferratis. *Boehm.* Lipf. n. 44.

Rapunculus scabiofae capitulo coeruleo. *C. Bauh.* pin. p. 92. *Buxb.* Halenf. p. 282. *Dill.* Gief. p. 96.

Rapuntium capitulis scabiofae. *Rupp.* Ien. p. 31.

α. vulgaris.

Folia radicalia in cespitem congesta, oblanceolata, utrinque villosa, integerrima, laeviter undulata; *caulina* alterna, angustiora. *Caulis* erectus, pedalis et altior, angulosus, scabriusculus, fere vsque ad medium foliosus. *Pedunculi* longi, nudi, glabri, capitulo florum subrotundo terminati. *Calyx communis* polyphyllus: *foliis* lanceolatis, imbricatis, margine denticulatis. *Thalamus* nudus. *Flores* plures, coerulei, aggregati, breuiter pedunculati. *Calyx proprius* quinque-dentatus: *denticulis* setaceis. *Petala* quinque, linearia, obtusiuscula, calyce proprio multo maiora pistillo duplo breuiora. *Antherae* vix cohaerentes, post pollinis dimissionem, diuergentes. *Germen* inferum, subrotundum. *Stylus* longus, superne coeruleus. *Stigma* clauatum, demum emarginatum.

Variat 1. *Foliis* glabris.

Rapuntium capitulo scabiofae laete coeruleo, folio glabro spisso. *Rupp.* Ien. p. 31.

2. *Floribus* albis.

β. comosa.

Differt ab antecedente 1. *Caule* minore. 2. *Pedicellis* calyce cumuni longioribus; *centralibus* longissimis. 3. *Corolla* violacea, calyce proprio paulo longiore. 4. *Stylo* Corolla paulo breuiore. 5. *Stigmate* hirsuto.

Obseru. I. Varietatem hanc sane notabilem anno praeterito in arena humida, octobri mense obseruaui.

Obferu. II. Linne *Iafionem* ad Syngenefiam monogamiam retulit, quamuis Antherae ne cohaerentes quidem dici poffint, multo minus connatae. *Iafione* itaque, *Phyteumae* proxima, huic Claffi adfcribi meretur.

* * * * * *Flores incompleti inferi.*

I L L E C E B R V M,

Flor. Germ. p. 109. *Illecebrum verticillatum.*

I. floribus verticillatis nudis, caulibus procumbentibus. *Linn. Syft. Plant. T. I. p. 581. Hall Goett. p. 31. Nonne Erford. p. 177. Plan. Erford. p. 89. Zinn. Goett. p. 44.*

Illecebra spuria vel Sedoides. *Rupp. Ien. p. 99.*

Polygala repens niuea. C. Bauh. pin. p. 215.

Caulis filiformes, teretes, purpurei, procumbentes, ramosi, sub verticillis nodosi, foliosi. *Folia* oppofita, oualia, carnofa, integerrima, glabra, fuffilia. *Verticilli* remoti, quinque feu fexflori. *Flores* ex albo rubentes, fessiles. *Calyx* cartilagineus, nitidus, quinquangularis: *laciniis* aristatis. *Corolla* nulla. *Semen* vtrinque acuminatum, nitidiffimum, nigrum.

Obferu. I. *Capsula monosperma* recedit haec planta pulchella a caractere generico *Linnei*, qui pentaspermam *Capfulam* dicit.

Obferu. II. *Calyx* coloratus, perfiftens, *Corolla* dicitur apud *Ruppium* l. c.

G L A V X,

Flor. Germ. p. 109. *Glaux maritima.*

Glaux. Linn. Syft. Plant. T. I. p. 585. Buxb. Halenf. p. 141. Dill. Gief. append. p. 20. Hall. Goett. p. 203. Nonne Erf. p. 24. Plan. Erford. p. 89. Timm Fl. Megap. n. 151. Weigel Flor. Pom. n. 161. Wilke Flor. Gryph. n. 131. Zinn. Goett. p. 252. C. Bauh. pin. p. 215.

Caulis erectus, digitalis, teres, glaber, inferne ramosus. *Folia* fessilia, lineari-lanceolata, obtufiuscula, glaberrima, porofa, margine pellucida: *inferiora* plerumque oppofita; *superiora* alterna. *Flores* ex alis foliorum folitarii, purpuralcentes.

Calyx

Calyx nullus. *Corolla* monopetala, semiquinquefida. *Capsula* subrotunda.

Variat *Foliis* latioribus, ex ovali-lanceolatis, caule fere palmari.

Glaux latiore folio thuringiaca. *C. Bauh.* pin. p. 215. *Berg.* Flor. Francof. p. 48.

Glaucoides maritima, siue potius thuringiaca latiore folio. *Rupp.* Ien. p. 20.

C A M P H O R A S M A.

Flor. Germ. p. 110. n. 1. *Camphorasma monspeliaca.*

C. foliis hirsutis. *Linn.* Syft. Plant. Tom. I. p. 347.

Camphorata hirsuta. *C. Bauh.* pin. p. 486. *Rupp.* Ien. p. 340.

Camphorata monspeliensium. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 379.

Ita *Pollichius* plantam in Palatinatu habitantem descripsit.

Caules plures ex una radice, teretes, decumbentes, pilosi, ramosi. *Folia* alterna, sessilia, linearia, acutiuscula, integerrima, pubescentia, basi euidenter ciliata: et duobus foliis minoribus plerumque adhuc aucta. *Flores* alares, gemini, sessiles, parui. *Calyx* subrotundus, quinque-dentatus: denticulis villosis, margine ciliatis. *Corolla* nulla. *Stamina* quinque, florem superantia. *Antherae* subrotundae, flavae. *Stylus* vnicus.

Flor. Germ. p. 110. n. 2. *Camphorasma acuta,*

C. foliis subulatis, rigidis, glabris. *Linn.* Syft. Plant. T. 1. p. 348.

Camphoratae congener. *C. Bauh.* pin. p. 486.

Chenopodium annuum, humifusum, folio breuiori et capillaceo. *Rupp.* Ien. p. 339. *Dill.* Gies. append. p. 16.

Differt ab antecedente 1. *Caulibus* plerumque minoribus, tenuioribus, curuifculis et lignosis. 2. *Foliis* minoribus, remotioribus, subulatis, compressis, erectis, rigidis, glabris: *floralibus* vix vltra flores eminentibus. 3. *Calyce* subrotundo, monophyllo, extus vbique lanuginoso.

Obſeru. Ob Stamina in *Camph. monſpeliaca* et *acuta* in Palatinatu ſemper quinque, huic Claſſi melius ammandandas eſſe putavi.

* * * * * *Flores incompleti, ſuperi.*

T H E S I V M.

Flor. Germ. p. 110. n. 1. *Theſium Linophyllum.*

T. panicula foliacea, foliis linearibus. *Linn. Syſt. Plant. T. I. p. 585. Boehm. Liſt. n. 553. Doerr. Naſſ. p. 231. Hall. Goett. p. 31. Jacq. Vind. p. 40. Nonne Erford. p. 255. Plan. Erford. p. 89. Scop. Carn. ed. 2. n. 172. Zimm. Goett. p. 18.*

Linofyris. *Buxb. Halenſ. p. 195. Rupp. Ien. p. 2.*

Linaria montana, floſculis albicantibus. *C. Bauh. pin. p. 213.*

Anonymos linifolio. *Volck. Norimb. p. 34.*

Caulis erectus, palmaris, et pedalis, angulatus, glaber. Folia alterna, ſeſſilia, lanceolata, ſubulata, integerrima, glabra, ſubtriquetra. Racemus terminalis, latus, compoſitus. Pedunculi alares, bi- ſeu triflori. Flores intus albi, extus viridifculi, ad dichotomiam et apicem ramorum ſubſeſſiles. Calyx profunde quinquefidus. Stamina plerumque quinque.

Variat *Calyce quadrifido, ſtaminibus quatuor.*

Flor. Germ. p. 110. n. 2. *Theſium alpinum.*

T. racemo foliato, foliis linearibus. *Linn. Syſt. Plant. T. I. p. 585. Elwert Flor. Marggr. Baruthin. p. 10. Jacq. Vind. p. 40 et 213. Scop. Carn. ed. 2. n. 173. Verzeichn. der Pflanz. welche nicht in den gehoer. Claſſ. und Ordn. des Linn. Syſt. ſtehen. p. 56.*

Caulis plures ex vna radice, in orbem concumbentes, plerumque ſimplices, teretes, glabri. Folia alterna, linearia, planiſcula, acuta, glabra. Flores in racemum laxum plerumque ſecundum, alteram et ſuperiorem caulis dimidiam efficientem, diſpoſiti, pedunculati. Pedunculi baſi nudi, breues, ſolitarii ſuperne Bractea triphylla, intermedia maxima, foliis ſimili, prae-

praediti. *Calyx* quadripartitus, interne coloratus, externe glauco-virescens. *Stamina* quatuor.

Variat *Calyce* tripartito, *staminibus* tribus.

Observ. I. *Thesium alpinum*, quod maxima in copia mihi occurrebat prope *Erlangam*, semper caulibus gaudebat simplicissimis, decumbentibus, racemo secundo. At *Pollichius* palat. n. 240. Caulem erectum dicit statim a basi ramosum. An varietas?

Observ. II. In *Thesio alpino* fere semper flores quadripartiti, tetrandri, in *Th. Linophyllo* autem rarius observantur. Hinc *Scopoli* ad Tetrandriam retulit *Thesium*.

* * * * *

Polygonum amphibium Flor. Germ. p. 173. n. 2. cum *Polygono Persicario* γ . *angustifolio* Flor. Germ. p. 174. n. 4. ob *Stamina* tantum quinque et *stylum* bipartitum sub hoc ordine Classis quintae quaerenda essent, nisi genus naturale disruptionem vetaret.

D I G Y N I A.

* *Flores monopetali, inferi*

A S C L E P I A S.

Flor. Germ. p. III. *Asclepias Vincetoxicum*.

A. foliis ovatis basi barbatis, caule erecto, umbellis proli-
feris. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 611. *Doerr.* Nass. p. 52.
Iacq. Vind. p. 40. *Nonne* Erford. p. 33. *Plan.* Erford. p. 90.
Scop. Carn. ed. 2. n. 275. *Weigel.* Flor. Pom. n. 162. *Wilke*
Fl. Gryph. n. 132.

A. caule erecto simplicissimo, herbaceo, foliis cordato-lan-
ceolatis, racemis conglomeratis albis. *Boehm.* Lips. n. 56.

A. foliis ovato-lanceolatis, glabris, floribus racemosis al-
bis. *Hall.* Goett. p. 228. *Zinn.* Goett. p. 270.

A. albo flore. *C. Bauh.* pin. p. 303. *Bergen* Flor.
Francof. p. 50.

A. vul-

A. vulgi, Apocynum. *Dill.* Gief. p. 65.

Vincetoxicum. *Buxb.* Hal. p. 336. *Rupp.* Ien. p. 25.
Volck. Norimb. p. 400.

Vincetoxicum multis, floribus albicantibus. *Iob. Bauh.* hist.
2. p. 138.

Caulis erectus, simplex, pedalis et sesquipedalis, teres, villosiusculus. *Folia* opposita, petiolata, cordato-ouata, acuminata, glabra, nervis pubescentibus, duriuscula, integerrima, margine ciliata. *Pedunculi* alares, alterni, foliis plerumque breviores. *Flores* albi, in umbellam proliferam dispositi. *Capsulae* lanceolatae, obtusae, glabrae. *Semina* pappo sericeo candido aucta.

Varia t foliis quaternis.

S W E R T I A.

Corolla rotata. *Nectariferi* pori ad basin laciniarum corollae.
Capsula unilocularis, bivaluis.

Omiss. in Flor. Germ. *Swertia perennis*.

S. corollis quinquesfidis, foliis radicalibus ovalibus. *Linn.* Syst. Plant. T. 1. p. 635. Syst. Veget. p. 266. *Timm.* prodr. Flor. Megapol. n. 152. *Iacq.* Flor. Austr. v. 3. Tab. 243.

Caulis erectus, ramosus, pedalis et altior. *Folia radicalia* ovalia, obtusa, petiolata, quinqueneruia: *caulina* sessilia, magis acuminata. *Flores* terminales, paniculati, coerulei. *Corollae* tubus brevis: *limbi lacinae* lanceolatae basi poris nectariferis praeditae. *Capsula* vtrinque attenuata, in medio ventricosa.

Observ. *Gentiana* differt praecipue a *Swertia* Corolla tubulosa, quinquesfida, poris nectariferis ad laciniarum basin destituta.

G E N T I A N A.

† *Corollis quinquesfidis et subquinquesfidis, subcampaniformibus.*

Flor. Germ. p. III. n. I. *Gentiana lutea*.

G. co-

G. corollis subquinquefidis rotatis verticillatis, calycibus spathaceis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 636. Scop. Carn. ed. 2. n. 298.*

G. maior lutea. *C. Bauh. pin. p. 187.*

Caulis erectus, fere quadripedalis. *Folia* ovalia, glabra, integerrima, quinque costata, inferiora petiolata; superiora sessilia. *Pedunculi* ex alis foliorum superiorum breues, verticillati. *Calyx* spatha membranacea, bicornis, corolla duplo fere breuior. *Corolla* lutea, fere vsque ad basin quinquepartita; segmentis lanceolatis, acuminatis, punctis fuscis in tres series dispositis, longitudinaliter pictis. *Stamina* corolla breuiora. *Filamenta* corollae inter segmenta inserta. *Antherae* lineares, basi sagittatae. *Stigmata* patentia, recurua, simplicia.

Observ. *Scopoli* l. c. Antheras ut in floribus semiflosculosis circa stylum coalitas esse contendit, quod autem in specimenibus a me obseruatis nunquam vidi, sed antherae potius erant distantes, ne stylo quidem approximatae.

Flor. Germ. p. III. n. 2. *Gentiana Pneumonanthe.*

G. corollis quinquefidis campanulatis oppositis pedunculatis, foliis linearibus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 638. Jacq. Vind. p. 41. Nonne Erford. p. 31. Plasn. Erford. p. 92 Scop. Carn. ed. 2. n. 295. Weigel Flor. Pom. n. 176. Wilke Flor. Gryph. n. 143.*

G. floribus in alis sessilibus, corolla campanulata quinquefida, foliis angustis. *Boehm. Lips. n. 55.*

G. foliis linearibus, floribus in alis sessilibus. *Hall. Goett. p. 200. Zinn. Goett. 250.*

G. angustifolia, autumnalis maior. *C. Bauh. pin. p. 188. Bergen Flor. Francof. p. 46. n. 2. Rupp. Ien. p. 21.*

G. palustris angustifolia. *C. Bauh. pin. p. 188. Buxb. Halens. p. 137. Volck. Norimb. p. 185.*

Caulis palmaris et nonnunquam pedalis erectus, scabriusculus. *Folia* opposita, linearia, obtusiuscula glabra, subtus scabra. *Flos terminalis* cum alaribus solitarius, subsessilis. *Corolla*

rolla oblonga, campaniformis, plicato-angulata, quinquefida, faturate coerulea, intus punctis flavescentibus picta.

† † *Corollis quinquefidis et subquinquefidis, infundibuliformibus.*

Flor. Germ. p. 112. n. 3. *Gentiana verna.*

G. corolla quinquefida infundibuliformi caulem excedente, foliis radicalibus confertis, maioribus. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 639. *Iacq.* Vind. p. 41.

G. corolla quinquefida hypocrateriformi; segmentis crenulatis, foliis radicalibus confertis maioribus. *Scop.* Carn. ed. I. p. 299. n. 8. ed. 2. n. 291.

Gentianula quae *Hippion.* *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 527.

Gentianella alpina verna minor. *Volck.* Norimb. p. 185.

Gentianella alpina verna maior. *C. Bauh.* pin. p. 188.

Planta pumila. *Caulis* erectus, simplicissimus. *Folia* ovato-lanceolata, acutiuscula, glabra, canaliculata, rigidiuscula, semiamplexicaulia: *radicalia* in rosulam congesta; *caulina* opposita, minora. *Flos* terminalis, solitarius, coeruleus. *Calyx* corolla brevior, plicis quinque eleuatis in totidem dentes desinentibus praeditus. *Corollae tubus* longitudine plerumque caulis; *limbus* rotatus, *segmentis* crenulatis, auricula emarginata, concolore interstinctis.

Flor. Germ. p. 112. n. 4. *Gentiana bavarica.*

G. Corolla quinquefida, infundibuliformi ferrata, foliis ovatis, obtusis. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 640.

Simillima antecedenti et differt praecipue 1. *Foliis* ovatis, obtusis. 2. *Plicis calycinis* eleuatis, in arcum attenuatis. 3. *Corollae segmentis* subrotundis, ferratis, auriculis, interiectis bifidis.

Omissa in Flor. Germ. *Gentiana nivalis.*

G. corollis quinquefidis infundibuliformibus, ramis unifloris alternis. *Lin.* Syst. Veget. p. 268. Syst. Plant. T. I. p. 641. *Iacq.* Vind. p. 41. et p. 214. *Oeder* Flor. Dan. Tab. 17.

Gen-

Gentianella breui folio. *C. Bauh.* pin. p. 188. *Buxb.* Halenf. p. 137. *Knauth.* Fl. Halenf. p. 7.

Gentianella alpina aestiua centauriae minoris folio. *C. Bauh.* pin. p. 188. *Buxb.* Halenf. p. 137. *Knauth.* Halenf. p. 8.

Planta mihi ignota. Descriptio ex *Iaq.* Fl. Vind. l. c. petenda est.

Observ. I. *Buxbaum* et *Knauth* hanc *Gentianam* ad radices *Montis* sic dicti *sereni* obseruarunt, at *Celeberr.* de *Leyffer* in *Flora Halensi* nullam huius mentionem fecit.

Observ. II. Vtrum *Bauhini Gent. breui folio* et *Gent. alpina aestiua* etc. diuersae sint species, an merae varietates, equidem non audeo determinare.

Flor. Germ. p. 112. n. 5. *Gentiana vtriculosa.*

G. corollis quinquefidis hypocrateriformibus, calycibus plicato-carinatis. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 641.

G. corollis quinquefidis hypocrateriformibus glabris, calycibus plicatis. *Scop.* Carn. ed. I. p. 299. n. 9. ed. 2. n. 292.

G. vtriculis ventricosis. *C. Bauh.* pin. p. 188.

Caulis erectus, palmaris et altior, ramosus, glaber. *Folia* opposita, ouata, obtusa, connata sessilia, integerrima, glabra. *Caules* et *rami* uniflori. *Calyx* pentagonus, quinquefidus: *angulis* membranis eleuatis alatis. *Corolla* pulcherrime caesa; *Tubo* cylindrico, calyce longiore; *limbo* patente, *segmentis* lanceolatis, ariculis quaeque bifidis, albis, interstinctis.

Flor. Germ. p. 112. n. 6. *Gentiana Centaureum.*

G. corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo, pistillo simplici. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 642. *Doerr.* Nass. p. 116. *Iacq.* Vind. p. 41. *Nonne* Erford. p. 32. *Plan.* Erford. p. 62. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 293. *Weigel* Flor. Pom. p. 177. *Wilke* Flor. Gryph. n. 144.

G. foliis trinerviis ouatis, floribus umbellatis, tubo strictissimo. *Hall.* Goett. p. 201. *Zinn.* Goett. p. 250.

Centaureum corolla quinquefida, foliis lanceolatis. *Boehm.* Lips. n. 57.

æ. *Erythraea.* *Leyff.* Flor. Halenf. n. 240. æ.

Gentiana Centaureum procerius. Murr. prodr. Goett. p. 48. α . *maior.* Scholl. Barb. n. 197. α .

Centaureum flore phoeniceo. Bergen. Flor. Francof. p. 63. n. 1. Rupp. Ien. p. 22.

Centaureum minus. C. Bauh. pin. p. 278. Buxb. Halensf. p. 60. Dill. Gief. p. 127.

Centaureum minus rubrum. Volck. Norimb. p. 95.

Centaureum minus flore purpureo et albo. Ioh. Bauh. hist. 3. p. 353.

β . *ramosissimum.*

Gentiana corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule breuissimo ramosissimo. Linn. l. c. C. Leers Herborn. n. 177. β . Moench. Hass. n. 206. β .

G. Centaurium pumilum. Murr. prodr. Goett. p. 48. β .

Centaureum minus palustre ramosissimum, flore purpureo. Boehm. Lipsf. l. c. var. 2. Hall. Goett. l. c. γ . Leyff. Halensf. l. c. β . Nonne Erford. p. 32. n. 3. var. 2. Plan. Erford. p. 93. C. Pollich. palat. n. 258. B. Reichard. Flor. Moeno-Francof. n. 158. C. Scholl. Barb. l. c. β . Weigel Flor. Pom. l. c. β . Wilke Flor. Gryph. l. c. C. Willdenow prodr. Berol. n. 294. β . Zinn. Goett. l. c. C.

Centaureum purpureum pusillum siue minimum. Bergen Flor. Francof. l. c. n. 3. Buxb. Halensf. l. c. Dill. Gief. l. c.

Centaureum minus Valerianae facie. Rupp. Ien. p. 22.

γ . *minimum flore inaperto.*

Centaureum palustre minimum, flore inaperto. Leyff. Hal. l. c. γ . Willdenow. prodr. Berol. l. c. γ .

α . *Erithraea.*

Caulis erectus, basi simplex, superne ramosus, angulosus, glaber, semipedalis et pedalis. *Folia* obouata, obtusa, integerrima, glabra, neruosa: *radicalia* in orbem congesta; *caulina* opposita, connato-fessilia. *Flores* in ramorum dichotomia solitarii, *terminales* fasciculati, corymbosi. *Calyx* pentagonus, quinquedentatus. *Corolla* tubulosa, rubra, fauce albida, limbo patente. *Antherae* post pollinis dimissionem spiraliter tortae. *Stylus* simplex. *Stigmata* hemisphaerico-cordata, flauescencia.

Variat *Flore* albo.

Centaureum minus flore albo. *Boehm.* Lips. n. 57.
 Var. I. *Bergen* Flor. Francof. p. 63. n. 2. *Buxb.*
Halenf. p. 61. *Hall.* Goett. p. 201. β . *Rupp.* Ien. p. 22.

β . *ramosissimum.*

Differt ab antecedente 1. *Caule* multo minori, statim a basi ramossissimo, corymbofo. 2. *Pedunculis* dichotomis, remotioribus. 3. *Corollis* duplo minoribus.

Variat *Flore* albo.

γ . *minimum.*

Differt 1. *Caule* filiformi, simplici, fere biunciali, apice tantum bi- seu trifido, bi- seu trifloro. 2. *Foliis* ovalibus, obtusissimis, minoribus. 3. *Calyce* ad basin fere vique quinquepartito 4. *Florum limbo* atropurpureo, contracto, minore.
Flor. Germ. p. 112. n. 7. *Gentiana spicata.*

G. corollis quinquefidis infundibuliformibus, floribus alternis sessilibus. *Linn.* Syft. Plant. T. I. p. 643.

Centaureum minus spicatum album. *C. Bauh.* pin. p. 278. prodr. p. 130.

Plantam nondum vidi.

Flor. Germ. p. 113. n. 8. *Gentiana Amarella.*

G. corollis quinquefidis hypocrateriformibus, fauce barbatis. *Linn.* Syft. Plant. T. I. p. 644. *Iacq.* Vind. p. 42. *Nonne* Erf. p. 32. n. 2. *Plan.* Erford. p. 93.

G. foliis amplexicaulibus, corollis quinquefidis hypocrateriformibus fauce barbatis. *Zinn.* Goett. p. 250.

G. pratensis flore lanuginoso. *C. Bauh.* pin. p. 188. *Dill.* Gies. p. 172. *Volck.* Norimb. p. 185.

G. autumnalis annua, foliis Centaurii. *Rupp.* Ien. p. 21.

Caulis erectus, digitalis et palmaris, glaber, angulatus. *Folia* opposita, suprema quaterna, sessilia, ovata, acuminata, integerrima, trineruia. *Flores* ad caulis apicem congesti, pedunculati. *Calyx* glaber, angulis decem notatus, femiquinquefidus aequalis. *Corolla* violacea, ad faucem membranula ciliata aucta.

Variat *Calycibus* quadripartitis, *Corollis* quadrifidis, *staminibus* quatuor.

† † † *Corolla non quinquefida.*

Flor. Germ. Vol. II. P. I.

T

Flor.

Flor. Germ. p. 113. n. 9. *Gentiana campestris*.

G. corollis quadrifidis fauce barbatis. *Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 644. Doerr. Nass. p. 117. Jacq. Vind. p. 42. Plan. Erford. p. 93. Scop. Carn. ed. 2. n. 289. Weig. Flor. Pom. n. 178. Wilke Flor. Gryph. n. 145.*

G. foliis amplexicaulibus, floris fauce barbata. Hall. Goett. p. 200.

G. autumnalis ramosa. C. Bauh. pin. p. 188.

Gentianella annua, seu fugax prima. Volck. Norimb. p. 186.

Simillima antecedenti sed differt praecipue 1. *Calyce* ultra medium quadripartito: *Laciniis binis* maioribus, rhomboidalibus, acutis, foliis fere similibus; *binis* lineari-lanceolatis, brevioribus, eidentius et argute ferrulatis. 2. *Corolla* calyce duplo tantum maiore, fere ad laciniarum eiusdem apices diuisa, quadrifida: *laciniis* paene triangularibus. 3. *Staminibus* quatuor. 4. *Foliis* decurrentibus et hinc 5. *Caule* argute angulato.

Variat *Calyce* quinquepartito; *laciniis* tribus minoribus; *Corolla* quinquefida; *staminibus* quinque, sed rarius.

Flor. Germ. p. 113. n. 10. *Gentiana tetragona*.

G. corollis quadrifidis imberbibus, pedunculis tetragonis.

G. campestris β. *Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 645.*

G. corollis quadrifidis imberbibus, pedunculis tetragonis longis terminalibus in caule dichotome subramoso, foliis-ouatis. *Oeder Flor. Dan. Tab. 318.*

Semel obseruavi raram hanc plantam, vt vix pro Germaniae ciue venditare possim, tamen omittere nolui.

Caulis digitalis et sesquidigitalis, erectus dichotomus. *Folia radicalia* in orbem congesta, ouali-lanceolata, in petiololum breuem decurrentia; *caulina* opposita, oualia, obtusa sessilia, radicalibus latiora et breuiora. *Pedunculi* terminales (raro vno alteroue laterali) longi, nudi, solitarii, tetragoni. *Calyx* quadripartitus, subuentricosus. *Corollae tubus* calyce longior et angustior, cylindricus, superne contractus; *limbus* rotatus quadripartitus, patens; *segmentis* lanceolatis, obtusis.

Observ. Linne male hanc plantam pro varietate *Gentianae campestris* habuit, omnibus in partibus diuersissimam.

Flor. Germ. p. 113. n. 11. *Gentiana ciliata*.

G. corollis quadrifidis margine ciliatis. *Linne*. Syft. Plant. T. I. p. 645. *Iacq.* Vind. p. 42. *Nonne* Erford. p. 32. n. 4. *Plan.* Erford. p. 93. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 287. *Zinn.* Goett. p. 250.

G. floribus quadrifidis ciliatis. *Hall.* Goett. p. 199.

G. coerulea oris pilosis. *Berg.* Flor. Francof. p. 47. n. 3. *Dill.* Gies. p. 176.

Gentianella coerulea oris pilosis. *C. Bauh.* pin. p. 188. *Buxb.* Halensf. p. 136. *Rupp.* Ien. p. 21.

Caulis erectus, palmaris, glaber, angulatus. *Folia* integerrima, glabra: *radicalia* obouata; *caulina* opposita, connatofessilia, linearia, subulata. *Flores* terminales, solitarii, pedunculati, magni, coerulei. *Calyx* tubulosus, quadrifidus. *Corollae* tubus incrassatus; *limbus* quadripartitus, patens, *laciniis* praecipue inferne euidenter ciliatis. *Stamina* quatuor.

Flor. Germ. p. 113. n. 12. *Gentiana cruciata*.

F. corollis quadrifidis imberbibus, floribus verticillatis sessilibus. *Linne*. Syft. Plant. T. I. p. 645. *Doerr.* Nass. p. 117. *Iacq.* Vind. p. 42. *Nonne* Erford. p. 32. n. 5. *Plan.* Erford. p. 93. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 288. *Willdich* observ. bot. §. 88.

G. corollis breuissime quadrifidis, imberbibus verticillatis sessilibus. *Zinn.* Goett. p. 249.

G. floribus verticillatis umbellatis breuissime quadrifidis. *Hall.* Goett. p. 199.

G. cruciata. *C. Bauh.* pin. p. 188. *Bergen.* Flor. Francof. p. 46. n. 1. *Dill.* Gies. p. 133. *Volck.* Norimb. p. 185.

Gentianella perennis, radice cruciatim pertusa. *Buxb.* Halensf. p. 136. *Rupp.* Ien. p. 21.

Gentiana minor seu vulgi cruciata. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 522. bona.

Caules plures ex vna radice, palmares, decumbentes, simplices. *Folia* opposita, connato-perfoliata et quasi tubum effor-

mantia, lanceolata, obtusa, integerrima, trineruia, glabra. *Flores terminales* fasciculati: *alares* solitarii, sessiles, coerulei. *Calyx* quadridentatus, irregularis. *Corolla* quadrifida, fauce glabra, punctis violaceis picta: *segmentis* integris, *auriculis* interiectis bifidis. *Stamina* quatuor.

Variat *Calyce* quinquedentato: *Corolla* quinquefida cum totidem *auriculis* interiectis: *Staminibus* quinque.

Flor. Germ. p. 114. n. 13. *Gentiana filiformis*.

G. corollis quadrifidis imberbibus, caule dichotomo filiformi. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 646. Willich Illustr. botan. §. 45.*

G. caule brachiato, floribus flauis quadrifidis. *Hall. Goett. p. 201. Zinn. Goett. p. 250.*

Caulis erectus, dichotomus, glaber, quadrangulus, filiformis, digito intermedio raro altior. *Folia* lanceolata, acutiuscula, carnosa, minima: *radicalia* quatuor, plerumque reflexa; *duo* reliquis longiora et latiora; *caulina* opposita, connato-perfoliata. *Pedunculi* terminales, longi, nudi, solitarii, uniflori. *Calyx* quadrangulus, quadrifidus. *Corolla* flaua: *Tubus* germi- ni arcte adpressus; *Limbus* constanter quadripartitus, patens, imberbis; *laciniis* concavis obtusis. *Filamenta* quatuor, geniculata. *Stigma* constanter simplex, orbiculatum.

Observ. *Gentiana filiformis* a reliquis sub hac phalange enumeratis recedit floribus constanter quadrifidis, tetrandris, stigmate simplici orbiculato; cum *Gentiana campestris*, *tetragona*, *ciliata*, et *cruciata* nonnunquam variant floribus quinquefidis, pentandris et stylis gaudeant duobus. Hinc *Linne* optime naturam secutus, systema artificiale neglexit et generi suo adscripsit.

* * *Flores incompleti*

S A L S O L A.

Flor. Germ. p. 114. *Salsola Kali*.

S. herbacea, decumbens, foliis subulatis, spinosis, calycibus marginatis axillaribus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 624. Weig.*

Weig. Flor. Pom. n. 174. *Wilke* Flor. Gryph. n. 141. *Timm* prodr. Megapol. n. 156.

Caulis ramosus, dichotomus, procumbens, scaber. *Folia* linearia, carnosa, spinula terminata, femiteretia, subtus et margine hispida. *Flores* axillares, solitarii, bractea vtrinque folio simili, at breviori, armati, sessiles.

CHENOPODIUM.

† *foliis angulosis.*

Flor. Germ. p. 114. n. 1. *Chenopodium Bonus Henricus.*

C. foliis triangulari-sagittatis integerrimis spicis compositis aphyllis axillaribus. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 617. *Doerr.* Nass. p. 79. *Iacq.* Vind. p. 42. *Plan.* Erford. p. 90. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 278. *Weigel* Flor. Pom. n. 164. *Wilke* Flor. Gryph. n. 134.

C. foliis triangulari-sagittatis integerrimis. *Boehm.* Lips. n. 557. *Hall.* Goett. p. 20. *Nonne* Erford. p. 257. n. 1. *Zinn.* Goett. p. 29.

C. folio triangulo. *Bergen* Flor. Francof. p. 296. n. 1. *Buxb.* Halensf. p. 70. *Dill.* Giesf. p. 67. *Rupp.* Ien. p. 338.

Bonus Henricus officin. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 965. *Volck.* Norimb. p. 67.

Lapathum vinctuosum. *C. Bauh.* pin. p. 115.

Caulis erectus, ramosus, angulosus, farina adsperfus. *Folia* alterna, petiolata, sagittato-triangularia, integerrima, glabra, farinosa. *Spica* racemola, terminalis. *Flores* in fasciculos subrotundos, bractea basi subulata interstinctos dispositi, e viridi flavescentes.

Flor. Germ. p. 115. n. 2. *Chenopodium urbicum.*

C. foliis triangularibus subdentatis, racemis confertis strictissimis cauli approximatis longissimis. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 617. *Iacq.* Vind. p. 43. *Plan.* Erford. p. 90. *Weigel* Fl. Pom. n. 165.

C. latifolium, minus ramosum, florum petiolis longissimis, ex foliorum alis confertim enascentibus. *Buxb.* Halens. p. 69. c. fig. bona.

C. ex alis racemosum, foliis glabris rhomboideis, ferratis. *Hall.* Goett. p. 21. *Zinn.* Goett. p. 29.

C. Atriplicis fatiuae folio et facie, spicis multis, surrectis, veluti racemosis, in foliorum alis. *Rupp.* Ien. p. 338.

Caulis erectus, plerumque bipedalis, sulcatus, glaber. *Rami* alterni. *Folia* alterna, triangularia, sinuato-denticulata, acuminata, tenuia, petiolata. *Racemuli* alares, alterni, erecti, nudi, filiformes, stricti, e glomerulis florum sessilibus, parum a se inuicem distantibus compositi, in spicas longas, tenues, producti. *Flores* parui, virides.

Flor. Germ. p. 115. n. 3. *Chenopodium rubrum*.

C. foliis cordato-triangularibus obtusiusculis dentatis, racemis erectis compositis subfoliosis caule brevioribus. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 617. *Doerr.* Nass. p. 79. *Nonne* Erford. p. 257. n. 2. *Plan.* Erford. p. 91. *Weig.* Flor. Pom. n. 166. *Wilke* Flor. Gryph. n. 135.

C. foliis laevibus difformiter dentatis, calycibus rubris. *Hall.* Goett. p. 20. *Zinn.* Goett. p. 28.

C. folio laevi, multis et variis dentibus laciniato. *Boehm.* Lips. n. 561.

C. folio laciniato, coma purpurascente. *Bergen* Flor. Francof. p. 296. n. 3. *Buxb.* Halens. p. 69. *Fabric.* Butisbac. p. 23. *Rupp.* Ien. p. 338.

Atriplex sylvestris, folio sinuato saturate virente, spica rubra. *Volck.* Norimb. p. 52.

Caulis erectus, sesquipedalis et bipedalis, angulatus, lineis rubris pictus, versus basin praecipue ramosus. *Folia* alterna, petiolata, triangularia, denticulata, acutiuscula, crassiuscula, splendens, glabra, vix farina hinc inde adspersa. *Spicae* alares, cylindricae, alares, alternae, e spiculis conglomeratis, *Bractea* interstinctis compositae. *Calyces* plerumque rubentes.

Variat *Calycibus* viridibus.

Chenopodium folio laciniato, coma virescente. *Buxb.* Halens. p. 69.

Obferu. Differt praecipue ab antecedente 1. *Foliis* crassioribus, splendidibus, minoribus magisque dentatis. 2. *Spicis florum* cylindricis. 3. *Spicularum glomerulis* approximatis, omnibus Bractea interstinctis.

Flor. Germ. p. 115. n. 4. *Chenopodium murale*.

C. foliis ouatis nitidis dentatis acutis, racemis ramosis nudis. *Linn. Syst. Plant T. I. p. 618. Nomen Erford. p. 257. n. 3. Plan. Erford. p. 91. Weig. Flor. Pom. n. 167.*

C. pes anserinus primus. *Bergen Flor. Francof. p. 296. n. 4. Buxb. Halens. p. 68. Dill. Gies. p. 168. Rupp. Ien. p. 337.*

Atriplex fyluestris latifolia. *C. Bauh. pin. p. 119. Volck. Norimb. p. 52.*

Atriplex dicta pes anserinus. *Ioh. Banh. hist. 2. p. 975.* *Caulis* erectus, glaber, angulatus, ramosus, farina hinc inde adpersus. *Folia* alterna, subcordato-ouata, crassiuscula, glabra, splendentia, petiolata, denticulata: *denticulis* ouatis acutis, inaequalibus. *Racemi* alares et terminales, cymosi, dichotomi, plerumque nudi, antrorsum subnutantes, e floribus fasciculatis, sessilibus compositi.

Obferu. I. Celeber. *Schreberus* in *Spic. Flor. Lips. p. 40.* Synonymum *Ruppilii* et *Buxbaumii* cum figura ad *Chenopodium murale* refert. At in figura *Buxbaumii* folia non sunt ouata, seu subcordato-ouata, sed triangula, et racemi axillares ramosi, hinc salua auctoritate maximi nostri aevi Botanici potius ad *Chenopodium urbicum* pertinere, quam ad hoc, putauit.

Obferu. II. Differt a *Chenopodio urtico*, cum quo facile confunditur, *Chenopodium murale* 1. *Foliis* crassioribus, splendidibus, ouatis; nec triangulis, sed magis rhomboideis, margine *dentibus* copiosioribus, acutioribus. 2. *Racemis* cymosis, crassioribus, densioribus: *axillaribus* brevioribus, simplicioribus: in caule ramisque *terminalibus* paniculatis, e racemulis densis, conglomeratis, nutantibus compositis.

Obferu. III. A *Chenopodio rubro* differt 1. *Caulis* ramosiore. 2. *Foliis* confertius et acutius dentatis, non triangularibus.

laribus. 3. *Racemis* terminalibus compositis, fere paniculatis, subnudis.

Flor. Germ. p. 115. n. 5. *Chenopodium album*.

C. foliis rhomboideo-triangularibus crosis, postice integris, summis oblongis, racemis erectis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 619. Doerr. Nass. p. 79. Jacq. Vind. p. 43. Nonne Erlord. p. 258. n. 4. Plan. Erford. p. 91. Weigel Flor. Pom. n. 168. Wilke Flor. Gryph. n. 136.*

C. foliis inferioribus ovatis, acutis, antrorsum dentatis, summis lineari lanceolatis. *Boehm. Lips. n. 562. Hall. Goett. p. 20.*

C. folio sinuato candicante. *Bergen Flor. Francof. p. 296. n. 6. Buxb. Halens. p. 69. Dill. Gies. p. 106. Rupp. len. p. 338.*

Atriplex fyluestris, folio sinuato candicante. *C. Bauh. pin. p. 119. Volck. Norimb. p. 52.*

Atriplex fyluestris. Joh. Bauh. hist. 2. p. 972.

Caulis erectus, ramosus, angulosus, farina adpersus. *Folia* alterna, petiolata, rhomboidea, subtriangula, obtusiuscula, sinuata, dentata, albida, versus basin integerrima, farina vbique adpersa; *superiora et ramea* lanceolata, integerrima. *Racemi* e floribus conglomeratis compositi, spicati, in foliorum alis sessiles, compacti, *terminales* nudi. *Calyces* pentagoni, farina adpersa albidii.

Flor. Germ. p. 116. n. 6. *Chenopodium viride*.

C. foliis rhomboideis, dentato-sinuatis, racemis ramosis subfoliatis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 619. Jacq. Vind. p. 43. Plan. Erford. p. 91. Weig. Flor. Pom. n. 169. Wilke Flor. Gryph. n. 137.*

C. folio subtus farinoso, rhomboideo, multis et minoribus dentibus serrato. *Boehm. Lips. n. 559.*

C. foliis subtus farinosis, rhomboideis dentatis. *Hall. Goett. p. 20. Zinn. Goett. p. 28.*

C. folio oblongo integro. *Dill. Gies. p. 154. append. p. 62. Buxb. Halens. 69.*

Atriplex fyluestris folio sinuato faturate virente, spica rubra. *Volk. Norimb. p. 52.*

Vix ac ne vix quidem ab antecedenti diuersum, nisi quod *Folia* magis viridia, subtus tantummodo farina laeuiter adpersa, minus sinuato-dentata et fere integerrima. *Racemi* magis compositi, ramosi, longiores, plerumque nudi. Hinc *Scopoli* non immerito in vnam speciem coniunxit, sub *chenopodio viridi*.

Flor. Germ. p. 116. n. 7. *Chenopodium hybridum*.

C. foliis cordatis, angulato-acuminatis, racemis ramosis nudis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 619. Doerr. Nass. p. 80. Jacq. Vind. p. 43. Nonne Erford. p. 258. n. 5. Plan. Erford. p. 91.*

C. folio laeui paucis et amplissimis dentibus inciso, ramis florigeris laxis et ramosis. *Boehm. Lipf. n. 560.*

C. foliis laeuibus, viridibus, septangulis. *Hall. Goett. p. 20. Zinn. Goett. p. 28.*

C. stramonii folio. *Bergen. Flor. Francof. p. 296. n. 2.*

C. pes anserinus secundus. *Bergen Flor. Francof. p. 296. n. 5. Buxb. Halens. p. 68. Dill. Gies. p. 169. Rupp. len. p. 337.*

Atriplex fyluestris latifolia acutiore folio. *C. Bauh. pin. p. 119. Volk. Norimb. p. 52.*

Atriplex dictus pes anserinus alter siue ramosior. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 976. bona fig.*

Caulis erectus, cubitalis et altior, angulatus, ramosus, glaber. *Folia* alterna, cordata, sinuata, longe mucronata, dentata, splendentia, glabra: *dentibus* magnis, rarioribus. *Panicula* in caule ramisque terminalis e floribus fasciculatis, sessilibus, nudis composita: *fructifera* ramosissima patentissima. *Flores* exigui, extus farina adpersi.

Obseru. I. Ab antecedentibus omnibus differt *Panicula* terminali, maiori, diffusa, laxa.

Obseru. II. *Linne* *Paniculam* dicit nudam, sed ad quamuis dichotomiam *paniculae* *Bractea* obseruatur minima, linearis.

Flor. Germ. p. 116. n. 8. *Chenopodium ambrosioides*.

C. foliis lanceolatis dentatis, racemis foliatis simplicibus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 620.*

Botrys ambrosioides mexicana. *C. Bauh. pin. p. 136. 516.*

Planta exoticæ originis, nunc quasi spontanea prope *Barbi*, suaueolens.

Caulis erectus, pedalis et altior. *Folia* alterna, lanceolata, acuminata, in petiolum decurrentia, aequaliter dentata, glabra. *Racemi* alares, simplices, foliosi, laxi. *Florum glomeruli* sessiles, alterni, remotiores, basi folio plerumque integro muniti.

Flor Germ. p. 116. n. 9. *Chenopodium glaucum.*

C. foliis ovato-oblongis, repandis, racemis nudis simplicibus glomeratis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 621. Boehm. Lips. n. 563. Iacq. Vind. p. 43. Nonne Erford. p. 258. n. 6. Plan. Erford. p. 91. Weigel Flor. Pom. n. 170. Wilke Flor. Gryph. n. 138.*

C. foliis sinuatis, subtus incanis. *Hall. Goett. p. 20. Zinn. Goett. p. 28.*

C. angustifolium laciniatum minus. *Buxb. Halens. p. 69. Rupp. Icn. p. 338.*

Atriplex angustifolia laciniata. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 972. fig. 973. bona.*

Caulis erecti aut saepius prostrati, palmares, pedales, angulati, glabri. *Folia* alterna, ovato-sinuata, angulata, obtusa, glabra, crassiuscula, glaucescentia, subtus albidiora, in petiolum subdecurrentia: *suprema* lanceolata. *Racemi* alares et terminales, nudi, e floribus conglomeratis compositi.

✕ † *Foliis integris.*

Flor. Germ. p. 116. n. 10. *Chenopodium Vulvaria.*

C. foliis integris rhomboideo-ouatis, floribus conglomeratis axillaribus. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 621. Doerr. Nass. p. 80. Iacq. Vind. p. 44. Nonne Erford. p. 258. n. 7. Plan. Erford. p. 91. Scop. Carn. ed. 2. n. 281. Weigel Fl. Pom. n. 171. Wilke Flor. Gryph. n. 139.*

C. foetidum, foliis farinosis, glaucis, obtuse rhomboideis, *Hall. Goett. p. 21. Boehm. Lips. n. 558. Zinn. Goett. p. 29.*

C. foe-

C. foetidum. *Bergen* Flor. Francof. p. 297. n. 7. *Buxb.*
Halenf. p. 63. *Dill.* Gief. p. 106. *Rupp.* Ien. p. 338.

Atriplex foetida. *C. Bauh.* pin. p. 119. *Ich. Bauh.* hist. 2:
 p. 974. *Volck.* Norimb. p. 53.

Caules decumbentes, palmares et longiores, ramosi, dichotomi, farina alba adspersi. *Folia* alterna; obsolete triangularia, rhomboidea, obtusa, integerrima, in petiolum desinentia, crassiuscula, glabra, subtus farinosa.

Paniculae terminales, breues, subfoliati e floribus conglomeratis sessilibus compositae.

Flor. Germ. p. 117. n. 11. *Chenopodium polyspermum.*

C. foliis integerrimis ovatis, caule decumbente, cymis dichotomis aphyllis axillaribus. *Linn.* Syft. Plant T. I. p. 621. *Iacq.* Vind. p. 44. *Plan.* Erford. p. 92. *Weigel* Flor. Pom. n. 172. *Wilke* Flor. Gryph. n. 140.

C. foliis integris, obtuse acuminatis, racemis per caulem nudis, ramosis. *Boehm.* Lips. n. 564.

C. foliis ovato-lanceolatis integerrimis. *Hall.* Goett. p. 21. *Zinn.* Goett. p. 29.

C. betae folio. *Bergen.* Flor. Francof. p. 297. n. 8. *Buxb.*
Halenf. p. 69. *Dill.* Gief. p. 119. *Rupp.* Ien. p. 339.

Atriplex Blitum polyspermum dicta. *Volck.* Norimb. p. 53.

Blitum polyspermum. *C. Bauh.* pin. p. 118.

Caules plerumque decumbentes, debiles, ramosi, diffusi, angulosi, glabri. *Folia* alterna ovata, integerrima, glabra, in petiolum subdecurrentia. *Paniculae* dichotomae, acaes, ramosissimae, nudae, e floribus conglomeratis, sessilibus exiguis compositae.

Variat I. *Caule* cum ramis erecto.

2. *Foliis* oppositis.

Flor. Germ. p. 117. n. 12. *Chenopodium maritimum.*

C. foliis subulatis femicylindricis. *Linn.* Syft. Plant. T. I. p. 622. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 283. *Weigel* Flor. Pom. n. 173.

C. foliis subulatis, superne planis, subtus conuexis. *Zinn.*
 Goett. p. 30.

C. ma-

C. maritimum foliis sedi succulentis. *Buxb. Halensf.* p. 70.

Kali minus album femine splendente. *C. Bauh. pin.* p. 289.
Rupp. Ien. p. 340.

Caulis erectus, palmaris, pedalis, dichotomus, angulosus, lineis purpureis notatus, glaber. *Folia* alterna, linearia, semiteretia, carnosâ. *Florum glomeruli* in foliorum alis, sessiles, nudi.

Variat *Caule, foliis floribusque* purpurascens.

HERNIARIA.

Flor. Germ. p. 117. n. 1. *Herniaria glabra.*

H. glabra, glomerulis multifloris. *Linn. Syst. Plant. T. I.* p. 615. *Jacq. Vind.* p. 44. *Plan. Erford.* p. 90. *Scop. Carn. ed. 2. n. 276.* *Weig. Flor. Pom. n. 163.* *Wilke Flor. Gryph. n. 133.*

H. calycibus bractea nudis. *Boehm. Lipf. n. 569.* *Hall. Goett. p. 30.* *Nonne Erford. p. 261.* *Zinn. Goett. p. 43.*

H. glabra. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 378. fig. bona.* *Bergen Flor. Francof. p. 295.* *Buxb. Halensf. p. 155.* *Dill. Giesf. p. 88.* *Rupp. Ien. p. 340.* *Volck. Norimb. p. 209.*

Polygonum minus seu millegrana maior. *C. Bauh. pin.* p. 281.

Caules prostrati, cespitosi, ramosi, dichotomi, teretes, laeviter subpubescentes, digitales et palmares. *Folia* opposita, ovata, sessilia, integerrima, splendens, glabra: altero paulo minore. *Stipulae* duae oppositae, subrotundae ad foliorum basin. *Flores* exigui, virides, glabri, ad foliorum alas fasciculati, sessiles.

Flor. Germ. p. 118. n. 2. *Herniaria hirsuta.*

H. hirsuta, glomerulis paucifloris. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 616.* *Elwert Flor. Marggraf. Baruthin. p. 10.* *Scop. Carn. ed. 2. n. 277.*

H. glabra var. *hirsuta.* *Boehm. Lipf. n. 569.*

H. hirsuta. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 379. bona.*

Differt tantummodo ab antecedente 1. *Colore* plantae saturatiore viridi; 2. *Caule, Foliis floribusque* hirsutis. At non suffi-

sufficiunt hae differentiae pro specie diuersa, potius itaque pro varietate antecedentis habenda est.

Obseru. Scopoli l. c. *Herniariam hirsutam* erectam dicit, quae tamen semper vti *H. glabra* prostrata et repens est.

U L M V S.

Flor. Germ. p. 118. n. 1. *Ulmus campestris*.

U. foliis duplicato-ferratis: basi inaequalibus *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 631. Doerr. Nass. p. 275. Jacq. Vind. p. 44. Nonne Erford. p. 261. Plan. Erford p. 92. Scop. Carn. ed. 2. n. 286. Weigel Flor. Pom. n. 175. Wilke Flor. Gryph. n. 142.*

U. fructu membranaceo. *Hall. Goett. p. 14. Boehm. Lips. n. 570. Zinn. Goett. p. 20.*

U. campestris et Theophrasti. *C. Bauh. pin. p. 246. Bergen. Flor. Francof. p. 45. Rupp. Ien. p. 330.*

Ulmus. *Ioh. Bank. hist. 1. p. 139. Buxb. Halens. p. 340. Dill. Gies. p. 45.*

Arbor cortice cinereo. *Folia* alterna breuiter petiolata ovata, acuminata, basi vno latere longius in petiolum desinentia, hinc obliqua, duplicato-ferrata, pubescentia scabra. *Flores* ante foliorum evolutionem ad latera ramorum in umbellulas densas congesti, sessiles. *Antherae* atropurpureae. *Stigmata* villosa. *Fructus* conglomerati, sessiles.

Flor. Germ. p. 118. n. 2. *Ulmus effusa*.

U. foliis duplicato-ferratis, basi inaequalibus, floribus longe pedunculatis, effusis.

U. longioribus florum et seminum petiolis. *Rupp. Ien. p. 330. Boehm. Lips. n. 570. var. Scholl. Barb. n. 211. var.*

U. folio latissimo, floribus in petiolis pendentibus. *Buxb. Halens. p. 340.*

U. montana. *C. Bauh. pin. p. 427. Hall. Goett. p. 14. β.*

Differt ab antecedente 1. *Proceritate* maiore. 2. *Foliis* maioribus viridibus. 3. *Floribus* flavescentibus, ad ramorum latera in racemum breuem effusis, pedunculatis. 4. *Pedunculis* capil-

capillaribus: *floriferis* fere semuncialibus; *fructiferis* vncialibus et sesquuncialibus, in racemulo *terminalibus* reliquis longioribus.

* * * *Umbellatae.*

Obseru. I. *Plantae umbellatae* floribus gaudent pentapetalis, superis, in *Umbellam* simplicem aut plerumque compositam dispositis et Fructu longitudinaliter bipartibili, in duo Semina secedente. Ad Umbellae et Umbellularum basin in aliis observatur *Involucrum*, in aliis autem deficit. In construendis huius ordinis generibus *Involucrorum* et *Involucellorum* detectam praesentiam, rationem et numerum respexit plerumque *Linnaeus*. Cum autem foli ratione et tempestatis maxime variant Involucra et ita signa generum characteristica praebent valde dubia et inconstantia, a Seminis figura et structura, tanquam plantae partis minus variabilis, certiora et constantiora generum signa petenda esse credidit *Crantzius*, qui hunc in finem cuiusque generis Semen aere insculptum ante oculos potuit in Stirpium Austr. Part. I. Fasc. III. Tab. I. No. 1—21. cuius exemplum in umbellatarum Germaniae enumeratione secutus sum.

Obseru. II. In Umbellatarum ordine plures occurrunt plantae, quae floribus gaudent hermaphroditis simulque masculis abortivis et ita strictiori sensu ad Class. XXIII. Polygamiam Systematis *Linnei* pertinerent. Has maxima ex parte enumeravi in *Verzeichniss derjenigen Pflanzen, welche nach der Anzahl und Beschaff. ihrer Geschlechtsth. nicht in den gehoer. Class. und Ordn. des Linn. Syst. stehen.* pag. 161—181. *Linnaeus* autem cum sequentibus Botanicis ordinem hunc maxime naturalem dilacerare noluit, systematicam suam normam neglexit et in hac Classe quinta retinuit omnes.

HABITVS PERFECTI.

A. *Fructu tecto plicis, fetis aut lanugine.*

A S T R A N T I A.

Crantz Stirp. Austr. Fasc. III. Tab. I. No. 19.

Flor. Germ. p. 119. n. 1. *Astrantia maior.*

A. fo-

A. foliis quinquelobis; lobis trifidis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 653. Crantz austr. pag. 213. Jacq. Vind. p. 44. Zinn. Goett. p. 222. Verzeichn. der Pfl. welche nicht in den gehörigen Class. und Ordn. des Linn. Syst. stehen. p. 179.*

A. foliis quinquelobatis, lobis tripartitis. *Hall. Goett. p. 177.*

A. *nigra* floribus pedunculatis: feminum angulis denticulatis. *Scop. Carn. ed. I. p. 337. n. 3. ed. 2. n. 306.*

A. Rivini. *Rupp. Ien. p. 280.*

Helleborus niger Saniculae folio maior. *C. Bauh. pin. p. 186.*

Imperatoria spuria Saniculae folio maior. *Volk, Norimb. p. 229.*

Caulis erectus, striatus, glaber, non raro ramosus. Folia longe petiolata, subrotunda, quinqueloba: lobis trifidis, ferratis. Umbellae terminales. Involucra partialia lanceolata, ex albo-purpurea, venosa, florum pedunculis longiora, duodecim et plura. Calyx proprius pentaphyllus, coloratus: foliolis concavis, ovato-acuminatis. Flores in radio plerumque masculi, in disco hermaphroditi. Stamina corollula longe majora. Semina oblonga, gibba, costis quinque membranaceis, plicatis, longitudinalibus praedita.

Flor. Germ. p. 119. n. 2. *Astrantia minor.*

A. foliis digitatis, ferratis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 654.*

A. floribus pedunculatis, feminum angulis alato-plicatis. *Scop. Carn. ed. 1. p. 337. n. 4. ed. 2. n. 305. Tab. 7.*

Helleborus Saniculae facie minor. *C. Bauh. pin. p. 186. prodr. p. 67.*

Caulis erectus, pedalis, ramosus, laeviter striatus. Folia longe petiolata, triloba et quinqueloba, palmata: lobis incisus, dentatis; intermedio trifido. Rami umbellati, plerumque trifidi; centrali simplici. Umbellae terminales, parvae, quatuordecim-florae. Involucri foliola lanceolata, albida. Flores albi, parvi, in radio masculi, in disco hermaphroditi. Fructus calyce stylisque coronatus, ovatus. Semina quinque costata; costis plicato-rugosis; dorsalibus tribus conduplicatis; marginali utrinque simplici.

CAUCALIS.

Crantz Stirp. Austr. Fasc. III. Tab. I. No. 21.

‡ *Seminibus lineis dorsalibus eleuatis, setosis aut aculeatis.*

Flor. Germ. p. 119. n. 1. *Caucalis Caroti.*

C. seminibus subrotundis: angulis quatuor distantibus, hispidis, petiolis subtus neruosis.

C. *Daucus officinalis* inuolucris pinnatifidis. *Crantz. Austr. p. 227.*

Daucus Carota seminibus hispidis, petiolis subtus neruosis. *Linn. Syst. Plant. Tom. 1. p. 667. Doerr. Nass. p. 93. Gmel. Tubing. p. 82. Hall. Goett. p. 183. Lacq. Vind. p. 49. Leers Fl. Herb. n. 195. Leyff. Halens. n. 267. Moench. Hass. n. 227. Murr. prodr. Goett. p. 49. Nonne Erford. p. 227. Plan. Erford. p. 95. Pollich palat. n. 273. Reichard. Flor. Moenofrancof. n. 176. Scholl. Barb. n. 218. Scop. Carn. ed. 2. n. 307. Weigel Flor. Pom. n. 183. Wilke Flor. Gryph. n. 150. Zinn. Goett. p. 225. Flor. Dan. Tab. 723.*

Daucus inuolucro vniuersali pinnatifido, flosculo centrali nullo. *Wigg. prim. Flor. Holf. p. 23. Willdenow prodr. Berol. n. 318.*

Daucus Boehm. Lips. n. 495.

Daucus vulgaris Clusii. *Bergen Flor. Francof. p. 184. n. 1.*

Daucus officinalis. Volk. Norimb. p. 138.

Pastinaca tenuifolia syluestris Dioscoridis et *Daucus officin.*

C. *Bauh. pin. p. 151.*

Staphylinus syluestris. *Buxb. Halens. p. 313.*

Staphylinus. Dill. Gies. p. 150. Rupp. Ien. p. 279. (synonyma non descriptio).

Caulis erectus, striatus, hispidus, dichotomus. *Folia* tripinnata, villosa: *foliolis* cuneiformibus, mucronatis; *neruis* hispidis. *Inuolucrum* vniuersale plerumque decaphyllum; *foliolis* trifidis aut pinnatifidis: *Inuolucra* partialia plura, simplicia aut pinnatifida. *Flores* in radio saepe foemineae, in disco steriles. *Petala* bifida. *Umbella* vniuersalis et saepe etiam partialis post florescentiam contractae. *Semina* ouato-subrotunda. secundum

cundum quatuor frías dorsales fetis rigidiusculis, apice paululum incuruis praedita.

Flor. Germ. p. 119. n. 2. *Caucalis carnosá*.

C. feminibus subrotundis: angulis quatuor distantibus hispidis, flosculo centrali sterili, carnoso, receptaculo communi hemisphaerico.

Daucus mauritanicus. Linn. Syst. Plant. T. I. p. 668. Leyff. Flor. Hal. n. 268.

Daucus feminibus, petiolis cauleque hispidissimis. Gmel. Tubing. p. 83.

Daucus inuolucro vniuersali pinnatifido, flosculo centrali sterili carnoso. Willdenow prodr. Berolin. n. 319.

Staphylinus. Rupp. Ien. p. 278. (descriptio, non synonyma).

Antecedenti simillima et differt tantummodo 1. *Caule* magis hispido. 2. *Inuolucro vniuersali* umbella breuiore. 3. *Inuolucris partialibus* tridentatis. 4. *Flosculo centrali* in Umbella communi, maiore, atropurpureo, carnoso, sterili, imperfecto.

Observ. Differentiae vix sufficiunt pro diuersa specie.

Flor. Germ. p. 119. n. 3. *Caucalis Daucoides*.

C. feminibus ouato-oblongis; angulis dorsalibus quatuor distantibus, hispidis, foliis glabris, basi costaque pilosis, inuolucellis dimidiatis, linearibus.

C. umbellis trifidis, umbellulis trispermis triphyllis. Linn. Syst. Plant. Tom. I. p. 664.

C. *leptophylla* inuolucro vniuersali subnullo, umbella bifida, inuolucellis pentaphyllis. Doerr. Nass. p. 71. Jacq. Vind. p. 46. Moench. Hoff. n. 225. Nonne Erf. p. 225. n. 2. Scholl. Barb. n. 217. Verzeichniß der Pflanz., welche nicht in den gehoer. Class. und Ordn. p. 164. n. 6.

C. *leptophylla* laciniis foliorum perangustis; seminum vncis rigidis. Crantz stirp. Austr. p. 225.

C. inuolucro vniuersali nullo, partiali dimidiato triphylo; foliolis simplicibus linearibus, foliis triplicato-pinnatis. Gmel. Tubing. p. 82.

C. inuolucro vniuersali vnifolio, laciniis foliorum perangustis. Hall. Goett. p. 188.

C. inuolucro vniuersali nullo, laciniis foliorum perangustis. Zimm. Goett. p. 224.

C. aruensis paruo flore et fructu. *C. Bauh.* pin. p. 152. *Berg.* Flor. Francof. p. 191. n. 2.

Daucus Lappula umbellis trifidis, inuolucris ligulatis. Wigg. prim. Flor. Holsat. p. 23.

Daucus leptophyllus. Scop. Carn. ed. 2. n. 309.

Echinophora Riuii. Dill. Gies. app. p. 16. *Rupp.* Ien. p. 278.

Echinophora semine paruo. Buxb. Hal. p. 99.

Caulis ramosus, angulosus, diuaticatus, pilosus. *Folia* triangularia, *Carotae* similia, sed rariora, glabra, basi costaque pilis rigidis, nitidis, sparsis obsessa. *Pedunculi* longi. *Umbella vniuersalis* tri- aut quinquefida; *Umbellulae* plerumque quinqueflorae: *floribus* sessilibus rubicundis, *duobus* plerumque sterilibus. *Fructus* in quauis umbellula plerumque tres, subpedunculati, calyce coronati diuaticati. *Inuolucrum vniuersale* in planta iuniore monophyllum, lanceolatum, paruum, deciduum; in adultiore autem nullum, sed loco eiusdem Umbella basi pilis cincta. *Inuolucrapartialia* plerumque tria, dimidiata, lanceolato-lineararia, ciliata. *Semina* ouato-oblonga, angulis dorsalibus aculeis rigidis, nitidis, glabris, apice vncinatis, obsessis.

Variat 1. *Umbella vniuersali* tetra - seu pentaphylla; radio centrali toto sterili

2. *Umbellis partialibus* multifloris in radio plerisque sterilibus, tribus aut quinque tantum fertilibus

3. *Inuolucellis* quatuor seu quinque, subaequalibus.

Observ. Differentia specifica *Linnei* a numero radiorum Umbellae et Umbellarum nec non a defectu Inuolucris vniuersalis desumpta, ansam praebuit auctoribus, hanc cum *Cauc. Leptophylla* confundere.

Flor. Germ. p. 120. n. 4. *Caucalis latifolia.*

C. feminibus ouatis, costis dorsalibus pluribus, eleuatis, aculeatis, foliis pinnatis, ferratis.

C. umbella vniuersali trifida: partialibus pentaspermis, foliis pinnatis ferratis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 665. Hall. Goett. p. 181. Nonne Erford. p. 225. n. 3. Plan. Erford. p. 95. Zinn. Goett. p. 224.*

C. aruensis echinata latifolia. C. Bauh. pin. p. 152. Berg. Fl. Francof. p. 191. n. 3. Buxb. Halens. p. 99.

Echinophora femine magno. Rupp. Ien. p. 277.

Tordylium latifolium. Gmel. Tubing. p. 81. Reichard Fl. Moeno - Francof. n. 177.

Lappula canaria latifolia. Job. Bauh. hist. 3. Lib. 27. p. 81.

Planta scabra. Caulis erectus, striatus, angulatus. Folia vaginantia, pinnata: pinnis oppositis, ferratis, in neruum decurrentibus. Vaginae foliorum membranaceae, striatae, caulem amplectentes. Umbella vniuersalis di- aut triphylla; partiales quinque- seu sexflorae, floribus rubicundis duobus vel tribus masculis abortientibus. Inuolucrum vniuersale di- aut triphyllum: foliolis lanceolatis, margine membranaceis; partiales plerumque pentaphyllum: foliolis obtusis magisque ex albo membranaceis. Fructus huius generis fere maximus, calyce stilibusque crassioribus instructus. Semina angulis pluribus dorsalibus, eleuatis, aculeatis praedita; aculeis partim rectis, partim incuruis, validis, coloratis.

Variat *Floribus* albis

Echinophora femine magno, flore albo. Buxb. Halens. p. 99.

Flor. Germ. p. 120. n. 5. Caucalis grandiflora.

C. seminibus ouatis, costis dorsalibus approximatis quatuor: aculeis diffusis, petalis exterioribus maximis.

C. inuolucris singulis pentaphyllis: foliolo vnico duplo maiore. Linn. Syst. Plant. T. i. p. 664. Doerr. Nass. p. 71. Jacq. Vind. p. 45. Nonne Erford. p. 225. n. 1. Plan. Erford. p. 95.

C. petalis extimis maximis. Crantz stirp. austr. p. 95.

C. inuolucris latifoliis, petalo exteriori maximo. Hall. Goett p. 181. Zinn. Goett. p. 224.

C. aruensis echinata magno flore. C. Bauh. pin. p. 152. Bergen Flor. Francof. p. 190. n. 1. Volck. Norimb. p. 92.

Daucus grandiflorus. Scop. Carn. ed. 2. n. 308.

Echinophora flore magno. *Buxb.* Halens. p. 99. *Dill.* Gies. p. 156. *Rupp.* Ien. p. 277.

Caulis erectus, angulatus, laevis. *Rami* divergentes. *Folia* subtus scabra, tripinnata, basi vaginantia. *Umbella* uniuersalis plerumque quinquefida: *partiales* multiflorae: *floribus* in disco plerisque sterilibus; in radio duobus vel tribus fertilibus, petalo exteriori maximo, bipartito, umbellulam superante ornatis. *Inuolucrum* uniuersale plerumque pentaphyllum; *folioli* lanceolatis, mucronatis, neruolis, margine albis. *Inuolucra partialia* dimidiata, tri- seu pentaphylla, *folioli* ouato-lanceolatis, mucronatis, margine albis. *Fructus* magnus, calyce exiguo stylisque longioribus coronatus. *Semina* ouata dorso angulis approximatis aculeisque confertis apice rectis praedita.

Variat *Umbella* sex- et septemfida; radio vno alteroue toto sterili.

† † *Seminibus* dorso aculeis seu setis sparsis.

Flor. Germ. p. 120. n. 6. *Caucalis* *Leptophylla*.

C. feminibus semicylindricis: angulis dorsalibus obsoletis; aculeis diffusis scabris, foliis vndique pilosis.

C. inuolucro uniuersali subnullo, umbella bifida, inuolucellis pentaphyllis. *Linn.* Syst. Plant. T. 1. p. 666. *Nonne* Erford. p. 225. *Plan.* Erford. p. 95.

C. *daucoides.* Verzeichniss der Pflanzen, welche nach der Anz. und Beschaff. ihrer Geschlechtsth. p. 163. n. 2.

Caulis ramosus, diffusus, pilis exiguis adpersus, striatus. *Folia* tripinnatifida, vndique pilis breuibus, sparsis obsessa. *Umbellae* uniuersales bifidae, laterales, oppositifoliae, pedunculis fere horizontalibus insidentes. *Umbellulae* quinque- sex- septemflorae, pedunculis obsolete tetragonis, validis insidentes. *Flores* plerique fertiles. *Inuolucrum* uniuersale plerumque nullum; *partialia* plerumque pentaphylla. lanceolato-linearia, fructus pedunculis duplo fere breuiora. *Fructus* cylindricus, calyce coronatus vndique setosus. *Semina* semicylindrica, aculeis confertis, pilosissimis, apice rectis, subcapitatis obsessa.

Differt a *Cauc. daucoides* 1. *Caule*, *Foliis*, *Petiolis* *Pedunculis*que vndique pilosis. 2. *Pedunculis* breuioribus, fere horizontalibus. 3. *Umbella* uniuersali semper fere

fere bifida. 4. *Fructibus* vndique fetis glaucis, confertis, pilosis, apice plerumque rectis, obfessis. 5. *Seminibus* semicylindricis, vix pedicello suo longioribus.

Flor. Germ. p. 120. n. 7. *Caucalis nodosa*.

C. feminibus ouatis: exterioribus hispida; interioribus scabris,

C. *nodosa*. Scop. Carn. ed. 2. n. 313.

C. *nodosa*, echinato semine. C. *Bauh.* pin. p. 153. prodr. p. 80. *Ioh. Bauh.* hist. 3. Lib. 27. p. 83. bona.

C. *humilis* ramosior? *Dill.* Gies. p. 124.

Tordylium nodosum umbellis simplicibus sessilibus, feminibus exterioribus hispida. *Lin.* Syst. Plant. T. I. p. 663. *Beitraege zur Botan.* Th. I. p. 17. n. 30. *Iacq.* Flor. Austr. v. 5. app. Tab. 24.

Caules prostrati, ramosi, diffusi, teretes, scabriusculi, dichotomi. *Folia* pilosa, internodiis breuiora. bipinnata: pinnis pinnatifidis. *Umbellae* laterales, oppositifoliae, sessiles, simplicissimae, multiflorae. *Flores* exigui, sessiles, vno alteroue sterili. *Fructus* sessilis, ouatus: in radio pilis rigidis, vncinatis vndique hispida: in disco punctis eleuatis tantum scaber.

Observ. In planta culta umbellae plerumque euadunt pedunculatae, sed Flores fructusque in Umbella conglomerata sessiles, vt in figura *Ioh. Bauhini* l. c. videre licet.

Flor. Germ. p. 120. n. 8. *Caucalis Anthriscus*.

C. feminibus oualibus, dorso aculeis sparsis scabris.

C. laciniis foliorum latis, feminibus ouatis aculeis rectis. *Crantz* stirp. austr. p. 226. *Moench.* Hafl. n. 226. *Willdenow* prodr. Berol. n. 316.

C. *Anthriscus*, Scop. Carn. ed. 2. n. 311. Verzeichn. der Pflanz. welche nicht in den gehoer. Class. und Ordn. des *Lin.* Syst. stehen p. 165. n. 11.

C. inuolucro exteriori angustifolio, laciniis foliorum latis, obrufis. *Boehm.* Lips. n. 497. *Nonne* Erford. p. 226. n. 4.

C. *Anthriscus* foliis bipinnatis scabris, feminibus ouatis. *Wigg.* prim. Flor. Holf. p. 23.

C. Seminibus hispidis, foliis hirsutis obtuse lobatis. *Hall.* Goett. p. 181. *Zinn.* Goett. p. 224.

C. femine aspero, flosculis rubentibus. *C. Bauh.* pin. p. 153. prodr. p. 80. *Bergen.* Flor. Francof. p. 191. n. 4. *Buxb.* Halens. p. 60. *Volck.* Norimb. p. 93.

C. Rivini. *Dill.* Gies. p. 136. *Rupp.* Jen. p. 278.

Tordylium Anthriscus umbellis confertis, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 663. *Doerr.* Nass. p. 233. *Gmel.* Tubing. p. 81. *Iacq.* Vind. p. 46. Flor. Austr. v. 3. Tab. 261. *Leers* Herborn. n. 196. *Leyff.* Halens. n. 269. *Murr.* prodr. Goett. p. 49. *Plan.* Erford. p. 95. *Pollich.* palat. n. 296. *Reichard* Flor. Moeno-Francof. n. 178. *Schoff.* Barb. n. 220. *Weigel* Flor. Pom. n. 182. *Wilke* Flor. Gryph. n. 149.

Caulis erectus, ramosus, scaber, striis rubris notatus. *Folia* magna, pilosa, scabra, bipinnata, saepius maculis sanguineis adpersa: *pinnis* pinnatifidis. *Umbellae* terminales, plerumque sexfidae, pedunculatae. *Umbellulae* planae, multiflorae, pedunculatae. *Flores* rubicundi, irregulares, petalis exterioribus paulo maioribus interioribus, in disco plerumque steriles. *Involucrum uniuersale* plerumque hexaphyllum; *foliis* subulatis, umbellae adpressis; *partialia* dimidiata, inaequalia, subulata, plerumque hexaphylla. *Fructus* ouatus, stylis coronatus. *Semina* ouata, dorso pilis rubicundis, apice incuruis, scabris, sparsis praedita.

Variat *Radius* umbellae uniuersalis octo et pluribus, cum totidem involucris uniuersalis foliolis.

Flor. Germ. p. 121. n. 9. *Caucalis.* *Sanicula.*

C. feminibus rotundis, hispidis, floribus omnibus sessilibus, foliis radicalibus orbicularibus profunde quinquelobis.

C. *Sanicula.* Verzeichn. der Pflanz, welche nicht in den gehoer. Class. und Ordn. p. 169. n. 19.

C. *Sanicula officin.* flosculis omnibus sessilibus: umbellis subcapitatis subternis. *Crantz* stirp. Austr. p. 228.

Sanicula europaea foliis radicalibus simplicibus, flosculis omnibus sessilibus. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 652. *Boehm.* Lips. n. 495. *Doerr.* Nass. p. 202. *Gmel.* Tubing. p. 80. *Iacq.* Vind. p. 44. *Leers* Herborn. n. 191. *Leyff.* Halens. n. 260. *Moench.* Hass. n. 221. *Murr.* prodr. Goett. p. 48. *Nonne* Erf. p. 226. *Plan.* Erford. p. 94. *Pollich* palat. n. 265. *Reichard* Flor.

Flor. Moeno - Francof. n. 171. Scholl. Barb. n. 214. Weigel Flor. Pom. n. 181. Wigg. prim. Flor. Holst. p. 27. Wilke Fl. Gryph. n. 148. Zimm. Goett. p. 225. Oeder Flor. Dan. Tab. 283. Herbar. vii. Plant. offic. Fasc. 4. Nro. 9.

Sanicula. Hall. Gött. p. 183. Dill. Gief. p. 64.

S. officinarum. C. Bauh. pin. p. 319. Bergen Flor. Francof. p. 191. Buxb. Halens. p. 293. Rupp. Ien. p. 279. Volck. Norimb. p. 367.

Astrantia Diapensia floribus sessilibus: seminibus aculeatis. Scop. Carn. ed. 1. p. 336. n. 1. ed. 2. n. 304.

Caulis plerumque pedalis, nudus, nitidus, glaber, non raro vno alteroue ramo florifero basi folio laciniato fulto suctus. *Folia* radicalia, in orbem congesta, longe petiolata, orbicularia, nitida, duriuscula, quinqueloba: lobis trifidis, inciso-serratis, cuneiformibus. *Vmbella vniuersalis* quadrifida, terminalis, inaequalis: radiis longis, iterum trifidis; centrali plerumque longiori, simplici. *Flores* in umbellulae radiis conglomerati, sessiles, rubicundi, disci abortientes. *Inuolucrum vniuersale* plerumque pentaphyllum; foliolis inaequalibus, trifidis aut dentatis. *Inuolucra partialia* pentaphylla vniuersali similia, sed minora. *Inuolucella* sub florum glomerulis polyphylla, lanceolato-lineararia, integerrima, imbricata. *Fructus* rotundus, calyce stilisque coronato, hispido. *Semina* fetis vncinatis densis vndique obfesa.

Variat *Foliis* compositis digitatis

Sanicula foliis radicalibus compositis digitatis, foliolis inciso-serratis, flosculis omnibus sessilibus. Gmel. Tubing. p. 80.

Differt tantummodo *Foliis caulinis* raris, digitatis, sessilibus, mox infra umbellam latis: lobis linearibus.

Observ. I. Wiggersius l. c. *Crantzium Saniculam* non bene *Caucalidis* generi associasse contendit, cuius asserti causam non perspicio. Umbellae confertae, subcapitatae minus valent pro caractere generico, quam seminum figura atque textura.

Observ. II. Scopoli l. c. *Saniculam Astrantiae* generi adscripsit et quidem minori cum iure. Non solum umbellarum structura, sed seminum etiam figura et textura longissime inter se differunt.

Flor. Germ. p. 121. n. 10. *Caucalis Scandinica*.

C. feminibus ouato-acuminatis, dorso aculeis breuibus sparsis.

C. foliis tripinnatis, feminibus acuminatis. *Wiggers* prim. Flor. Hoffat. p. 23. *Willdenow* prodr. Berol. n. 317.

C. Scandix. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 312.

C. Scandix Anthriscus. *Verz.* der Pflanz. welche nicht in den gebor. Claff. p. 167. n. 14.

C. folio Chaerifolii. *Buxb.* Halenf. p. 60. *Dill.* Gief. p. 73. *Hall.* Goett. p. 182.

C. Chaerophylli folio. *Rupp.* Ien. p. 278.

C. Cicutarise folio, umbelia candida? *Volck.* Norimb. p. 92.

Chaerophyllum fylueftre, feminibus breuibus hirsutis. *Ber-gen* Flor. Francof. p. 185. n. 1. *Boehm.* Lipf. n. 493. *Nonne* Erford. p. 227. n. 1. *Zinn.* Goett. p. 227.

Scandix Anthriscus feminibus ouatis hispidis, corollis uniformibus, caule laeui. *Linn.* Syst. Plant. T. 1. p. 706. *Beitraege zur Botan.* Th. 1. p. 20. n. 34. *Gmel.* Tubing. p. 333. *Iacq.* Vind. p. 50. Flor. Austr. v. 2. Tab. 154. *Leers* Herborn n. 211. *Leyff.* Hal. n. 294. *Murr.* prodr. Goett. p. 49. *Plan.* Erford. p. 99. *Pollich.* palat. n. 297. *Reichard.* Flor. Moeno - Francof. app. n. 961. *Scholl.* Barb. n. 236. *Weigel* Flor. Pom. n. 196. Flor. Dan. Tab. 863.

Caulis erectus ramosus, diffusus, sulcatus, nodosus, nitidus, glaber. *Folia* tripinnata, subtus praecipue pilosa, basi vaginantia. *Umbellae* laterales, breuiter pedunculatae aut sessiles, versus caulis apicem longius pedunculatae, quadri- aut quinquefidae. *Umbellulae* paruae. *Inuolucrum uniuersale* plerumque nullum. *Partialia* tetra- seu pentaphylla; *foliolis* lanceolatis, adpressis. *Fructus* clauaeformis, scaber. *Semina* nigra, ouato-oblonga, aculeis incuruis, sparsis hirta.

A T H A M A N T A.

Crantz stirp. Austr. Fasc. III. Tab. 1. Nro. 20.

Obferu. I. Nomen genericum *Linnei* retinui, *Crantz* autem cum recentioribus nonnullis botanicis *Libanotidis* nomen huic generi impofuit.

Obferu. II. Villum Fructus facile detergi obferuauit *Crantz*.

Flor. Germ. p. 121. n. 1. Athamanta *Libanotis*.

A. foliis bipinnatis planis, umbella hemisphaerica, seminibus hirsutis. *Linm. Syft. Plant. T. 1. p. 675. Doerr. Nass. p. 55. Jacq. Vind. p. 46.*

Libanotis Riuiiana Scop. Carn. ed. 2. n. 316.

Libanotis pinnulis circa costam decuffatis. Hall. Goett. p. 183. Bergen Flor. Francof. p. 185. Zimm. Goett. p. 226.

Libanotis Apii folio minor. C. Bauh. pin. p. 157.

Libanotis montana? Crantz stirp. Austr. p. 222.

Libanotis Riuiini. Buxb. Halenf. p. 185. Rupp. Ien. p. 280.

Apium petraeum siue montanum album. Ioh. Bauh. hift. 3. Lib. 27. p. 105.

Daucus montanus apii folio minor. C. Bauh. prodr. p. 77.

Caulis erectus, ramosus, angulatus, canaliculatus. Folia glabra, pallide viridia, bipinnata, basi vaginantia: pinnis suboppositis, horizontalibus; pinnulis incis. Umbella uniuersalis et Umbellulae multifidae, hemisphaericae. Inuolucrum uniuersale et partialia polyphylla, linearia. Flores aggregati, sordide albi. Fructus ouatus, obtusus, villosus.

Flor. Germ. p. 121. n. 2. Athamanta *annua*.

A. foliis multipartitis: laciniis linearibus teretiufculis, acuminatis. *Linm. Syft. Plant. T. 1. p. 678.*

Libanotis annua Wigg. prim. Flor. Holf. p. 25.

*Libanotis Daucus creticus offic. foliis capillaribus longis, caule foliofo et ramofo. Crantz stirp. Austr. p. 222. * 2. italica.*

Plantam mihi ignotam auctoritate *Wiggersii* et *Crantzii*, qui cum *Atham. cretensi* *Linm.* coniunxit, huc retuli.

B. *fructu nudo, sulcato, costato aut striato.*

M Y R R H I S.

Observa. Præeuntibus Scopoli et Wiggers Myrrhidem odoratam a Scandice et Chaerophyllo remoueri et ob femina fulcata, pentagona angulis acutis scabriusculis non immerito proprium genus efficere putauit. Cum Chaerophyllo coniunxit Crantz stirp. Austr. Fasc. III. Tab. I. Nro. II. fig. exterior.

Flor. Germ. p. 122. Myrrhis odorata.

M. umbellis fructiferis strictis, feminibus maximis, pentagonis.

M. odorata Scop. Carn. éd. 2. n. 341. Wigg. prim. Flor. Holfat. p. 23.

M. feminibus profunde fulcatis maximis. Hall. Goett. p. 185.

M. perennis, femine striato, alba maior odorata. Volk. Norimb. p. 296.

M. maior, Cicutaria odorata. C. Bauh. pin. p. 160.

M. magno femine longo fulcato. Joh. Baun. hist. 3. Lib. 27. p. 77.

Scandix odorata feminibus fulcatis angulatis. Linn. Syst. Plant. T. I. p. 705. Moench. Hall. n. 238. Jacq. Flor. Austr. v. 5. app. Tab. 37.

Frutex saepe altus; ramis oppositis. *Folia* opposita, subrotunda, ampla; trilobata, acuminata, serrata, glabra. *Petioles* fulcati, tuberculis quatuor seu sex reniformibus sessilibus praediti. *Stipulae* ad petiolorum basin duae, subulatae, deciduae. *Corymbus* terminalis, pedunculatus, planus, radiatus. *Flores* radii ampli, regulares, steriles, ne rudimento quidem fructificans partium gaudentes: *disci* flores multo minores, flavicantes, regulares, fertiles. *Baccae* orbiculatae, succulentae, purpureae, calyce minimo coronatae, monospermae. *Semen* compressum, cordatum. *Bractae* ad pedunculorum basin minimae, deciduae.

C. roseum.

Differt *Floribus* omnibus amplis, candidissimis, sterilibus in cynam globosam conglomeratis.

Observu. *Flores* disci minores in hac varietate omnes transeunt in flores radii magnos, steriles, laetissimumque adpectum praebent.

S A M B U C U S.

Flor. Germ. p. 137. n. I. *Sambucus Ebulus.*

S. cymis tripartitis, stipulis foliaceis, caule herbaceo. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 736. *Doerr.* Nassf. p. 237. *Iacq.* Vind. p. 53. *Nonne* Erf. p. 34. n. I. *Plan.* Erford. p. 102. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 371. *Weig.* Fl. Pom. n. 205. *Wilke* Fl. Gryph. n. 168.

S. her.

S. herbacea, floribus umbellatis. *Hall. Goett. p. 191. Boehm. Lips. n. 60. Zimm. Goett. p. 210.*

S. humilis sine Ebulus. *C. Bauh. pin. p. 456. Bergen Fl. Francof. p. 72. n. 5. Dill. Gies. p. 129. Hoppe Flor. Germ. p. 24. Rupp. Ien. p. 45.*

Ebulus officinarum. *Volck. Norimb. p. 146.*

Radix repens, alba. *Caulis* erectus, herbaceus, bi- seu tripedalis, teres, sulcatus, pubescens. *Rami* oppositi. *Folia* opposita, palmaria, pubescentia, pinnata: *pinnis* ovato-lanceolatis, serratis. *Stipulae* ad foliorum basin, foliaceae, ovato-acuminatae. *Corymbi* terminales, planiusculi, plerumque trifidi. *Flores* ex albo purpurascens. *Baccae* nigrae, trispermae.

Flor. Germ. p. 137. n. 2. Sambucus nigra.

S. cymis quinquepartitis, caule arboreo *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 737. Jacq. Vind. p. 53. Nonne Erford. p. 34. n. 2. Plan. Erford. p. 102. Scop. Carn. ed. 2. n. 372. Weig. Fl. Pom. n. 206. Wilcke Fl. Gryph. n. 169.*

S. arborea, floribus umbellatis. *Hall. Goett. p. 191. Boehm. Lips. n. 59. Zimm. Goett. p. 210.*

S. fructu in umbella nigro. *C. Bauh. pin. p. 456. Berg. Flor. Francof. p. 71. n. 1. Buxb. Halens. p. 292. Rupp. Ien. p. 44.*

S. vulgaris. *Ioh. Bauh. hist. I. p. 544. Dill. Gies. p. 89. Volck. Norimb. p. 367.*

Frutex ad arboris magnitudinem accedens. *Rami* oppositi. *Folia* opposita, pinnata: *pinnis* ovatis, acuminatis, serratis, glabris. *Stipulae* ad basin petiolorum exiguae, subulatae. *Corymbus* terminalis, planiusculus, plerumque quinquefidus. *Flores* albi. *Baccae* nigrae. *Bractee* ad basin pedunculorum ovatae, coloratae.

Variat *Baccis* albis

Sambucus fructu albo. *Volck. Norimb. p. 367.*

S. acinis albis. *Ioh. Bauh. hist. I. p. 544.*

S. fructu in umbella viridi. *C. Bauh. pin. p. 456. Hoppe Flor. Ger. p. 24. Linn. l. c. β. Bergen l. c. n. 2.*

n. 2. *Nonne* Erford. l. c. var. *Plan.* Erford. l. c. β .
Rupp. Ien. p. 44.

Flor. Germ. p. 137. n. 3. *Sambucus racemosa*.

S. racemis compositis ouatis, caule arboreo. *Linn. Syst. Plant* T. I. p. 738. *Doerr. Nass.* p. 273. *Iacq. Vind.* p. 53. *Scop. Carn.* ed. 2. n. 373.

S. arborea, floribus spicatis. *Hall. Goett.* p. 191.

S. caule arboreo, floribus racemosis. *Zinn. Goett.* p. 310.

S. racemosa rubra. *C. Bauh.* pin. p. 456. *Bergen Flor. Francof.* p. 71. n. 3. *Dill. Gief.* p. 47. *Hoppe Flor. Ger.* p. 24. *Rupp. Ien.* p. 45.

S. racemosa, acinis rubris. *Ioh. Bauh. hist.* I. p. 549.

Frutex ad arboris magnitudinem accedens. *Folia* opposita, pinnata, glauco-viridia, glabra: *pinnis* ouato-lanceolatis, acuminatis, acute ferratis. *Racemus* terminalis, ouatus, compositus, pedunculatus. *Flores* viridescentes. *Baccae* rubrae. *Stipulae* ad petiolorum basin obtusae, crassiusculae, obtusae.

* * *Flores inferi.*

R H V S.

Omiss. in Flor. Germ. *Rhus Coriaria*.

R. foliis pinnatis obtusiuscule ferratis ovalibus, subtus villosis. *Linn. Syst. Veget.* p. 292. *Syst. Plant.* T. I. p. 727. *Nonne* Erford. p. 176. *Plan.* Erford. p. 101.

R. folio Vlmi. *C. Bauh.* pin. p. 414.

Frutex ad arboris altitudinem accedens. *Rami* alterni; iuniores hirsuti, vulnerati lactescentes. *Folia* alterna, pinnata, supra glabriuscula, subtus tomentosa: *pinnis* ouato-lanceolatis, acuminatis, neruosis, obtuse ferratis. *Racemus* terminalis, ouatus, compositus, densus. *Flores* pentapetali, flavescentes. *Baccae* purpureae, hirsutae, monospermae.

Obseru. *Rhus* differt a *Sambuco* Floribus pentapetalis, inferis. *Bacca* monosperma,

STAPHYLEA.

Flor. Germ. p. 137. *Staphylea pinnata*.

S. foliis pinnatis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 739. Doerr. Nass. p. 274. Jacq. Vind. p. 53. Nonne Erf. p. 174. Plan. Erford. p. 102. Zinn. Goett. p. 206.*

Staphylodendron pinnatum. Scop. Carn. ed. 2. n. 374.

Staphylodendron. Joh. Bauh. hist. 1. p. 274. Dill. Gies. pp. p. 32.

Frutex humanae altitudinis. Folia pinnata, glabra, opposita: pinnis ovatis, acuminatis, tenuissime ferratis. Stipulae ad basin petiolorum membranaceae, obtusae, deciduae. Racemus terminalis, laxis pendulus; ramis oppositis. Flores albi. Styli duo, seu tres. Capsula inflata, trilocularis. Semina constanter duo, ossea, nitidissima, in loculamentis capsulae: tertio abortiente. Bractee stipulis similes.

ALSINE.

Flor. Germ. p. 138. *Alfina media*.

A. petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 746. Doerr. Nass. p. 39. Jacq. Vind. p. 53. Nonne Erford. p. 183. n. 4. Plan. Erford. p. 102. Weig. Fl. Pom. n. 207. Wilke Fl. Gryph. n. 170.*

A. foliis ovatis, cordatis, floribus trigynis. *Boehm. Lips. n. 378.*

A. pentastemon, petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis. *Zinn. Goett. p. 186.*

A. pentastemon, petalis bipartitis. *Hall. Goett. p. 158.*

A. floribus pentandris, foliis ovato-cordatis. *Scop. Carn. ed. 1. p. 496. ed. 2. n. 376.*

A. media. *C. Bauh. pin. p. 250. Bergen Flor. Francof. p. 133. n. 1. Buxb. Halensf. p. 16. Dill. Gies. p. 41. Rupp. Ien. p. 109. Volck. Norimb. p. 20.*

A. vulgaris siue morsus gallinae. *Joh. Bauh. hist. 3. p. 363.*

Caules plures ex vna radice, procumbentes, digitales et palmares, pubescentes, ramosi, dichotomi. Folia opposita,

posita, cordato-ouata, integerrima, glandula terminata, *petiolis* ciliatis infidentia. *Pedunculi* ex alis ramorum et foliorum solitarii, uniflori; *fructiferi* deflexi. *Flores* albi, *petalis* bidentis, vix calyci aequalibus. *Stamina* saepius quinque. *Capula* unilocularis, saepe trialuis. *Semina* subrotunda exigua, flaua.

Variat 1. *Staminibus* 3. 4. 6 ad 10.

2. *Capula* quinque - seu sexualui.

C O R R I G I O L A.

Flor. Germ. p. 138. *Corrigiola littoralis*.

Corrigiola. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 743. Hall. Goett. p. 159.*

C. caule fasciculis florum terminato. *Bergen Flor. Francof. p. 135. Zinn. Goett. p. 45.*

Polygonifolia. *Dill. Gies. p. 150. append. p. 95. Tab. 3. Buxb. Halens. p. 266.*

Polygonum littoreum minus, flosculis spadiceo-albicantibus. *C. Bauh. pin. p. 281. prodr. p. 131. Rupp. ien. p. 96.*

Polygonum vel Linifolia, per terram sparsa, flore scorpioidis. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 379.*

Caules plures ex vna radice, repentes, angulosi, glabri, dichotomi, punctis purpureis hinc inde adpersi. *Folia* carnosae, integra, margine pellucida, glabra: *radicalia* longa, oboualilanceolata; *caulina* alterna, radicalibus breuiora. *Stipulae* minimae, pellucidae, membranaceae. *Flores* laterales et terminales, conglomerati, albidi, pedunculati. *Bractee* fetaceae.

T E T R A G Y N I A.

P A R N A S S I A.

Flor. Germ. p. 138. *Parnassia palustris*.

Parnassia. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 749. Boehm. Lipf. n. 351. Doerr. Nass. p. 172. Hall. Goett. p. 95. Jacq. Vind. p. 54. Nonne Erford. p. 172. Plan. Erford. p. 103. Rupp. ien. Flor. Germ. Vol. II. P. I. A a p. 114.*

p. 114. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 378. *Weig.* Flor. Pom. 208.
Wilke Flor. Gryph. n. 171. *Zinn.* Goett. p. 124.

P. palustris et vulgaris. *Bergen* Flor. Francof. p. 137. *Dill.*
Gief. p. 172.

Cistus palustris humilis *Hederae folio perfoliata nostras.*
Volck. Norimb. p. 113.

Gramen *Parnassi albo simplici flore.* *C. Bauh.* pin. p. 309.

Gramen *Parnassi Dodonaei*, quibusdam hepaticus flos. *Ioh.*
Bauh. hist. 3. p. 537.

Caules plures plerumque ex vna radice, erecti, simplicissimi, sulcati, digitales et palmares, glabri, infra medium folio solitario praediti. *Folia* cordato-subrotunda, acutiuscula, integerrima, superne laete viridia, venoso-reticulata: *radicalia* in cespitem congesta, longe petiolata; *caulinum* sessile, amplexicaule. *Flos* terminalis, solitarius, candidus, spectabilis.

P E N T A G Y N I A.

L I N V M.

Flor. Germ. p. 139. n. 1. *Linum vfitatissimum.*

L. calycibus capsulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule subsolitario. *Lin.* Syst. Plant. T. I.
 p. 758. *Iacq.* Vind. p. 54. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 381.

L. aruense. *C. Bauh.* pin. p. 214.

L. fatium plane referens. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 452.

Caulis erectus, plerumque solitarius, superne ramosus. *Folia* lanceolata, sparsa, acuminata, glabra. *Flores* terminales, magni, coerulei. *Calycis foliola* acuminata, margine membranacea.

Omiss. in Flor. Germ. *Linum narbonense.*

L. calycibus acuminatis, foliis lanceolatis sparsis, strictis, scabris, acuminatis, caule tereti basi ramoso. *Lin.* Syst. Veget.
 p. 302. Syst. Plant. T. I. p. 760.

L. sylvestre coeruleum, folio acuto. *C. Bauh.* pin. p. 214.
 prodr. p. 107. *Dill.* Gief. append. p. 24.

Differt ab antecedente 1. *Radice* perenni. 2. *Caule* basi ramofo, incuruo. 3. *Foliis* scabris strictioribus. 4. *Floribus* duplo fere minoribus. 5. *Calycibus* ratione floris maioribus; *foliolis* lato-lanceolatis, mucrone euidentiore terminatis. 6. *Filamentis* basi coalitis.

Flor. Germ. p. 139. n. 2. *Linum tenuifolium*.

L. calycibus acuminatis, foliis sparsis lineari-fetaceis, retrorsum scabris. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 760. Iacq Vind. p. 54. Scop. Carn. ed. 2. n. 386. Zinn. Goett. p. 181.*

L. perenne, foliis angustissimis, calyce aristato. *Hall. Goett. p. 146.*

L. sylvestre angustifolium, flore magno. *C. Bauh. pin. p. 214.*

Caules plures ex vna radice, erecti, stricti, simplicissimi, superne dichotomi, palmares et pedales. *Folia* sparsa, lanceolato-linearia, subulata, rigidiuscula, deorsum scabra. *Flores* terminales, coerulei, satis magni. *Calycis foliola* lanceolato-linearia, acutissima, aristata.

Variat *Floribus* purpurascensibus.

Linum tenuifolium. Reichgrd Flor. Moeno-Francof. append. n. 964. Pollich palat. n. 318.

L. sylvestre angustifolium, floribus dilute purpurascensibus vel carneis. *C. Bauh. pin. p. 214. Dill. Giesf. append. p. 24.*

Differt. *Caule* plerumque maiore, statim a basi ramofo, non raro procumbente. *Floribus* ex albo et violaceo purpurascensibus.

Flor. Germ. p. 139. n. 3. *Linum catharticum*.

L. foliis oppositis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. *Linn. Syst. Plant. T. I. p. 765. Doerr. Nass. p. 143. Iacq. Vind. p. 54. Norne Erf. p. 178. n. 2. Plan. Erford. p. 103. Scop. Carn. ed. 2. n. 389. Weigel Flor. Pom. n. 210. Oberu. bot. p. 26. Herbar. viu. Plant. officin. Fasc. 7. Nro. 9.*

L. foliis coniugatis, petalis albis acutis. *Hall. Goett. p. 146. Boehm. Lips. n. 362. Zinn. Goett. p. 181.*

L. catharticum. *Rupp.* Ien. p. 132.

L. sylvestre catharticum. *Dill.* Gief. p. 75.

L. pratenſe floſculis exiguis. *C. Bauh.* pin. p. 214. *Ber-gen.* Flor. Francof. p. 198. n. 4. *Buxb.* Halenſ. p. 195.

Alſine verna glabra floſculis albis, vel potius *Linum* minimum. *Ioh. Bauh.* hiſt. 3. p. 455.

Caulis erectus, baſi non raro procumbens, tenuis, filiformis, glaber, dichotomus, digitalis, palmaris et nonnunquam altior. *Folia* oppoſita, ovata, ſubacuminata, integerrima, ſeſſilia, glabra. *Flores* terminales, albi. *Petala* ovata, acuminata obtuſiuſcula.

Variat 1. *Caule* minore, *Flore* pallide luteo.

Linum ſylveſtre minus. *C. Bauh.* pin. p. 214. *Ber-gen.* Flor. Francof. p. 198. n. 5.

2. *Staminibus* quatuor, *Piſtillis* quatuor, *Capsula* quadri-
alui, octoloculari.

Flor. Germ. p. 140. n. 5. *Linum auiſtriacum.*

L. calycibus rotundatis obtuſis, foliis linearibus acutis, re-
ctiuſculis. *Linn.* Syſt. Plant. T. 1. p. 762. *Iacq.* Vind. p. 54.
Scop. Carn. ed. 2. n. 388.

L. ſylveſtre anguſtifoſium, foliis rarioribus. *C. Bauh.* pin.
p. 214.

Simillimum *Lino* uſtatiffimo et differt tantummodo 1. *Fo-
liis* remotioribus. 2. *Caule* plerumque altiore. 3. *Floribus* ma-
ioribus, ſpecioſis. 4. *Petalis* integerrimis. 5. *Calycis* foliolis
ouatis, obtuſis.

Obſeru. *Linum Radiola* ob ſtamina conſtanter quatuor, *pi-
ſtillis* quatuor, *Capsulam* quadrialuem, octolocu-
larem ab hoc genere remotum et ad Clafſem quar-
tam ſub nomine genetico *Radiola* relatum eſt, vid.
Flor. Germ. p. 91.

D R O S E R A.

Obſeru. Specierum germanicarum *Droſerae* Folia irritabilitate
quadam pollent. Vid. *Beitraege zur Botan.* Th. I.
pag.

pag. 60 — 76. Magazin fuer die Botan. Stueck 2.
p. 27 — 30.

Flor. Germ. p. 140. n. 1. *Drosera rotundifolia*.

D. scapis radicatis, foliis orbiculatis. Linn. Syst. Plant. T. I. p. 766. Doerr. Nassi. p. 98. Nonne Erford. p. 177. n. 1. Plan. Erford. p. 103. Weigel Flor. Pom. n. 212. Wilke Flor. Gryph. n. 174. Zinn. Goett. p. 182.

Roella caule simplici, foliis rotundis retusis. Hall. Goett. p. 147. Boehm. Lipt. n. 359.

Roella. Buxb. Hal. p. 285. Dill. Gies. p. 116.

Roella vulgaris et officinarum. Bergen. Flor. Francof. p. 136. Rupp. Ien. p. 114.

Ros folis folio rotundo. C. Bauh. pin. p. 357. Volck. Norimb. p. 360.

Ros folis foliis circinnato-rotundatis. Joh. Bauh. hist. 3. p. 753. fig. altera.

Folia in orbem congesta, longe petiolata, orbiculata, supra concava, pilis purpureis, versus centrum sensim decrefcentibus. capitatis et saccum glutinosum exudantibus praedita; subtus glabra. *Scapus* nudus, plerumque digitalis, ruber, simplex, glaber, in racemum simplicem, secundum terminatus. *Flores* alterni, breuiter pedunculati, albi.

Flor. Germ. p. 140. n. 2. *Drosera longifolia*.

G. anglica Huds. & Smith. *S. longifolia* Hayne & Breves & Roth Cata

~~*D. scapis radicatis, foliis ovali-oblongis.* Linn. Syst. Plant. T. I. p. 766. Nonne Erford. p. 177. n. 2. Plan. Erford. p. 104. Weigel Flor. Pom. n. 213. Wilke Flor. Gryph. n. 175. Zinn. Goett. p. 182.~~

~~*Roella caule simplici, foliis ellipticis.* Hall. Goett. p. 147. Bergen. Flor. Francof. p. 136. n. 2. Boehm. Lipt. n. 360.~~

Ros folis syluestris longifolius. Volck. Norimb. p. 360.

Ros folis folio oblongo. C. Bauh. pin. p. 357. Joh. Bauh. hist. 3. p. 753. fig. prior.

Differt tantum ab antecedente *Foliis* obouali-lanceolatis in petiolum decurrentibus, et ita folium longius quam latius.

Obferu. I. Florefcentiae tempus ab hora nona matutina ad vndecimam meridianam.

Obferu. II. *Scopoli* hanc et antecedentem *Droferam* in vnam fpeciem coniunxit fub *Rore folis feptentrionali Carn.* ed. 2. n. 390.

S T A T I C E.

Flor. Germ. p. 141. n. I. Statice *Armeria.*

S. fcapo fimplici capitato, foliis linearibus. *Linn. Syft. Plant. T. I. p. 753. Jacq. Vind. p. 55. Scop. Carn. ed. 2. n. 379. Zinn. Goett. p. 376.*

S. caule nudo fimpliciffimo. *Hall. Gött. p. 349.*

Statice. *Bergen Flor. Francof. p. 198. n. I. Boehm. Lipf. n. 358. Buxb. Halenf. p. 313. Dill. Gief. app. p. 32. Hoppe Flor. Ger. p. 55. Rupp. Ien. p. 96.*

Scabiofa montana globulofa flore gramineo, foliis anguftioribus. *Volck. Norimb. p. 336.*

Caryophyllus montanus maior, flore globofa. *C. Bauh. pin. p. 211.*

Caryophyllus flos aphyllorcaulos vel Iuncus maior. *Ioh. Bauh. hift. 3. pag. 336.*

Folia in cespitem denfum congefta, linearia, graminea, fcaabriufcula, integerrima, carinata. *Scapi* plures ex vna radice, pedales, fimplices, nudi, fcaabriufculi, teretes, terminati *Capitulo* denfo multifloro. *Flores* fubfeffiles, violacei. *Bractea* tubulofa, paleacea, reflexa, tenuiufcula infra capitulum Scapo adhaerens. *Calyx communis* polyphyllus, *foliolis* paleaceis, aridis capitulum obuallantibus compositus. *Bractea* ad quemuis folitaria, albida, fplendens, cancaua.

Variat I. *Scapo* minori foliis aequali.

Statice montana minor. *Bergen Flor. Francof. p. 198. n. 3. Zinn. Goett. p. 376. G.*

Caryophyllus montanus minor. *C. Bauh. pin. p. 211. Boehm. Lipf. n. 358. var. 3. Linn. l. c. G. Leyff. Halenf. n. 325, β.*

2. *Flore albo.*

Statice flore albo. *Bergen Flor. Francof. l. c. n. 2.*
Boehm. Lipf. l. c. var. 1.

Flor. Germ. p. 141. n. 2. Statice *Limonium.*

S. scapo paniculato tereti, foliis laevibus eneruiis, subtus mucronatis. *Lim. Syst. Plant. T. I. p. 753. Scop. Carn. ed. 2. n. 380.*

Limonium maritimum maius. C. Bauh. pin. p. 192.

Limonium multis maius, aliis Behen rubrum. Joh. Bauh. hist. 3. p. 860.

β. minor.

Limonium maritimum minus, oleae folio. C. Bauh. pin. p. 192.

Limonium minus. Joh. Bauh. hist. 3. p. 861.

Folia in orbem congesta, elliptica, vtrinque attenuata, in petiolum decurrentia, subtus sub apice mucrone reflexo praedita, integerrima, glabra. *Scapus* teres, nudus, strictus, ramosus, dichotomus, pedalis et altior. *Panicula* terminalis corymbosa; ramis dichotomis, angulatis, diuaticatis. *Flores* secundi, sursum spectantes, in summis ramis quasi spicati, coerulei. *Bracteae* ovato-lanceolatae, mucronatae, paleaceae: ad quemuis ramum solitariae; sub floris singulo calyce binae, basi cohaerentes, ouatae, viridifcentes.

γ. minor.

Differt *Foliis* crassioribus, obtusioribus, minoribus. *Scapo* minori, magis ramoso. *Floribus* pallidioribus.

P O L Y G Y N I A.

M Y O S V R V S.

Flor. Germ. p. 141. *Myofurus minimus.*

M. foliis integerrimis. *Lim. Syst. Plant. T. I. p. 778.*
Boehm. Lipf. n. 420. Doerr. Nass. p. 157. Hoppe Flor. Ger. p. 61. Jacq. Vind. p. 55. Nonne Erford. p. 198. Plan. Erf.

p. 104. *Weigel* Flor. Pom. n. 214. *Wilke* Flor. Gryph. n. 176. *Zinn* Gö t. p. 128.

Myrturos. *Joh. Bauh.* hist. 3. p. 512. *Bergen* Flor. Francof. p. 160 n. 1. *Buxb* Hal. p. 231. *Dill.* Gies. p. 50. *Hall-Goett.* p. 98. *Rupp.* Ien. p. 105. *Volkam.* Norimb. p. 296.

Holosteo affinis *Cauda muris.* *C. Bauh.* pin. p. 190.

Folia in orbem congesta, linearia, crassiuscula, compressa. integerrima, obtusâ, glabra. *Scapi* plures ex vna radice, simplicissimi, superne paululum incrassati, nudi, glabri, planiusculi. terminati flore solitario, pallide flauo. *Petala* superne latiora, in vngues fetaceos desinentia, fugacea. *Thalamus* aetate elongatus, conicus, semidigitalis et nonnunquam maior, cui femina plurima adnata.

Variat *Staminibus* 4, 6, 7 et pluribus.

* * * * *

Ad hunc ordinem Class. V. pertinerent quoad partium numerum *Spergula pentandra* Flor. Germ. p. 196. n. 2. *Cerastium semidecandrum.* Flor. Germ. p. 197. n. 3. *Geranium cicutarium* et *pufillum* Flor. Germ. p. 292 et 293. n. 1. 2.

 CLASSIS VI.

H E X A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

* *Flores calyculati, calyce corollaque instructi.*

B E R B E R I S.

Flor. Germ. p. 144. *Berberis vulgaris.*

B. pedunculis racemosis. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 106. Doerr. Nass. p. 253. Jacq. Vind. p. 55. Nonne Erford. p. 245. Plan. Erford. p. 112. Scop. Carn. ed. 2. n. 437. Weig. Fl. Pom. n. 234. Zinn. Goett. p. 206.

B. spinis triplicibus. Boehm. Lips. n. 53.

B. dumetorum C. Bauh. pin. p. 455. Bergen Fl. Francof. p. 139. Buxb. Halens. p. 6. Dill. Giesl. p. 66. Volck. Norimb. p. 62.

B. officinarum. Rupp. Ien. p. 156.

B. vulgo quae et Oxyacantha putata. Joh. Bauh. hist. 1. p. 52.

Berberis. Hall. Goett. p. 171.

Frutex humanae altitudinis. *Rami* alterni. *Aculei* tres, rigidi, recti et maxime pungentes sub quavis gemma et ramo. *Folia* ovata, obtusa, glabra, in petiolum breuem decurrentia, ferrata; *ferraturis* in spinulam terminatis. *Florum racemi* nuntantes, in ramis brevissimis terminales. *Flores* flavi. *Bractae* exiguae ad pedunculorum basin. *Baccae* ovato-oblongae, purpureae, dispermae.

Variat *Aculeis* solitariis.

* * * *

Observ. *Trientalis europaea* Flor. Germ. p. 164. non raro occurrit staminibus sex, cum calyce et Corolla hexaphylla.

* * *Flores spathacei seu glumacei.*

L E V C O I V M.

Flor. Germ. p. 144. *Levcoium vernum.*

L. spatha uniflora, stylo clauato. *Linn. Syst. Plant. Tom. 2. p. 15. Doerr. Nass. p. 142. Nonne Erford. p. 240. Plan. Erford. p. 106. Scop. Carn. ed. 2. n. 392. Zinn. Goett. p. 95.*

L. petalis aequalibus. *Hall. Goett. p. 69. Boehm. Lipsf. n. 528.*

L. bulbosum vulgare. *C. Bauh. pin. p. 55. Buxb. Hal. p. 184. Hoppe Flor. Ger. p. 92.*

L. fylvaticum. *Rupp. Ien. p. 151.*

L. praecox maius, sex petalis aequalibus et albis. *Volck. Norimb. p. 250.*

L. bulbosum hexaphyllum cum vnico flore, rarius bino. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 590.*

Narcisio - Levcoium vulgare. *Bergen Flor. Francof. p. 204 n. 1. Dill. Gief. p. 36.*

Radix bulbosa, albida. Folia plerumque sex, plana, glabra, obtusa, lanceolata. Scapus erectus, digitalis, spithameus, foliis longior, simplex, glaber, anceps, vniflorus. Spatha bivalvis. Corolla nutans, alba, campanulata. Petala aequalia, apice incrassato, obtuso, viridescenti. Antherae luteae, filamentis longiores, biloculares, apice dehiscentes, muticae.

Variat Scapo bifloro.

G A L A N T H V S.

Flor. Germ. p. 144. *Galanthus niualis.*

Galanthus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 15. Iacq. Vind. p. 56. Scop. Carn. ed. 2. n. 391. Zinn. Goett. p. 94.*

Levcoium bulbosum trifolium minus. *C. Bauh. pin. p. 56.*

Levcoium bulbosum minus triphyllon. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 59.*

Radix bulbosa. *Folia* glabra, triquetro-plana, obtusa, apicibus callosis, plerumque tria. *Scapus* anceps, debilis, striatus, plerumque uniflorus. *Spatha* sulcata. *Corolla* alba, patens. *Petala* tria exteriora, maiora, patentia, elliptica, undulata; tria interiora seu potius *Nectararia* erecta duplo minora, supra medium macula cordiformi viridi picta, internae lineis luteo-viridibus striata. *Antherae* connuentes, apice dehiscentes, aristatae. *Stylus* teres, subulatus.

N A R C I S S V S.

Flor. Germ. p. 145. n. 1. *Narcissus poeticus.*

N. *Spatha* uniflora, nectario rotato breuissimo scariofo, crenulato. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 17. Scop. Carn. ed. 2. n. 394.*

N. albus, circulo purpureo. *C. Bauh. pin. p. 48.*

Radix bulbosa. *Folia* glabra, triquetro-plana. *Scapus* fere pedalis, anceps, uniflorus. *Spatha* membranacea, arida. *Corolla* plana, alba. *Nectarium* monophyllum, breve, rotatum, limbo cinnabarinum.

Flor. Germ. p. 145. n. 2. *Narcissus Pseudo-Narcissus.*

N. *spatha* uniflora, nectario campanulato erecto crispo, aequante petala ovata. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 17. Doerr. Nass. p. 158. Grimm. Ifenae. in Act. A. N. C. Tom. 3. append. p. 296. Scop. Carn. ed. 2. n. 395.*

N. *styluestris* pallidus, calyce luteo. *C. Bauh. pin. p. 52. Dill. Gief. p. 40.*

Bulbocodium vulgare. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 593.*

Differt ab antecedente 1. *Scapo* breuiore 2. *Corolla* tota lutea 3. *Nectario* longitudine petalorum, campanulato; limbo crispo.

A L L I V M.

* *Folia caulina* plana. *Umbella* capsulifera.

Flor. Germ. p. 145. n. 1. *Allium rotundum.*

A. caule

A. caule planifolio umbellifero, staminibus tricuspидatis, umbella subglobosa, floribus lateralibus subnutantibus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 30.*

A. staminibus alterne trifidis, foliis gramineis, radice multiplici, floribus sphaerice congestis. *Hall. de Allio. pag. 20. n. 7. Goett. p. 84. Bergen Flor. Francof. p. 211. n. 14.*

A. radice multiplici, foliis gramineis, spica sphaerica, staminibus alterne trifidis. *Hall. de All. ed. 2. n. 8.*

A. sphaerocephalum purpureum sylvestre. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 164.*

A. montanum, capite rotundo. *C. Bauh. pin. p. 75.*

Porrum radice granulata siue grumosa. *Rupp. Ien. p. 154.*

Radix bulbosa, ex numerosis bulbulis inter communes vaginas albas composita. *Caulis* tripedalis, erectus, teres, glaberrimus, inferne foliosus, superne nudus. *Folia* alterna, vaginantia, glabra, plana. *Spatha* brevis. *Flores* in capitulum fere sphaericum congesti, purpurei, pedunculati: *lateralibus* pendulis: *superioribus* erectis.

Omiss. in Flor. Germ. *Allium Victorialis.*

A. caule planifolio umbellifero, umbella rotunda, staminibus lanceolatis corolla longioribus, foliis ellipticis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 30. Jacq. Vind. p. 56. Flor. Austr. v. 3. Tab. 216.*

A. radice oblonga, obducta reticulo. *Hall. de Allio. n. 17.*

A. foliis latissimis, radice oblonga, obducta reticulo. *Hall. de Allio ed. 2. n. 20. Zimm. Goett. p. 110.*

A. montanum latifolium maculatum. *C. Bauh. pin. p. 74.*

A. alpinum. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 566.*

Moly alpinum latifolium caule maculato. *Rupp. Ien. p. 152.*

Radix longa, conica, obducta fibrarum reticulo. *Folia* ovalia, obtusa, in petiolum decurrentia, integerrima. *Caulis* pedalis, supra basin nudus. *Spatha* brevis, lata, monophylla. *Capitulum* umbelliforme, multiflorum, capsuliferum. *Flores* albi, pedunculati. *Filamenta* basi connata.

** *Folia caulina plana. Umbella bulbifera.*

Flor. Germ. p. 145. n. 2. *Allium Scorodoprasum.*

A. caule planifolio bulbifero, foliis crenulatis: vaginis ancipitibus, staminibus tricuspидatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 32. Jacq. Vind. p. 56. Scop. Carn. ed. 2. n. 396. Weigel. Flor. Pom. n. 215.*

A. staminibus alterne trifidis, capite bulbifero, scapo ante maturitatem contorto. *Hall. de Allio. n. 2.*

A. sativum alterum siue Allioprasum caulis summo circumvolutum. *C. Bauh. pin. p. 73.*

Allii genus Ophioscorodon dictum quibusdam. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 559. bona fig.*

Radix bulbosa. Caulis erectus, teres, glaberrimus, tripedalis et altior, ante florescentiam cernuus. Folia plana, vaginaria, carinata, acuminata, margine et carina deorsum scabra. Vaginae glabrae, compressae, angulo longitudinali instructae. Spatha monophylla, biuncialis. Flores in Capitulum subrotundum dispositi, purpurascens, nonnulli in bulbum basi vaginae lacera cinctum abeuntes.

Flor. Germ. p. 146. n. 3. *Allium arenarium.*

A. caule planifolio bulbifero, vaginis, teretibus, spatha mucica, staminibus tricuspидatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 33. Nonne Erford. p. 242. n. 4. Plan. Erford. p. 106. Weig. Flor. Pom. n. 216. Wilke Flor. Gryph. n. 177. Oeder Flor. Dan. Tab. 290.*

A. staminibus alterne trifidis, capite bulbifero, foliis gramineis leviter ferratis. *Hall. de Allio. n. 3. Goett. p. 85. Zinn. Goett. p. 108.*

A. montanum bicorne latifolium, flore dilute purpurascens. *C. Bauh. pin. p. 74. Rupp. Ien. p. 153.*

A. siue Moly montanum latifolium. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 560.*

Porrum planifolium staminibus alterne trifidis, umbella bulbifera. *Rupp. Ien. p. 154. T. 2.*

Radix bulbosa, pluribus bulbulis purpureis in communi vagina latitantibus circumdata. Caulis tri- et quadripedalis, teres, erectus

erectus. *Folia* plana, margine ciliata. *Vaginae* teretes. *Spatha* monophylla, mutica. *Capitulum* subrotundum, bulbiferum. *Flores* pauci, pedunculati, purpureo-violacei.

Flor. Germ. p. 146. n. 4. *Allium carinatum*.

A. caule planifolio bulbifero, staminibus subulatis. *Linn.* Syft. Plant. T. 2. p. 33. *Doerr.* Nass. p. 38. *Jacq.* Vind. p. 56. *Nonne* Erford. p. 242. n. 5. *Plan.* Erford. p. 106. *Scop.* Carn. éd. 2. n. 397.

A. umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis carinatis. *Hall.* de Allio. n. 24. Tab. 2. fig. altera. *Bergen* Flor. Francof. p. 210. n. 8.

A. inodorum, umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis carinatis. *Hall.* Goett. p. 82. *Zimm.* Goett. p. 110.

A. folio angustiore cepaceo seu fistuloso, flore purpurascente minus bicorne. *Buxb.* Halens. p. 14.

A. sylvestre bicorne purpureum proliferum. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 561.

A. sylvestre, bulbiferum angustifolium? *Rupp.* Ien. pag. 153.

A. montanum bicorne angustifolium, flore dilute purpurascete. *C. Bauh.* pin. p. 74.

Radix bulbosa, simplex, inodora, ovata. *Caulis* bi- seu tripedalis, erectus, teres, glaber. *Folia* glabra, subtus striata, vaginantia; inferne semiteretia, canaliculata, extus conuexa, succulenta; superne plana. *Spatha* diphylla, inaequalis. *Capitulum* subrotundum bulbiferum. *Flores* longe pedunculati, e uiridi purpurascetes.

*** *Folia caulina* teretia. *Umbella* capsulifera.

Flor. Germ. p. 146. n. 5. *Allium Sphaerocephalum*.

A. caule teretifolio umbellifero, foliis semiteretibus, staminibus tricuspидatis corolla longioribus. *Linn.* Syft. Plant. T. 2. p. 34. *Nonne* Erford. p. 242. n. 6. *Plan.* Erford. p. 107.

A. staminibus alterne trifidis, foliis fistulosis, capite sphaerico, non bulbifero, atropurpureo? *Hall.* de Allio. n. 9. Tab. 2. fig. prior.

A. stami-

A. staminibus alterne trifidis praelongis, capite sphaerico atropurpureo? *Hall. de Allio. ed. 2. n. 11. Goett. p. 84.*

Radix bulbosa. *Caulis* erectus, bipedalis. *Folia* teretia, subulata, intus caua. *Capitulum* sphaericum, capsuliferum. *Flores* purpurei. *Stamina* longissima, alterna tricuspadata.

* * * * *Folia caulina teretia. Umbella bulbifera.*

Flor. Germ. p. 146. n. 6. *Allium vineale.*

A. caule teretifolio bulbifero, staminibus tricuspatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 36. Doerr. Nass. p. 38. Jacq. Vind. p. 56. Nonne Erf. p. 242. n. 7. Plan. Erf. p. 107.*

A. staminibus alterne trifidis, foliis fistulosis, capite bulbifero sphaerico, radice multiplici. *Hall. de Allio. n. 4. Goett. p. 85. Bergen Flor. Francof. p. 211. n. 11. Boehm. Lips. n. 530. Zinn. Goett. p. 108.*

A. sylvestre campestre purpurascens. *C. Bauh. pin. p. 74. Buxb. Hal. p. 15. Dill. Gief. p. 149. Rupp. Ien. p. 153.*

A. campestre iuncifolium capitatum purpurascens minus. *C. Bauh. pin. p. 74. Rupp. Ien. p. 154.*

A. sylvestre tenuifolium. *Volck. Norimb. p. 17.*

α. purpurascens maius.

Allium campestre iuncifolium capitatum purpurascens maius. *C. Bauh. pin. p. 74. Dill. Gief. p. 112.*

β. capite gemino.

Porrū sylvestre gemino capite. *C. Bauh. pin. p. 72. Leyff. Halensf. n. 331. β. Linn. l. c. β. Knauth. Halensf. p. 70.*

Radix bulbosa, e bulbis variae magnitudinis composita. *Caulis* erectus, bipedalis, teres, glaberrimus. *Folia* teretia, fistulosa, vaginantia. *Capitulum* sphaericum, densum, bulbiferum. *Spatha* monophylla, lacera, in cornu breue terminata. *Flores* pauci inter bulbulos, pedunculati, ex albo viridescentes.

Flor. Germ. p. 146. n. 7. *Allium oleraceum.*

A. caule teretifolio bulbifero, foliis scabris semiteretibus, subtus sulcatis, staminibus simplicibus. *Linn. Syst. Plant. Tom. 2. p. 37. Nonne Erf. p. 242. n. 8. Plan. Erf. p. 107. Weig. Flor. Pom. n. 217.*

A. um.

A. umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis teretibus. *Hall. de Allio. n. 23. ed. 2. n. 26. Tab. 1. fig. 2. Bergen Flor. Francof. p. 210. n. 7.*

A. montanum bicorne, flore exalbido. *C. Bauh. pin. p. 7. Buxb. Hal. p. 14.*

A. sylvestre bicorne flore obsoleto. *C. Bauh. pin. p. 74. Dill. Gief. p. 155.*

A. bicorne proliferum, flore intus, albescente cum stria purpurascete. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 560.*

A. sylvestre bicorne, flore viridi. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 561.*

Cepa tenuifolia bicornis flore obsoleto. *Rupp. Ien. p. 155.*

Radix bulbosa, simplex, ovalis, acuminata. *Caulis* erectus, tripedalis et altior, teres. *Folia* fistulosa. *Spatha* diphylla, longa, basi concava, ventricosa, inaequalis: *valvula altera* longissima in apicem tenuissimum terminata. *Capitulum* tubrotundum, bulbiferum, pauciflorum. *Flores* ex albo et viridi purpurascetes.

* * * * * *Folia radicalia. Scapus nudus.*

Flor. Germ. p. 147. n. 8. Allium angulosum.

A. scapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis subtus subangulatis, umbella fastigiata. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 39. Jacq. Flor. Austr. v. 5. Tab. 423. Nonne Erford. p. 243. n. 10. Plan. Erford. p. 107.*

A. radice senescente lignosa transversa, umbella erecta. *Hall. de Allio. n. 16. ed. 2. n. 19. Goett. p. 83. Boehm. Lips. n. 535. Zinn. Goett. p. 109.*

A. montanum, foliis Narcissi minus. *C. Bauh. pin. p. 75.*

A. petraeum umbelliferum. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 564. fig. bona.*

Moly montanum foliis Narcissi. *Rupp. Ien. p. 152.*

Radix iunior bulbosa, annosior lignosa, transversa, plures fibras demittens. *Caulis* erectus sesquipedalis et nonnunquam altior, nudus, glaber, striatus, angulosus. *Folia* in orbem congesta, linearia, integerrima, glabra, triquetra, canaliculata, subtus subangulosa, obtusa. *Spatha* monophylla, plerumque bidenta, brevis, obtusissima. *Capitulum* umbelliforme. *Flores* purpurei. pedunculis rectis, strictis infidentes.

Omiss.

Omiss. in Flor. Germ. *Allium senescens.*

A. scapo nudo ancipiti, foliis linearibus subtus conuexis laevis, umbella subrotunda, flaminibus subulatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 38. Jacq. Vind. p. 57. Nonne Erf. p. 243. n. 9. Plan. Erf. p. 107. Zinn. Goett. p. 109. β.*

A. Narcissifolium. Scop. Carn. ed 2. n. 400.

A. radice bulbosa, foliis gramineis, umbella erecta non bulbifera, vaginis brevissimis. *Hall. de Allio. ed. 2. p. 19. n. 2. Bergen Flor. Francof. p. 209. n. 4.*

A. umbelliferum pratense. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 564. Buxb. Halensf. p. 15. Knauth. Halensf. p. 70.*

A. montanum foliis Narcissi maius. *C. Bauh. pin. p. 75.*

Plantam non vidi. At *Hallerus* statura altiori tantum ab antecedente differre contendit, hinc cum *Allio anguloso* coniunxit. Ex *Linnei* autem differentia specifica et brevi descriptione patet, re vera differre *Allium senescens* ab *All. anguloso* 1. *Caule* altiore 2. *Foliis* obliquis, subtus conuexis 3. *Petalis* omnibus erectis, distantibus, canaliculatis apice, inflexis: nec tribus interioribus apice patentibus, omnibus lateribus conniuentibus 4. *Staminibus* corolla paulo longioribus.

Flor. Germ. p. 147. n. 9. *Allium ursinum.*

A. scapo nudo triquetro, foliis lanceolatis petiolatis, umbella fastigiata. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 40. Doerr. Nass. p. 38. Jacq. Vind. p. 57. Nonne Erf. p. 244. n. 11. Plan. Erf. p. 107. Scop. Carn. ed. 2. n. 401.*

A. foliis radicalibus latissimis petiolatis, floribus umbellatis. *Hall. de Allio. n. 18. Goett. p. 83. Boehm. Lipsf. n. 536. Bergen Flor. Francof. p. 210. n. 6. Zinn. Goett. p. 110.*

A. sylvestre latifolium. *C. Bauh. pin. p. 74. Buxb. Hal. p. 15. Dill. Giesf. p. 59. Hoppe Flor. Germ. p. 93.*

A. ursinum bifolium vernalis sylvaticum. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 565.*

Moly sylvaticum latifolium. Rupp. Ien. p. 152.

Radix bulbosa, simplex, rotunda. *Scapus* erectus, palmaris, pedalis, triquetus, nudus. *Folia* ex ovali-lanceolata, utrinque attenuata, petiolata, glauca, glabra, integerrima. *Spatha* monophylla, brevis, ovato-oblonga, bifida. *Capitulum* umbelliforme.

liforme. *Flores* albi, pedunculati: *Pedunculis* longitudine fere aequalibus, erectis.

Flor. Germ. p. 147. n. 10. *Allium Schoenoprasum*.

A. scapo nudo adaequante folia teretia subulato-filiformia. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 41.*

A. staminibus simplicibus, foliis radicalibus teretibus scapi longitudine. *Hall. de Allio. n. 12.*

Porum sectuum iuncifolium. *C. Bauh. pin. p. 72.*

Radix bulbosa, compresso-elliptica. *Scapus* fistulosus, teres, nudus, palmaris, raro longior. *Folia* teretia, fistulosa, tenuia, basi vaginantia, apice subulata. *Spatha* brevis, ovata, acuta, lineis purpureis colorata, monophylla. *Capitulum* umbelliforme. *Flores* purpurei.

Variat *Capitulo* pyramidato. *Foliis* apice reflexis.

Allium aquaticum. *C. Bauh. pin. p. 74. Rupp. Ien. p. 154.*

Cepa scapis foliisque teretibus, capitulis pyramidatis. *Linn. l. c. β.*

* * * *Flores* nudi.

C O N V A L L A R I A.

* *Corollis* campanulatis.

Flor. Germ. p. 147. n. 1. *Convallaria maialis*.

C. scapo nudo. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 73. Boehm. Lipf. n. 62. Doerr. Nass. p. 86 Jacq. Vind. p. 57. Nonne Erford. p. 35. n. 1. Plan. Erford. p. 109. Weigel Flor. Pom. n. 221. Wilke Flor. Gryph. n. 181. Herbar. viv. Plant. offic. Fasc. 3. No. 5.*

C. acaulis, bifolia, scapo nudo. *Scop. Carn. ed. 1. p. 236. ed. 2. n. 418.*

Polygonatum bifolium, scapo florifero aphylo. *Hall. Goett. p. 77. Zinn. Goett. p. 104.*

Lilium conuallium album. *C. Bauh.* pin. p. 304. *Bergen Flor.* Francof. p. 200. n. 1. *Buxb.* Hal. p. 193. *Dill.* Gief. p. 56. *Rupp.* Ien. p. 51.

Lilium conuallium flore albo. *Volck.* Norimb. p. 255.

Lilium conuallium vulgo. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 531.

Radix repens, articulata, fibrosa. *Folia* plerumque duo, basi vaginantia, ovato-lanceolata, in petiolum decurrentia, glabra. *Scapus* vix longitudine foliorum, erectus, nudus, glaber, terminatus in *racemum* simplicem, secundum, apice subnutantem. *Flores* candidi, breuiter pedunculati, nutantes. *Bacca* matura phoenicea.

Variat I. *Foliis* angustioribus.

Lilium conuallium angustifolium. *Bergen Flor.* Francof. p. 200. n. 2.

Lilium conuallium magnum. *Dill.* Gief. p. 56.

2. *Foliis* tribus.

3. *Floribus* rubentibus.

4. *Corollis* nonnullis quinquefidis et octofidis cum staminibus quinque et octo.

* * *Corollis* infundibuliformibus.

Flor. Germ. p. 148. n. 2. *Convallaria verticillata.*

C. foliis verticillatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 73. *Doerr.* Nass. p. 86. *Iacq.* Vind. p. 57. *Nonne* Erford. p. 35. n. 2. *Plan.* Erford. p. 109. *Scop.* Carn. ed 2. n. 419.

Polygonatum foliis verticillatis. *Hassl.* Goett. p. 77. *Zimm.* Goett. p. 104.

Polygonatum angustifolium non ramosum. *C. Bauh.* pin. p. 303. *Dill.* Gief. append. p. 27. *Hoppe* Flor. Germ. p. 28. *Rupp.* Ien. p. 51.

Polygonatum angustifolium. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 531.

Caulis erectus, simplex, sesquipedalis et altior. *Folia* lanceolata, integerrima, sessilia, glabra, plerumque quaterna verticillata. *Flores* albi, pedunculati: *pedunculis* bi-tri-et quadri-floris, ex alis foliorum pendulis.

Flor. Germ. p. 148. n. 3. *Convallaria Polygonatum.*

C. foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus subunifloris. *Linm. Syst. Plant. T. 2. p. 74. Doerr. Nass. p. 87. Jacq. Vind. p. 58. Nonne Erford. p. 35. n. 3. Plan. Erford. p. 109. Scop. Carn. ed 2. n. 420. Weigel Flor. Pom. n. 222. Wilke Flor. Gryph. n. 182.*

Polygonatum caule cernuo anguloso breviori, alis unifloris. *Hall. Goett. p. 77.*

Polygonatum foliis alternis, pedunculis pendulis unifloris. *Zinn. Goett. p. 104.*

Polygonatum latifolium vulgare, flore maiore. *C. Bauh. pin. p. 303. Buxb. Hal. p. 265. Rupp. Ien. p. 51.*

Polygonatum floribus ex singularibus pediculis. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 529. Hoppe Flor. Ger. p. 28.*

Caulis erectus, apice non raro antrorsum nutans, simplex, anceps, angulosus. Folia ovalia, subsessilia, amplexicaulia, obtusa, sursum directa, glauco-viridia. Pedunculi alares, solitarii, penduli, vniflori, rarissime biflori, secundi. Flores albi. Filamenta glabra.

Flor. Germ. p. 148. n. 4. *Convallaria multiflora.*

C. foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris. *Linm. Syst. Plant. T. 2. p. 74. Doerr. Nass. p. 87. Jacq. Vind. p. 58. Plan. Erford. p. 109. Scop. Carn. ed 2. n. 421. Weigel Flor. Pom. n. 223. Wilke Flor. Gryph. n. 183.*

Polygonatum caule cernuo longiori, alis multifloris. *Hall. Goett. p. 77.*

Polygonatum foliis alternis, petiolis pendulis multifloris. *Boehm. Lipf. n. 61. Zinn. Goett. p. 104.*

Polygonatum latifolium vulgare. *C. Bauh. pin. p. 303. Bergen Flor. Francof. p. 200. n. 1. Buxb. Hal. p. 265. Dill. Gief. p. 58. Rupp. Ien. p. 51.*

Polygonatum vulgo Sigillum Salomonis. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 529. mala.*

Sigillum Salomonis. *Volck. Norimb. p. 354.*

Differt ab antecedente, cum qua facile confunditur: 1. *Caule* plerumque altiore, tereti. 2. *Foliis* plerumque horizontalibus. 3. *Pedunculis* tri- ad quinquefloris. 4. *Corollis* duplo fere minoribus. 5. *Filamentis* pilosis.

Variat *Caule* tripedali et altiore.

Polygonatum latifolium maximum. C. Bauh. pin. p. 303. Hoppe Flor. Ger. p. 28.

Sigillum Salomonis maius. Volk. Norimb. p. 354.

* * * * *

Obseru. *Conuallariam bifoliam* Linn. ob *Corollam* profunde quadripartitam, *laciniis* reflexis et *Stamina* constanter quatuor, ad *Classem* quartam retuli et proprium genus ex illa constitui, nempe *Maianthemum* Flor. Germ. p. 70.

H Y A C I N T H U S.

Flor. Germ. p. 148. n. 1. *Hyacinthus Muscari.*

H. corollis ouatis omnibus aequalibus. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 79.

H. racemosus moschatus. C. Bauh. pin. p. 43.

H. odoratissimus, dicitur Tibcadi et Muscari. Joh. Bauh. hist. 2. p. 578.

Vix crediderim plantam in Germania sponte crescere, at auctoritate *Wiggerfi* adduxi.

Radix bulbosa, ouata. *Folia* canaliculata, obtusa, glabra. *Scapus* digitalis et sesquidigitalis, teres, glaber, terminatus in *racemum* breuem, ouatum. *Flores* breuiter pedicellati, ouati, ventricosi, e bruneo et viridi flauicantes.

Flor. Germ. p. 149. n. 2. *Hyacinthus comosus.*

H. corollis angulato-cylindricis; summis sterilibus longius pedicellatis. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 79. Jacq. Vind. p. 58. Scop. Carn. ed 2. n. 423. Zinn. Goett. p. 103.

H. maximus botryoides, coma coerulea. *Ioh. Bauh. hist.* 2. p. 574. *Hall. Goett.* p. 76.

H. comosus maior purpureus. *C. Bauh. pin.* p. 42.

Muscari nemorense comosum. *Rupp. Ien.* p. 36. *Buxb. Hal.* p. 218.

Muscari aruense latifolium purpurascens. *Dill. Giesl. append.* p. 25.

Radix bulbosa, ovata. *Folia* canaliculata, obtusa, glabra. *Scapus* erectus, sesquipedalis et altior, simplex, nudus, terminatus in *Racemum* simplicem, laxum, fere pedalem. *Flores* pedunculati: *inferiores* fertiles, e bruneo et viridi flauicantes, limbo patente; *superiores* steriles, longius pedicellati, magis approximati, cum pedicellis violaceo-caerulei, minores. *Bracteae* exiguae, acuminatae ad pedicellarum basin solitariae.

Variat I. Flore albo

Muscari comosum nemorense flore albo. *Buxb. Hal.* p. 218.

Hyacinthus comosus maior serotinus flore albo. *Knauth. Halens.* p. 68.

2. *Flore carneo.*

Hyacinthus comosus maior serotinus flore carneo. *Knauth l. c.*

Muscari nemorense comosum flore carneo. *Buxb. Halens. l. c.*

3. *Flore pallide caeruleo.*

Hyacinthus comosus maior serotinus flore pallide caeruleo. *Knauth. l. c.*

Muscari nemorense comosum flore pallide caeruleo. *Buxb. Hal. l. c.*

Flor. Germ. p. 149. n. 3. *Hyacinthus botryoides.*

H. corollis globosis uniformibus, foliis canaliculato-cylindricis strictis. *Linn. Syst. Plant. T. 2.* p. 80. *Jacq. Vind.* p. 58. *Scop. Carn.* ed 2. n. 424.

H. racemosus coeruleus maior. *C. Bauh. pin.* p. 42.

H. botryoides vernus minor latifolius coeruleus inodorus.
Joh. Bauh. hist. 2. p. 572.

Radices bulbosae, ovatae, aggregatae. *Folia* subcylindrica, canaliculata, lineata, obtusa. *Scapus* erectus, teres, vix foliis longior; glaber, nudus, terminatus in *Racemum* brevem, densum, cylindricum. *Flores* globosi, coerulei, breviter pedicellati, inodori.

Flor. Germ. p. 149. n. 4. *Hyacinthus racemosus.*

H. corollis ovatis: summis sessilibus, foliis laxis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 80.*

H. racemosus caeruleus minor iuncifolius. *C. Bauh. pin. p. 43.*

Muscari paniculatum monstrosum? *Rupp. Ien. p. 36.*

Differt ab antecedente 1. *Foliis* decumbentibus, supra sulco exaratis, subtus convexis, carinatis. 2. *Floribus* ovatis, prunarum recentium colore et odore, pluribus in racemo; *summis* sessilibus, sterilibus.

A S P H O D E L V S.

Flor. Germ. p. 149. *Aphodelus ramosus.*

A. caule nudo, *foliis* ensiformibus carinatis laevibus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 60. Scop. Carn. ed. 2. n. 412.*

Planta mihi adhucdum ignota.

A N T H E R I C V M.

Flor. Germ. p. 149. n. 1. *Anthericum ramosum.*

A. foliis planis, *scapo* ramoso, *corollis* planis, *pistillo* recto. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 62. Jacq. Vind. p. 58. Nonne Erford. p. 238. Plan. Erford. p. 109. Scop. Carn. ed. 2. n. 413. Zinn. Goett. p. 106.*

Phalangium radicibus teretibus, *foliis* gramineis, *caule* nudo, *petiolis* florum ramosis. *Hall. Goett. p. 81. Boehm. Lips. n. 526.*

Phalangium parvo flore ramosum. *C. Bauh. pin. p. 29. Bergen. Flor. Francof. p. 206. n. 1. Buxb. Halens. p. 259.*

Dill. Gies. p. 121. *Hoppe* Flor. Ger. p. 92. *Rupp.* Ien. p. 150. *Volck.* Norimb. p. 327.

Phalangium quibusdam, paruo flore, ramosius. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 635.

Caulis erectus, tripedatis et altior, teres, glaber, striatus nudus, ramosus. *Folia* in orbem congesta, linearia, integerrima, pedata et longiora. *Bractee* sub ramorum alis foliis similes, sed minores. *Flores* aibi, pedunculati, in racemos laxos dispositi.

Flor. Germ. p. 150. n. 2. Anthericum *Liliago*.

A. foliis planis, scapo simplicissimo, corollis planis, pistillo declinato. *Linn.* Syst. Plant. T. 2, p. 63. *Doerr.* Nass. p. 44. *Zinn* Goett. p. 106.

Phalangium Liliago foliis planis, corollis patentibus, pistillo declinato. *Schreb.* Spic. Flor. Lipsi. p. 36.

Phalangium radicibus teretibus, caule nudo, foliis graminis, petiolis florum non ramosis. *Hall.* Goett. p. 81.

Phalangium paruo flore non ramosum. *C. Bauh.* pin. p. 29. *Bergen* Flor. Francof. p. 206. n. 2. *Buxb.* Halens. p. 259. *Dill.* Gies. append. p. 27. *Fabric.* Butisbac p. 18. *Hoppe* Fl. Ger. p. 92. *Rupp.* Ien. p. 150. *Volck.* Norimb. p. 327.

Differt ab antecedente 1. *Foliis* latioribus, breuioribus, apice perumque recuruis. 2. *Scapo* plerumque simplici. 3. *Flo-ribus* multo maioribus. 4. *Filamentis alternis* minoribus. 5. *Pistillo* declinato.

Variat *Scapo* ramoso. *Schreb.* Spic. Flor. Lipsi. l. c. Var.

Flor. Germ. p. 150. n. 3. Anthericum *offifragum*.

A. foliis ensiformibus, filamentis lanatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 65.

Pseudo-Asphodelus palustris anglicus. *C. Bauh.* pin. p. 29.

Radix repens, foliis emarcidis membranacea. *Folia* ensiformia, angusta, acuminata, lineata, integra. *Caulis* digitalis, palmaris et altior, basi incuruus, *vaginis* tribus, striatis, carinatis, alternis praeditus, terminatus in *Racemum* simplicem, breuem: *Flores* pedunculati, alterni, intus et margine flauo, costa dorsali viridi notati. *Filamenta* villosissima, corolla bre-

breuiora. *Capsula* hexagona, turbinato-acuminataglabra. *Bractee* ad quemuis pedunculum plerumque duae superimpositae.

* * * * *

Obseru. *Anthericum calyculatum* Linn. ob partium fructificationis differentiam sane haud exiguam, ad *Scheuchzeriam* retuli Flor. Germ. p. 159. n. 2.

O R N I T H O G A L V M.

Flor. Germ. p. 150. n. 1. *Ornithogalum luteum*.

O. scapo anguloso diphylo, pedunculis umbellatis simplicibus. *Linn.* Syst. Plant. T. 2 p. 53. *Böhm* Lips. n. 524. *Doerr.* Nöss. p. 166. *Iacq.* Vind. p. 59. *Nonne* Erf. p. 238. n. 1. *Plan.* Erford. p. 108. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 410. *Weigel* Flor. Pom. n. 218. *Wülke* Flor. Gryph. n. 178. *Zinn.* Goett. p. 106.

O. luteum. *C. Bauh.* pin. p. 71. *Buxb.* Halens. p. 245. *Rupp.* Ien. p. 149.

O. luteum maius floriferum. *Volk.* Norimb. p. 312.

Bulbus sylvestris Fuchsio flore luteo, siue *Ornithogalum luteum*. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 623.

Phalangium radice subrotunda, foliis et floribus umbellatis. *Hall.* Goett. p. 81. *Bergen* Flor. Francof. p. 206. n. 4.

Stellaris arvensis flore luteo umbellato. *Dill.* Gief. p. 38.

C. Foliis filiformibus, scapo uni- seu bifloro. *Beitraege zur Botan.* Th. 2. p. 140.

Ornithogalum luteum minus. *C. Bauh.* pin. p. 71? *Buxb.* Halens. p. 245. *Knauth* Halens. p. 69.

Radix bulbosa, subrotunda. *Scapus* simplex, nudus, angulosus, palmaris. *Folia* plerumque duo ad radicem, lanceolata, extus conuexiuscula, intus canaliculata. *Folia* ad umbellam plerumque duo subopposita, lanceolata, vtrinque attenuata, umbella plerumque longiora. *Bractea* ad cuiusvis pedunculi basin, lanceolata, subulata. *Flores* in umbellam simplicem dispositi, lutei, extus viridescenti-purpurei, glabri. *Stylus* staminibus defloratis paulo longior. *Pedunculi* simplices, glabriusculi.

β. Differt *Foliis* angustissimis, plerumque filiformibus. *Scapo* uni- seu bifloro digitali, filiformi. *Floralibus foliis* basi

latissimis, spathaeformibus, superne tenuissimis, subulatis; altero longissimo. *Bractea* vna alterauc. *Floribus* paulo minoribus.

Obseru. *Ornithogalum minus luteum Buxbaumii* et *Knauthii* certissime ad varietatem nostram pertinet, ob locum natalem ab illis indicatum. *Ornith. minimum Linn.* semper in agris occurrit prope *Halam Saxonum*, nunquam in rupibus et montibus saxosis, vbi obseruatur varietas haec. *Ornithogalum luteum minus Ioh. Bauh. hist. 2. p. 624.* huc pertinet, at figura minus bona. Nonne etiam *C. Bauhizi*?

Flor. Germ. p. 150. n. 2. Ornithogalum minimum.

O. scapo angulato diphylo, pedunculis umbellatis, ramosis. *Linn. Syt. Plant. T. 2. p. 53. Nonne Erf. p. 238. n. 2. Plan. Erford. p. 108. Weig. Fl. Pom. n. 219. Wilke Fl. Gryph. n. 179.*

O. luteum minus. *C. Bauh. pin. p. 71? Hoppe Fl. Ger. p. 91. Rupp. Ien. p. 149. Volk. Norimb. p. 313.*

O. ramosum aruense luteum. *Buxb. Halensf. p. 246. Knauth. Halensf. p. 69.*

Phalangium umbellatum flore luteo minori, ornithogalum luteum minus. *Bergen Flor. Francof. p. 207. n. 5.*

Differt ab *Ornithogalo luteo* 1. *Foliis* angustioribus; *floralibus* alternis, hirsutis, basi latioribus, vaginantibus, umbella plerumque breuioribus. 2. *Scapo* multo breuiore, vnciali, raro digitali. 3. *Umbella* composita *Pedunculis* ramosis, hirsutis. 4. *Floribus* extus viridescentibus, subhirsutis. 5. *Stylo* longitudine staminum.

Variat Umbella bulbis imposita, scapo fere nullo. *Ornithogalum angustifolium bulbiferum C. Bauh. pin. p. 71. Rupp. Ien. p. 150.*

Obseru. *Ornithogalum pallido flore. Ioh. Bauh. hist. 2. p. 624.* a *Linneo* ad *Ornithogalum minimum* relatum neque quoad figuram, neque quoad descriptionem huc pertinet et ne varietatem quidem indicat, sed potius *Ornithogalum luteum* ad deslorescentiam accedens, vbi flores semper euadunt pallidiores.

Flor. Germ. p. 151. n. 3. Ornithogalum narbonense.

O. racemo oblongo, filamentis lanceolatis membranaceis, pedunculis floribusque patentibus. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 54.

O. maius spicatum, flore albo. C. Bauh. pin. p. 70.

Folia infirmia, canaliculata, striata. Scapus dodrонтalis, octo-ad decemflorus. Pedunculi uniflori, inferiores longiores, superiores gradatim breviores. Petala intus alba, exus viridia, margine albo. Bractea ad quemvis pedunculum solitaria, lanceolata, viridula, lineis elevatis notata.

Flor. Germ. p. 151. n. 4. *Ornithogalum umbellatum.*

O. floribus corymbosis, pedunculis scapo altioribus, filamentis basi dilatatis. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 56. Jacq. Vind. p. 59. Doerr. Nass. p. 167. Scop. Carn. ed. 2. n. 403. Zinn. Goett. p. 107.

O. pedunculis florura imis supremos superantibus. Hall. Goett. p. 82. Böhm. Lips. n. 525.

O. umbellatam medium angustifolium. C. Bauh. pin. p. 70. Berg. Flor. Francof. p. 207. n. 1. Buxb. Halens. p. 246. Hoppe Flor Ger. p. 91. Rupp. Jen. p. 149.

O. vulgare. Volk. Norimb. p. 313.

O. vulgare et verius maius et minus. Joh. Bauh. hist. 2. p. 630.

Folia in orbem congesta, linearia, nitida, canaliculata, obtusa, dorso convexa, linea alba secundum longitudinem notata. Scapus erectus, teres, simplex, palmaris et altior, nudus. Flores in corymbum terminalem, laxum dispositi, albi, extus viriduli. Pedunculi uniflori, inferiores longiores terminalibus. Bractea ad quemvis pedunculum solitaria, lanceolata.

Flor. Germ. p. 151. n. 5. *Ornithogalum nutans.*

O. floribus secundis pendulis, nectareo flamineo campaniformi. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 56. Jacq. Vind. p. 59.

O. exoticum magno flore minori innato. C. Bauh. pin. p. 70.

O. neapolitanum. Joh. Bauh. hist. 2. p. 631.

Folia pedalia et longiora, infirmia, linearia, canaliculata, obtusa, striata, dorso convexa. Scapus pedalis et altior, erectus,

tus, nudus. terminatus in *Racemum* secundum, laxum. *Flores* magni, ex albo viriduli, nutantes. *Pedunculi* uniflori. *Bractea* ad quemvis pedunculum solitaria, submembranacea, pedunculo suo longior, lanceolata. *Capfulae* huius generis maximae.

S C I L L A.

Flor. Germ. p. 151. *Scilla amoena*.

S. floribus lateralibus alternis subnutantibus, scapo angulato. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 59. Doerr. Nass. p. 207.*

Hyacinthus 'stellaris' caeruleus amoenus. *C. Bauh. pin. p. 46.*

Radix bulbosa. *Folia* lanceolata, obtusa, canaliculata. *Scapi* tres seu quatuor ex vna radice, erecti, simplices, nudi, terminati in *Racemum* laxissimum pauciflorum. *Flores* alterni, subnutantes, patentes, aequales, pulcherrime coerulei. *Petalâ* obtusa, basi lineis duabus albidis notata. *Filamenta* coerulea, filiformia. *Germen* subrotundum, flauum. *Pedunculi* alterni, simplices, uniflori, nudi, ad basin *Bractea* exigua, membranacea praediti.

L I L I V M.

Flor. Germ. p. 152. n. 1. *Lilium bulbiferum*.

L. foliis sparsis, corollis campanulatis erectis; intus scabris. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 43. Scop. Carn. ed. 2. n. 404.*

L. purpureo-croceum maius. *C. Bauh. pin. p. 76.*

Radix bulbosa. *Caulis* erectus, simplex, *Foliis* sparsis lanceolatis, obtusis, carnosis tectus. *Alae* foliorum bulbiferae. *Flores* in corymbum terminalem, pauciflorum dispositi, pedunculati, erecti, crocei. *Petala* lanceolata, vtrinque attenuata, obtusa, intus canali longitudinali nectarifero hirsuto praedita. *Pedunculi* brachiati, uniflori.

Flor. Germ. p. 152. n. 2. *Lilium Martagon*.

L. foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis reuolutis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 45. Boehm. Lips. n. 527. Doerr. Nass. p. 142. Jacq. Vind. p. 60. Hall. Goett. p. 79. Nonne Erford.*

Erford. p. 239. n. 3. *Plan.* Erford. p. 108. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 402. *Zinn.* Goett. p. 101.

L. floribus reflexis montanum. *C. Bauh.* pin. p. 77. *Berg.* Flor. Francof. p. 209. n. 1.

Martagon. *Buxb.* Halens. p. 209. *Dill.* Gies. p. 93.

Martagon sylvaticum. *Rupp.* Jen. p. 148. *Hoppe* Flor. Ger. p. 90.

Radix bulbosa, squamosa, flava. *Caulis* erectus, simplex, bi- seu tripedalis. *Folia* lanceolata, glabra, sessilia, quaterna aut sena verticillata. *Flores* in racemum terminalem, laxum, breuem dispositi, fusco - purpurascens. *Petala* supra medium revoluta, intus canali nectarifero praedita longitudinali. *Germina* basi attenuatum. *Pedunculi* uniflori, decurvi, hinc flores nutantes.

Variat *Caule* foliisque hirsutis.

Lilium floribus reflexis, alternum hirsutum. *C. Bauh.* pin. p. 78. *Linn.* l. c. β. *Plan.* Erf. l. c. β. Martagon hirsutum. *Dill.* Gies. p. 93.

T V L I P A.

Flor. Germ. p. 152. *Tulipa sylvestris.*

T. flore subnutante, foliis lanceolatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 50. *DCerr.* Nass. p. 239. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 407. *Zinn.* Goett. p. 102.

Radix bulbosa. *Folia* lanceolata, angusta, glabra, basi tubulosa, vaginantia *Caulem* simplicem, supra medium nudum, teretem, glabrum. *Flos* terminalis, solitarius, subnutans, flavus, extus viridiscens, odoratus. *Petala* lanceolata vtrinque attenuata omnia apice et tria interiora etiam basi hirsuta. *Filamenta* basi hirsuta.

* * * * *

Observ. *Asparagus officinalis* Flor. Germ. p. 423. floribus constanter gaudet dioicis, ad Classam itaque XXII. Dioeciam retuli.

* * * * * *Flores incompleti,*

A C O R V S.

Flor. Germ. p. 153. *Acorus Calamus.*

Acorus. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 92. *Boehm.* Lipl. n. 571. *Doerr.* Nass. p. 32. *Hall.* Goett. p. 59. *Iacq.* Vind. p. 60. *Leers* Herborn. n. 260. Tab. 12. fig. 12. *Nonne* Erford. p. 261. *Plan.* Erford. p. 110. *Scop.* Carn. ed 2. n. 426. *Weig.* Flor. Pom. n. 225. *Wilke* Flor. Gryph. n. 185. *Zinn.* Goett. p. 82.

A. verus siue *Calamus aromaticus officinarum.* *C. Bauh.* pin. p. 34. *Bergen* Flor. Francof. p. 212. *Buxb.* Haiens. p. 5. *Dill.* Gief. p. 110. *Volck.* Norimb. p. 11.

Acorum legitimum cum et sine Iulo. *Rupp.* Ien. p. 324.

Calamus aromaticus vulgaris, multis Acorum. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 734.

Radix repens, crassa, articulata. *Folia* lanceolata, longa, plana, glabra, basi vaginantia. *Spadix* cylindricus, obtulus e folii sinu infra medium progrediens, sessilis, digitalis, tectus flosculis.

I V N C V S.

* *Culmis nudis.*

Flor. Germ. p. 153. n. 1. *Iuncus conglomeratus.*

I. culmo nudo stricto, capitulo laterali. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 94. *Doerr.* Nass. p. 20. *Iacq.* Vind. p. 60. *Leers* Herborn. n. 261. Tab. 12. fig. 1. *Nonne* Erford. p. 264. n. 1. *Plan.* Erford. p. 110. *Weig.* Fl. Pom. n. 226. *Wilke* Flor. Gryph. n. 186.

I. culmo nudo stricto, capitulo laterali: floribus triandris. *Willdenow* prodr. Berol. n. 388.

I. culmo nudo tereti, panicula laterali, densa, globosa, sessili. *Scop.* Carn. ed. 1. p. 224. n. 2. ed. 2. n. 427.

I. culmo aphylo, molliori, panicula compactiori. *Hall.* Goett. p. 58. *Boehm.* Lipl. n. 578. *Zinn.* Goett. p. 80.

I. laevis, panicula non sparsa. *C. Bauh.* pin. p. 12. *Berg.* Flor. Francof. p. 331. n. 2. *Buxb.* Halens. p. 169. *Rupp.* Ien. p. 145.

I. laevis vulgaris, panicula compactiore. *Dill.* Gies. p. 80. *Volck.* Norimb. p. 234.

I. laevis, panicula conglomerata. *Scheuchz.* Agrost. p. 343.

Iuncus Mathioli. *Ioh. Bauh.* hist 2. p. 520.

Radix densa, horizontalis. *Culmi* plures ex vna radice, erecti, stricti, teretes, glabri, nudi, sesquipediales ad bipediales, medulla spongiosa alba farcti, ad basin *Vaginis* obtusis, aristatis, striatis praediti. *Folia* radicalia, pauca. culmis simillima. *Capitulum* e fissura culmi infra apicem rectam erumpens, solitarium, subrotundum, floribus conglomeratis, breuiter pedunculatis compositum. *Stamina* constanter tria. *Capsula* trigona, angulis acutis apice prominulis, *Semina* albida.

Variat *Capitulo* gemino.

Flor. Germ. p. 153. n. 2. *Iuncus effusus.*

I. culmo nudo stricto: panicula laterali. *Lin.* Syst. Plant. T. 2. p. 94. *Doerr.* Nass. p. 20. *Iacq.* Vind. p. 60. *Leers* Herborn. n. 262. Tab. 13. fig. 2. *Nonne* Erford. p. 264. n. 2. *Plan.* Erford. p. 110. *Weig.* Fl. Pom. n. 227. *Wilke* Fl. Gryph. n. 187.

I. culmo nudo stricto, panicula laterali laxa: floribus triandris. *Willdenow* prodr. Berol. n. 389.

I. culmo nudo tereti, panicula laterali sparsa. *Scop.* Carn. ed. 1. p. 223. n. 1. ed. 2. n. 428.

α. *Floribus sessilibus.*

Iuncus aquaticus, medulla fere destitutus, panicula sparsa. *Scheuchz.* Agrost. p. 343. 2.

β. *Floribus pedunculatis.*

Iuncus calmo aphyllto durior, panicula magis sparsa. *Hall.* Goett. p. 58. *Boehm.* Lips. n. 577. *Zinn.* Goett. p. 80.

I. laevis, panicula sparsa maior. *C. Bauh.* pin. p. 12. *Berg.* Flor. Francof. p. 331. n. 1. *Buxb.* Halens. p. 169. *Rupp.* Ien. p. 145. *Scheuchz.* Agrost. p. 341.

I. laevis vulgaris panicula sparsa nostras. *Dill. Gies. p. 99. Volck. Norimb. p. 233.*

Differt ab antecedente 1. *Culmo* altiore. 2. *Panicula* laterali sparsa, pedunculis ramosis diuergentibus, inaequalibus. 3. *Capsula* subtrigona, obtusissima. 4. *Seminibus* fuluis. 5. *Staminibus* mihi semper sex.

α. *Floribus sessilibus.*

Culmus tri- seu saepius quadripedalis, infirmus, medulla alba laxa et rara repletus, terminatus mucrone arido, tenuissimo, saepe recuruo. *Flores* in paniculae pedunculis terminales conglomerati, sessiles aut breuissime pedicellati, aggregati.

β. *Floribus pedunculatis.*

Culmus bi- seu tripedalis, paulo crassior, rigidior, firmior, medulla densissima, alba fartus, terminatus mucrone obtusiusculo, rigido. *Panicula* maior, laxior, ramosissima, dichotoma, diuaticata. *Flores omnes* pedicellati, alterni, exceptis nonnullis centralibus in panicula.

Observ. Iuncus culmo nudo acuminato ad basin squamato, floribus sessilibus. *Lin.* l. c. α. cum citato synonymo *Scheuchzeri* nullo modo ad hanc speciem pertinet et longe aliam plantam indicat.

Flor. Germ. p. 154. n. 3. Iuncus *inflexus.*

I. culmo nudo: apice membranaceo incuruo, panicula laterali. *Lin.* Syft. Plant. T. 2. p. 95. *Leers* Herborn. n. 263, Tab. 13. fig. 3. *Nonne* Erf. p. 265. n. 4. *Plan.* Erford. p. 110. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 429.

I. culmo nudo apice membranaceo, panicula laterali: floribus acuminatis. *Willdenow* prodr. Berol. n. 390.

I. acumine reflexo maior. *C. Bauh.* pin. p. 12.

I. acutus panicula sparsa. *C. Bauh.* pin. p. 11. *Bergen* Fl. Francof. p. 331. n. 3. *Buxb.* Halens. p. 169. *Dill. Gies.* p. 110. *Rupp.* Ien. p. 144.

I. acumine reflexo alter. *C. Bauh.* pin. p. 12. prodr. p. 22. *Scheuchz.* Agrost. p. 345. n. 5. 6.

I. foliaceus. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 221.

Culmi bipedales et longiores, tenues, filiformes, firmi, tenacissimi, striati, supra paniculam in mucronem longum, acutum,

tum, incuruum et demum inflexum producti. *Panicula* maior quam in antecedentibus. *Pedunculi* et *pedicelli* longiores, strictiores, sursum tendentes. *Flores* ante fructificationem angusti, subulati. *Calycis foliola* longiora, lineari-subulata; *tria interiora* paulo breviora. *Capsula* calyce brevior, ovata subacuminata.

Obseru. Botanici nonnulli *Incum inflexum* cum *I. effuso* coniungunt, qui tamen primo iam intuitu, praecipue quod *Flores* toto coelo diuerſi. In *Iunco effuso* et *conglomerato* *Flores* ovati, magis obuſi, *foliolis* aequalibus ovatis, breui mucrone terminatis: in *Iunco inflexo* autem *Flores* ex ovato magis lanceolati, anguſti, acuminati; *foliolis* alterne minoribus, lineari-subulatis.

Flor. Germ. p. 154. n. 4. *Iuncus filiformis.*

I. culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali. *Linn.* Syſt. Plant. T. 2. p. 95. *Nonne* Erford. p. 165 n. 4. *Plan.* Erf. p. 110. *Leers* Herb. n. 264. Tab. 13. fig. 4.

I. laeuis, panicula sparſa minor. *C. Bauh.* pin. p. 12. *Scheuchz.* Agrost. p. 347. Tab. 7. fig. 11.

Differt a *Iunco inflexo* 1. *Culmo* minori, ſemipedali et nunquam pedali, infimo, duplo vel triplo tenuiori, filiformi, ſubcompreſſo, uſque ad paniculam erecto, ſupra paniculam duplo longiore, incuruo. 2. *Panicula* ſimpliciſſima, pauciſſima, infra medium culmi erumpente. 3. *Pedunculis* quinque ad ſeptem unifloris, breuibus, inaequalibus. 4. *Capsula* calyce paulo maiore. 5. *Calycis foliolis* tribus alternis minoribus, obtuſioribus.

Variat ſed raro *Pedunculis* paniculae bifloris.

Flor. Germ. p. 154. n. 5. *Iuncus trifidus.*

I. culmo nudo, foliis floribusque tribus terminalibus. *Linn.* Syſt. Plant. T. 2. p. 96. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 432.

I. acuminato reflexo minor et trifidus. *C. Bauh.* pin. p. 12. prodr. p. 22. c. fig.

I. trifidus. *Ioh. Bauh.* hiſt. 2. p. 520. fig. 521.

Iuncoides alpinum trifidum. *Scheuchz.* Agrost. 325.

Plantam nondum vidi, at foliis floribusque tribus ab omnibus congeneribus differt.

Variat *Floribus* duobus tantum.

Flor. Germ. p. 154. n. 6. *Iuncus squarrosus*.

I. culmo nudo, foliis setaceis, capitulis glomeratis aphyllis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 96. Plan. Erf. p. 110. Weig. Flor. Pom. n. 228. Wilke Flor. Gryph. n. 188.*

I. foliis duris carinatis, floribus cartilagineis. *Hall. Goett. p. 58. Zinn. Goett. p. 80.*

Iunco affinis panicula laxa, seu longioribus pediculis infidente. *Scheuchz. Agrost. p. 350.*

I. alpinus, foliis rigidis sessilibus, caule nudo, floribus spicatis. *Rupp. Ien. p. 146.*

Folia in cespitem congesta, setacea, mucronata, triquetra, canaliculata, rigida, dura, glabra, splendentia, striata. *Scapus* erectus, strictus, palmaris et longior, rigidus, basi crassior, nudus. *Panicula* terminalis, ramosa, rigida. *Rami* hinc conuexi, inde plani. *Flores* ovato-lanceolati, obtusifusculi, splendentis, rigidi, breuiter pedicellati. *Vaginae* ad pedunculorum basin, membranaceae, acuminatae.

Observ. *Linne* capitulum dicit florum sed potius panicula vncialis et sesquiuncialis, ramosa, pedunculis inaequalibus, strictis.

Flor. Germ. p. 155. n. 7. *Iuncus gracilis*.

I. culmo nudo erecto, filiformi simplicissimo, foliis filiformibus semicylindricis canaliculatis, capitulo terminali, inuolucro subpentaphyllo. *Botan. Abhandl. und Beobacht. p. 46. n. 5.*

I. ericetorum culmo nudo filiformi, foliis linearibus canaliculatis, capitulo subrotundo sessili terminali triphylo. *Pollich palat. n. 350.*

I. foliatus minimus *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 523. Buxb. Halens. p. 170. Rupp. Ien. p. 146.*

Iuncellus Lobelii? *Volck. Norimb. p. 234.*

♁. *capitatus* capitulo basi prolifero.

Iuncus foliis setaceis, capitulis terminali alarique subfoliosus, petalis acutis integris pericarpio aequalibus: *Weigel* obseru. botan. p. 28. §. 14. Tab. 2. fig. 5. *Scholl* Suppl. Flor. Barb. n. 1041. *Willdenow* prodr. Berol. n. 396. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 232.

Radiculae capillares, exiguae. *Folia* tria ad quinque erecta, filiformia carnosae, semicylindrica, canaliculata, acuminata, glabra. *Culmi* plures ex vna radice, nudae, filiformes; *iuniores* subcompressi; *adultiores* semicylindrici, canaliculati, foliis exacte similes et triplo vel quadruplo longiores. *Capitulum* terminale, glomeratum, sessile, *floribus* sessilibus, inaequalibus compositum. *Involucrum* capitulum in formam stellae muniens, subpentaphyllum, inaequale: *foliis* acuminatis, basi latioribus, concavis, carinatis, margine membranaceis; *supremo* longissimo, fere semiunciali, supra capitulum eminente, primo erecto, demum recuruo, structura culmi, hinc capitulum primo intuitu apparens laterale. *Capsula* brunea obtusissima.

C. capitatus

Differt tantummodo *Capitulis* duobus ad quinque seu etiam solitario, glomeratis, pedunculatis, e dorso capituli sessilis oriundis.

Observ. Culmus quidem in mucronem supra capitulum productus videtur, praecipue in planta florente, et ita capitulum magis laterale, quam terminale apparet. At in omnibus *Iuncis*, qui gaudent panicula seu capitulo laterali, adultiore culmo, panicula seu capitulum e culmo longitudinaliter dehiscente erumpit: qui autem gaudent panicula seu capitulo terminali, statim e radice cum rudimento paniculae seu capituli producunt culmum. Idem obseruatur in *Scirpis*. In *Iunco* nostro *gracili* culmi, nuper e radice producti et adhuc inter folia latitantes, iamiam rudimento capituli conspiciuntur praediti, hinc capitulum terminale.

* * Culmo folioso.

Flor. Germ. p. 155. n. 8. *Iuncus aquaticus*.

I. culmo folioso decumbente, foliis articulato-nodosis, subcompressis linearibus, panicula terminali composita:

I. foliis articulosis, ramosae paniculae ramis semel ramosis. *Hall.* Goett. p. 58. *Boehm.* Lipsf. n. 581. *Zinn.* Goett. p. 80.

I. *articulatus* foliis nodoso-articulatis, petalis obtusis: α . *aquaticus* foliis articulatis compressis, panicula semel ramosa. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 97. *Leers* Herb. n. 265 α . Tab. 13. fig. 6. *Leyff.* Hal. n. 355. α *Moench* Hassf. n. 293. α . *Murr.* prodr. Goett. p. 51. α . *Pollich* palat. n. 347. α . *Wigg.* prim. Flor. Hoif. p. 29. α . *Willdenow* prodr. Berol. n. 391. α .

I. *articulatus.* *Doerr.* Nassf. p. 21. *Gmel.* Tubing. p. 107. *Iacq.* Vind. p. 60. *Nonne* Erford. p. 265. n. 6. *Plan.* Erf. rd. p. 111. *Reichard* Flor. Moeno-Francof. n. 231. *Scholl.* Barb. n. 293. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 431. *Weigel* Flor. Pom. n. 229. *Walke* Flor. Gryph. n. 189.

I. foliis articulosis, floribus umbellatis. *Bergen* Flor. Francof. p. 331. n. 6. *Buxb.* Halenf. p. 169. *Dill.* Gief. p. 110. *Rupp.* Ien. p. 145.

Gramen iunceum folio articulato aquaticum. *C. Bauh.* pin. p. 5. prodr. p. 12. *Scheuchz.* Agrost. p. 331. *Volck.* Norimb. p. 198.

β . *viviparus.*

Juncus articulatus, viviparus. *Leyff* Flor. Halenf. n. 355. β .

I. *articulatus cum vtriculis.* *Murr.* prodr. Goett. p. 51. β . *Zinn.* Göt. l. c. C.

I. foliis articulosis, floribus umbellatis cum vtriculis. *Berg.* Flor. Francof. p. 332. n. 7. *Rupp.* Ien. p. 145.

I. foliis articulosis, floribus umbellatis minor. *Buxb.* Hal. p. 169.

Gramen iunceum folio articulato, cum vtriculis. *C. Bauh.* prodr. p. 12. c. fig. *Leers* Herb. n. 265. C. *Moench.* Hassf. n. 293. γ . *Pollich* palat. n. 347. β . *Scheuchz.* Agrost. p. 331. *Willdenow* prodr. Berol. n. 391. γ .

Radix fasciculata, fibrosa. Culmi decumbentes, non raro cespitosi in aquis, subcompressi, glabri, dichotomi, palmares, pedales et longiores. *Folia* alterna, compressiuscula, linearia, acuminata, erecta, glabra, articulato-nodosa. *Vaginae* glabrae, striatae. *Panicula* terminalis, ramosa, dichotoma. *Flores* fasciculati, sessiles, laterales et terminales, aequales.

C. *viviparus.*

Differt *Culmo* plerumque minore; *Floribus* vel omnibus vel nonnullis tantum in fasciculos foliorum viridi-purpureorum excrecentibus.

Flor. Germ. p. 155. n. 9. *Iuncus sylvaticus*.

I. culmo folioso erecto, foliis teretibus articulato-nodosis, panicula terminali supradecomposita, diffusa.

I. *sylvaticus* foliis articulatis teretibus, panicula repetito-ramosa. *Reichard* Flor. Moeno-Franco. app. n. 973.

I. *articulatus*, *sylvaticus* foliis articulatis teretibus, panicula repetito-ramosa. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 97. β . *Leers* Hérborn. n. 265. γ . *Leyff.* Flor. Hal. n. 355. γ . *Moench* Hass. n. 293. β . *Murr.* prodr. Goett. p. 51. γ . *Pollich* palat. n. 347. γ . *Wigg.* prim. Flor. Holf. p. 29. ζ . *Willdenow* prodr. Berol. n. 391. β . *Zinn.* Goett. p. 80. γ .

I. nemorosus folio articuloso. *Bergen* Flor. Francof. p. 331. n. 5. *Dill.* Giesf. p. 110. *Rupp.* Ien. p. 145. *Buxb.* Halensf. p. 171.

Gramen iunceum folio articuloso, sylvaticum. *C. Bauh.* pin. p. 5. *Scheuchz.* Agrost. p. 334. *Volck.* Norimb. p. 198. *Plan.* Erford. p. 111. β .

Differt ab antecedente, quem cum hoc in vnam speciem coniunxerunt auctores botanici: 1. *Radice* repente, crassitie pennae anserinae, plurimos culmos cum foliorum fasciculis producente. 2. *Culmo* bipedali et altiore, erecto, tereti, simplici, basi crassitie fere radice. 3. *Foliis* palmaribus et semipedalibus, teretibus, acuminatis, triplo vel quadruplo crassioribus, articulato-quidem nodosi, articuli praecipue basi remotiores, tactu magis et siccitate observabiles. 4. *Panicula* triplo vel quadruplo maiore, ramosissima, diuvaricata. 5. *Floribus* in quouis fasciculo plerumque pluribus. 6. *Calyx* foliolis mucronatis magis, angustioribus, acutissimis; *tribus interioribus* paulo brevioribus.

Flor. Germ. p. 155. n. 10. *Iuncus vliginosus*.

I. culmo folioso repente, ad florum glomerulos prolifero; foliis setaceis, subarticulato-nodosis.

I. foliis teretibus filiformibus nodoso-articulatis, caule ad florum glomerulos prolifero. Magaz. fuer die Botan. Stueck 2. pag. 16. n. 9.

I. caule brachiato, foliis setaceis, floribus fasciculatis ad ramos sessilibus. *Murr. prodr. Goett. p. 5.*

Iunci bulbosi varietas. *Flor. Dan. Tab. 817.*

Iuncoides calyculis paleaceis glomeratis, folio ; varians. *Scheuchz. Agrost. p. 330. Tab. 7. fig. 10. bona.*

Gramen iunceum capsulis triangulis minimum? *Dill. Gies. p. 127.*

Radix bulbosa, radículas plurimas fibrosas, perpendiculares in fasciculum collectens. *Culmi* plurimi ex vna radice, filiformes, teretes, foliosi, prostrati, diffusi, nodoso-articulati, ad florum glomerulos proliferi, non raro radicantes, pedales et longiores. *Folia* culmo simillima, teretia, nodoso-articulata, *nodis* tactu tantum obseruabilibus: *culmea inferiora* alterna: ad florum glomerulos alterna. *Vaginae* foliis multuplo breuiores, membranaceae, pellucidae, candidae, laxae, lacerae. *Flores* laterales et terminales in *Glomerulum* collecti sessilem, basi squamis nonnullis paleaceis, candidis, pellucidis, breuibis inuolutum. *Calycis foliola* inaequalia: *exteriora* paulo minora, laxa, acuta; *interiora* paulo maiora, obtusa, concaua, conniuentia.

Observ. Celeberr. *Muellerus* nunc *Florae Danicae* editor hanc plantam varietatem putat *Iunci* sequentis *bulbosi*. At, excepta radice bulbosa, neque quoad habitum, neque quoad partium structuram similitudinem habet ullam. Proxime accedit *Iuncus* noster *vliginosus* *Iunco aquatico*, a quo tamen differt *Radice* bulbosa: *Culmo* *foliisque* multo tenuioribus, flaccidioribus minus euidenter articulato-nodosis: *Floribus omnibus* in glomerulos sessiles, fasciculum foliorum producentes, collectis.

Flor. Germ. p. 155. n. 11. Iuncus bulbosus.

I. foliis linearibus canaliculatis, capsulis obtusis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 97. Doerr. Nass. p. 21. Leers Herborn. n. 266. Tab. 13. fig. 7. Plan. Erford. p. 111. Weigel Flor. Pom. n. 230,*

I. foliis mollioribus, carinatis, panicula multiplici et ramosa. *Hall.* Goett. p. 58. *Boehm.* Lipf. n. 580. *Zinn.* Goett. p. 80.

I. *compressus* foliis linearibus, canaliculato-concauis; capsulis obtusis, culmo compresso. *Iacq.* Vind. p. 60 et 235.

I. culmo indiuiso, floribus corymbosis, foliis linearibus canaliculatis. *Weigel* obseru. bot. p. 29.

I. culmo compressiusculo, foliis lineari-caniculatis; corollis capsulisque obtusis, bractea panicula maiore. *Willdenow* prodr. Berol. n. 393.

I. paruus cum pericarpis rotundis. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 522. fig. bona. *Bergen* Flor. Francof. p. 331. n. 4. *Buxb.* Hal. p. 169. *Rupp.* Ien. p. 146.

Gramen iunceum foliis et spica iunci. *C. Bauh.* pin. p. 5. *Scheuchz* Agroft. p. 322.

Radix repens. *Culmi* plures ex una radice, simplices, palmares et pedales; erecti, glabri, subtoliati, subcompressi, hinc convexi, inde planiores. *Folia* linearia, canaliculata, glabra, subtus striata, basi vaginantia, culmo breuiora: *floralia* duo, inferioribus simillima, inaequalia; *altero* panicula paulo longiore. *Panicula* erecta, ramosa, inaequalis, fructu maturo subcorymbosa. *Flores* solitarii, exigui, obtusissimi. *Capsula* subglobosa, fusca, nitida, calyce longior. *Semina* pellucida, fulua.

Variat Culmo fere sesquipedali; *Foliis* culmo fere longioribus, *Fructibus* nutantibus.

Flor. Germ. p. 155. n. 12. *Iuncus Sprengeli.*

I. culmo subtriquetro canaliculato; foliis lineari-caniculatis, corollis acutis, capsulis obtusis, bractea panicula multo minori. *Willdenow* prodr. Berol. n. 394. Tab. 4. Fig. 8.

Culmus sesquipedalis et altior, glaber, striatus, hinc convexus nervo eleuato, inde concavus, canaliculatus. *Folia radicalia* plura, vaginantia, lineari-lanceolata; *vaginis* glabris striatis margine membranaceis: *culmea* nulla, nisi bractee. *Panicula* trifida, elongata; *floribus* pedunculatis. *Bractee* binae, vaginatae: *vaginis* striatis ventricosi margine membranaceis; *ultima* vagina folio canaliculato minuto instructa; *suprema* apice subulata absque folio. *Corollae* acutae, persistentes, capsularum longitudine. *Capsulae* oblongae, obtusae, acumine breuissimo instructae.

Ita descripsit Cel. *Willdenow* plantam prope Berolinum primo obseruatam, quam differe dicit a *Iunco bulboso* 1. *Culmo* triquetro canaliculato. 2 *Bracteis* panicula minoribus. 3. *Vaginis bractearum* ventricosis. 4. *Corollis* acutis.

Flor. Germ. p. 156. n. 13. *Iuncus bufonius*.

I. culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus solitariis sessilibus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 98. Doerr. Nass. p. 22. Jacq. Vind. p. 60. Leers Herborn. n. 267. Tab. 13. Fig. 8. Nonne Erford. p. 266. n. 7. Plan. Erford. p. 111. Scop. Carn. ed 2. n. 433. Weig. Flor. Pom. n. 231. Wilke Flor. Gryph. n. 190.*

I. foliis caule trichotomo, floribus solitariis sessilibus. *Hall. Goett. p. 58. Boehm. Lips. n. 579. Zinn. Goett. p. 8.*

I. palustris humilior, panicula laxissima. *Rupp. Ien. p. 130.*

I. palustris humilior erectus. *Buxb. Halens. p. 170. Dill. Giesl. p. 174.*

Gramen nemorosum, calyculis paleaceis erectum. *Scheuchz. Agrost. p. 327.*

Gramen nemorosum, calyculis paleaceis. *C. Bauh. pin. pag. 7.*

Holosteum Mathioli iunceum. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 510. bona.*

β. *procerior.*

Gramen nemorosum, calyculis paleaceis species altera procerior. *Scheuchz. Agrost. p. 328. Leers Herborn. l. c. β. Leyff. Halens. n. 357. β. Willdenow prodr. Berol. n. 395. β.*

γ. *viuiparus. Wigg. prim. Flor. Holsat. p. 29.*

Radix fibrosa, plures *Culmos* emittens. *Culmus* palmaris et maior, erectus, glaber, dichotomus, ex tereti-compressiusculus, foliosus, geniculatus. *Folia* linearia, subuaginantia, carinata, glabra, macronata. *Flores* solitarii, sessiles, remoti, plerumque unilaterales, ante florescentiam lanceolato-lineares. *Calycis foliola* inaequalia lanceolata, subulata, acutissima. *Capsula* subtrigona, obtusissima, ouata longiora.

β. *procerior.*

Differt *Culmo* bipedali, infirmo, erectiusculo, diffuso, ad dichotomias magis nodoso. *Foliis* maioribus. *Petalis* longioribus, aristatis.

γ. *viuiparus.*

γ. viviparus.

Differt *Floribus* in fasciculos foliorum excrefcentibus.

Variat *Culmo* repente.

Iuncus palustris humilior repens. *Buxb.* Halenf.

p. 170.

Gramen nemorosum calyculis paleaceis repens. *C. Bauh.* pin p. 7. *Moench* Hass. n. 295 *C. Scheuchz.* Agrost. p. 329 *Wuudenow* prodr. B vol. 1. c. γ.

Obferu. Huius plantae *Cotyledon* monophyllum capitulo ouali recuruo, primum flauo, demum fusco terminatum, primo intuitu plantam refert cryptogamicam. Quo deceptus *Weigelius* pro plantula cryptogamica habuit et descripsit in *Obferu. bot.* p. 36. §. 26. nec non cum primariis foliis et primo caulis rudimento aeri incidit. Tab. 2. Fig. 7.

Flor. Germ. p. 156. n. 14. *Iuncus Tenegeia.*

I. culmo dichotomo, floribus solitariis subsessilibus, petalis ouato-lanceolatis, acuminatis, capsulae globosae aequalibus.

I. annuus, culmo ramofo paniculato, floribus solitariis sessilibus, petalis ouato-oblongis, capsula subglobosa. *Timm.* prodr. *Flor. Megapol.* n. 231.

I. foliaceus humilior, paleaceis calyculis. *Dill.* Gies. p. III.

Differt ab antecedente 1. *Culmo* tenuiore, strictiore, ramofo 2. *Ramis* capularibus, diuaticis 3. *Foliis* tenuioribus, breuioribus; *ramis* breuissimis maxima ex parte membranaceis, vaginantibus 4. *Floribus* duplo minoribus, magis approximatis, unilateralibus, ante florescentiam ouato-acuminatis, exiguis; *omnibus* breuiter pedicellatis, sursum spectantibus 5. *Capsulis* globosis, obtusissimis, vix calycem superantibus.

Flor. Germ. p. 156. n. 15. *Iuncus supinus.*

I. culmo dichotomo, foliis canaliculatis filiformibus, capitulo triphylo. *Moench.* Hass. n. 296. Tab. 5.

Culmi caespitoti plures ex una radice, semidigitales, digitales et paulo maiores, erecti aut non raro decumbentes, teretes, folioli, dichotomi. *Folia* filiformia, canaliculata, subulata. *Capitula* lateralialia et terminalialia e floribus duobus vel tribus sessilibus

composita, *bracteis* obtusis, membranaceis, albidis nitidis obuallata. *Folia* plerumque tria exigua, inaequalia, e capitulis praecipue terminalibus prodeuntia. *Calycis foliola* acuta, lanceolata, capsula paulo minora. *Capsula* ouata, obtusa, fusca.

Variat *Culmis* vncialibus, simplicibus, capitulo terminali, foliario.

Flor. Germ. p. 156. n. 16. *Iuncus triglumis.*

I. foliis planis, gluma triflora terminali. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 100.*

I. exiguus montanus mucrone carens. *C. Bauh. pin. p. 12. prodr. p. 22.*

I. foliatus minimus? *Dill. Gief. p. 163.*

Culmus digitalis, simplicissimus, erectus, filiformis, maxima ex parte nudus, basi *foliis* duobus vel tribus linearibus, subulatis, basi vaginantibus. Capitulum terminale, triflorum, basi *Gluma* triualui, inaequali obuallatum. *Calycis foliola* ouato-acuminata, subaequalia, *Capsula* ouata breuiora.

Observat. *Iuncus foliatus minimus.* *Iob. Bauh. hist. 2. p. 523.* ad *Iuncum* nostrum *gracilem* certissime pertinet; *Iuncum* autem foliatum minimum *Dillenii* l. c. potius ad hanc speciem pertinere credo. Allegat enim *Iuncum* exiguum montanum mucrone carentem *C. Bauhini* et locum natalem illi in elatis montosis adscripsit, ubi nunquam observatur *Iuncus gracilis*, qui pascua arenosa humida solum amat.

Flor. Germ. p. 156. n. 17. *Iuncus pilosus.*

I. foliis planis pilosis, corymbo ramoso. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 100. Doerr. Nass. p. 22. Jacq. Vind. p. 61. Leers Herb. n. 268. Tab. 13. fig. 10. Nonne Erford. p. 266. n. 8. Plan. Erford. p. 111. Weig. Flor. Pom. n. 232. Wilke Flor. Gryph. n. 191.*

I. foliis planis, latis, panicula ramosa, sparsa. *Hall. Goett. p. 58. Boehm. Lips. n. 583. Zinn. Goett. p. 81.*

I. nemorosus latifolius maior. *Bergen Flor. Francof. p. 332. n. 8. Buxb. Halens. p. 170. Dill. Gief. p. 41.*

Cyperella nemorensis capitulis in singulis petiolis singulis, latifolia. *Rupp.* Ien. p. 144.

Gramen hirsutum latifolium maius. *C. Bauh.* pin. p. 7.

β. *Corymbo simplici.*

Juncus vernalis foliis planis hirsutis, floribus umbellatis, solitariis, pedunculatis aristatis. *Reichard* Flor. Moeno-Francof. append. p. 182. n. 974. *Leyff.* Halens. n. 358. α.

Gramen hirsutum angustifolium perenne lini utriculis. *Lin.* l. c. β.

Radix densa fibrosa. *Culmi* plures ex una radice, palmares et pedales, erecti, simplices, foliati. *Folia* plana, graminea, lineari-lanceolata, nervosa, basi vaginantis, margine vaginaque villis longis candidis tortilibus ciliata: *radicalia* in cespitem congesta; *culmea* alterna; *floralia* duo, inaequalia, corymbo breviora, vagina paleacea praedita, reliquis angustiora. *Ligulae* loco villi longi. *Corymbus* terminalis, compositus ramis nudis, simplicibus, superne dichotomis, inaequalibus. *Flores* solitarii, sessiles et pedunculati, splendentes, aequales, ovato-acuminati, spadiceo-purpurascens. *Capsula* subglobosa, trisperma. *Bractee* ad quemvis florem duae, ovatae, obtusae.

β. *Corymbo simplici.*

Differt tantummodo *Culmo* plerumque minori. *Corymbi* ramis simplicibus, unifloris, non diuisis; *inferioribus* brevioribus plerumque reflexis.

Observ. Beatus amicus *Reichard* hanc varietatem propriam putavit speciem, quam *Juncum vernalem* nominavit. At specie certe non differt, vix varietate. In quovis enim *Corymbo* non raro observatur unus alterque ramus terminalis, biflorus aut etiam dichotomus, triflorus, uti videre licet in figura *Leersii* l. c. Tab. 13. fig. 10. qui hanc varietatem potius ante oculos habuit.

Flor. Germ. p. 157. n. 18. *Juncus maximus.*

I. foliis planis pilosis, panicula terminali, ramosissima, floribus fasciculatis.

I. foliis planis hirsutis, floribus paniculatis fasciculatis. *Reichard* Flor. Moeno-Francof. append. p. 182. n. 974. *Oeder* Flor. Dan. Tab. 441.

I. foliis

I. foliis planis, latissimis, panicula sparsa, duplicato ramosa. *Hall. Goett. p. 59. Boehm. Lips. n. 585. Zinn. Goett. p. 81. Nonne Erford. p. 266. n. 9.*

I. *nemorosus* culmo geniculato, pedunculis ramosis, petalis mucronatis. *Moench. Hass. n. 298 α.*

Gramen nemorosum hirsutum latifolium maius. *Scheuchz. Agrost. p. 317. Murr. prodr. Goett. p. 52. δ. Pollich palat. n. 352. β. sub I. nemoroso. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 100. δ. sub I. piloso.*

Gramen Luzulae maximum. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 493. bona.*

β. *angustifolius.*

Juncus nemorosus foliis planis pilosis, floribus fasciculatis. *Pollich. palat. n. 352. Leyff. Hal. n. 358. γ.*

I. foliis planis latioribus, panicula umbellata, floribus minimis. *Hall. Goett. p. 59. Boehm. Lips. n. 584. Moench. Hass. n. 298. β. sub I. nemoroso. Zinn. Goett. p. 81.*

I. *montanus altissimus. Buxb. Halens. p. 171.*

Cyperella altissima montana. Rupp. Ien. p. 144.

Gramen hirsutum angustifolium maius. *C. Bauh. pin. p. 7. prodr. p. 16. Linn. l. c. ε. sub I. piloso. Murr. prodr. Goett. p. 52. ε. Scheuchz. Agrost. p. 318.*

Gramen Luzulae medium. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 493. bona.*

Culmi plures ex una radice, sesquipedales, bipedales et altiores, erecti, toti fere vaginis foliorum tecti, simplices, teretes, quadri- seu quinquenodi. *Folia* radicalia in cespitem congesta, semipedalia et fere pedalia, lata graminea, plana, striata; *culmea* semidigitalia, lanceolata: *omnia* margine vaginaque villis longis rectis, candidis ciliata: *floralia* nonnulla, minima, maxima ex parte vaginantia, viridia, rigidiora, apice sphacelata, panicula duplo vel triplo breuiora. *Panicula* terminalis, e corymbis ramosis composita. *Fasciculi* florum densi, in ramulis terminales et laterales sessiles. *Flores* aequales, fusco-spadicei nitidi, ovato-mucronati. *Bractae* ad quemuis fasciculum et ramorum basin lanceolatae, acuminatae, concavae, paleaceae. *Capsula* trisperma.

β. *angustifolius.*

Differt *Foliis* duplo angustioribus; *Floribus* minoribus, pallidioribus.

Obferu. *Linne, Scopoli* et Botanici plures hanc plantam cum *Iunco piloso* in unam speciem coniunxerunt, quae tamen habitu et structura diueriffima et constans est, ut ita iure meritoque propriam efficiat speciem. Cum *Iunco piloso* conuenit *Radice* cespitosa, fibrosa; *Foliis* planis, margine vaginaque ciliato-villosis: *Capsula* trisperma. Differt autem *Panicula* composita, ramosiore: *Floribus* minoribus, fasciculatis.

Flor. Germ. p. 157. n. 19. *Iuncus niueus*.

I. foliis planis subpilosis, corymbis folio breuioribus, floribus fasciculatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 101. Leers Herb. n. 269. Tab. 13. fig. 9. Scop. Carn. ed 2. n. 436.*

I. foliis planis angustioribus, panicula umbellata, foliis breuiore, floribus longissimis albis. *Boehm. Lips. n. 586. Nonne Erford. p. 267. n. 10.*

I. angustifolius, villosus, floribus albis paniculatis. *Bergen Flor. Francof. p. 332. n. 9. Buxb. Halens. p. 170. Dill. Gies. p. 71.*

Cyperella ferotina, flosculis albicantibus. *Rupp. Ien. p. 144.*

Gramen hirsutum angustifolium minus, paniculis albis. *C. Bauh. pin. p. 7.*

Gramini *Luzulae* affine flore albo. *Ioh. Bauh. hist. 2. pag. 492.*

Iuncoides montanum nemorosum, flore niueo. *Scheuchz. Agrott. p. 320. Tab. 7. fig. 7.*

Culmus pedalis et setquipedalis erectus, teres, foliosus, nodis quatuor seu quinque intractus. *Folia radicalia* plerumque emarcida, culmo breuiora; *culmea* linearia, plana, vaginantia, striata, longo tenuique mucrone terminata, margine villis ciliata. *Vagina* glabra, ligulae loco villis copiosioribus praedita: *floralia* duo, angustissima, minus villosa; inaequalia, altero corymbum superante. *Corymbus* terminalis, compositus pedunculis capillaribus, subramosis, inaequalibus, erectis, demum mutantibus. *Flores* fasciculati, albidi, nitidi. *Fasciculi* omnes laterales et terminales pedunculati, basi bracteis exiguis, lanceolatis, ac minatis, ciliatis albido-paleaceis inuoluerati. *Calycis foliola* inaequalia; *tribus interioribus* longioribus lanceolatis. *Capsula* trisperma.

Obferu.

- Obferu.* I. *Moench* l. c. *Folia culmea* dicit panicula longiora. Hoc in plantis iunioribus obferuatur, rarius in adultioribus et fructiferis.
- Obferu.* II. *Leersii* figura et descriptio minus quadrat cum nostris speciminibus variis in locis Germaniae obferuatis. Paniculam enim representat nimis diuaticatam et ramosam, Floresque minus fasciculatos ut et Folia floralia corymbos arcuatim superantia.
- Obferu.* III. Florum fasciculi primo intuitu haud dissimiles apparent iis, in *Schoeno albo*, ut ita facile decipiatur botanophilus.

Flor. Germ. p. 157. n. 20. *Iuncus campestris*.

I. foliis planis subpilosis, spicis sessilibus pedunculatisque. *Linn.* Syft. Plant. T. 2. p. 101. *Doerr.* Nass. p. 23. *Iacq.* Vind. p. 61. *Leers* Herborn. n. 270. Tab. 13. fig. 5. *Nonne* Erf. p. 267. n. 11. *Plan.* Erford. p. 111. *Schop.* Carn. ed. 2. n. 434. *Weigel* Flor. Pom. n. 233. *Wilke* Flor. Gryph. n. 192.

I. foliis planis pilosis, panicula in spicas congesta. *Hall.* Goett. p. 58. *Boehm.* Lips. n. 582. *Zinn.* Goett. p. 81.

I. villosus capitulis Pfyllii. *Bergen* Flor. Francof. p. 332. n. 10. *Buxb.* Hal. p. 170. *Dill.* Gies. p. 41.

Iuncoides villosum capitulis Pfyllii. *Scheuchz* Agrost. pag. 310.

Cyperella capitulis Pfyllii. *Rupp.* Ien. p. 143.

Gramen hirsutum capitulis Pfyllii. *C. Bauh.* pin. p. 7. prodr. p. 15.

Gramen Luzulae minus. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 493.

Gramen nemorosum minus angustifolium. *Volk.* Norimb. p. 198.

β. *Spiculis conglomeratis*.

Iuncoides hirsutum capitulo glomerato. *Scheuchz* Agrost. p. 312. *Leyff.* Halens. n. 359. β.

Gramen hirsutum elatius, panicula iuncea compacta. *Dill.* Gies. p. 54.

Gramen hirsutum, capitulo globofo. *C. Bauh.* pin. p. 7.

Culmi plures ex una radice, palmares pedales et altiores, erecti, simplices, foliati, nodis plerumque tribus instructi, teretes. *Folia* pilosa, plana, graminea *radicalia* in cespitem congesta, latiora; *culmea* minor; *floralia* duo, reliquis angustiora, panicula plerumque breuiora, inaequalia. *Spicae* ouatae, breues, multiflorae compactae, tres ad quinque, fusco-spadiceae, una alteraue sessilis, omnes fere pedunculatae, erectae, demum pendulae, corymbum terminalem constituentes simplicem. *Flores* subaequales.

β. *Spiculis conglomeratis.*

Differt *Spiculis* omnibus sessilibus aut breuissime pedunculatis in racemum breuem ouatum, obtusum, seu capitulum densum compactis.

Variat *Spicis* longioribus, tenuioribus, albidis omnibus pedunculatis.

Iuncoides montanum nemorosum villosum, latifolium elatius, capitulis florum candidis et splendentibus. *Leers* Herborn. l. c. β.

Cyperella sylvatica et saxatilis, panicula ramosa, capitulis Ranunculi. *Rupp.* Ien. p. 144.

Differt *Foliis* angustioribus, longioribus minus pilosis. *Culmo* ultrapedali. *Spicis* septem ad nouem, oblongioribus, tenuioribus, pallidioribus, omnibus pedunculatis. *Floribus* triplo minoribus, minus confertis, distinctioribus.

P E P L I S.

Flor. Germ. p. 157. *Peplis Portula.*

P. floribus apetalis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 112. *Berg.* Flor. Francof. p. 141. *Doerr.* Nass. p. 173. *Nonne* Erford. p. 237. *Plan.* Erford. p. 112. *Timm.* prodr. Flor. Megapol. n. 235.

P. foliis coniugatis. *Hall.* Goett. p. 160. *Zinn.* Goett. p. 197.

Portula. *Dill.* Gies. p. 120. et 239. append. p. 133. Tab. 7. *Boehm.* Lips. n. 523.

Portulaca spuria aquatica. *Buxb. Halens. p. 269. Hoppe Flor. Ger. p. 69. Rupp. Ien. p. 120.*

Alline palustris minor serpillifolia. *C. Bauh. pin. p. 251.*

Anagallis serpillifolia aquatica. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 372.*

Radix repens, fibrosa. Caulis statim a basi ramosus plerumque repens, non raro radicans, rubellus, subtetragonus, geniculatus, digna-is. Folia opposita, obovata, obtusa, in petiolum breuem decurrentia, integer ima, glabra. Flores alares, parui, solitarii, sessiles. Stipulae ad foliorum basin duae, exiguae, subulatae. Petala sex purpurascens, subrotunda, exigua, fugacissima.

* * * *

Obseru. Lythrum Hyssopifolia Flor. Germ. p. 203. n. 2. ob stamina tantum sex ad hanc Classiem pertineret.

T R I G Y N I A.

C O L C H I C V M.

Flor. Germ. p. 158. *Colchicum autumnale.*

C. foliis planis lanceolatis erectis. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 129. Böhm. Lips. n. 63. Doerr. Nass. p. 84. Jacq. Vind. p. 61. Nonne Erf. p. 36. Plan. Erf. p. 114. Scop. Carn. ed. 2. n. 448. Zinn. Goett. p. 94.

C. commune. C. Bauh. pin. p. 67. Bergen Flor. Francof. p. 202. Buxb. Halens. p. 77. Hall. Goett. p. 68. Hoppe Fl. Ger. p. 17. Rupp. Ien. p. 35. Volk Norimb. p. 116.

Colchicum. Ioh. Bauh. hist. 2. p. 649. Dill. Gief. p. 175.

Radix crassa, tuberosa, ovata. Folia plerumque tria, lanceolata, obtusa, striata, carinata, glabra verno et aestiuo tempore tantum praesentia. Pedunculus fructus inter folia, sulcatus, terminatus Capsula ovata, sulcata, glabra, trioculari. Flos purpurascens, nudus, autumnali tempore apparet. Calycis loco squamae vaginantes. rudimenta trium foliorum futuri anni simul includentes. Germen inferum, extra radicem. Corollae tubus longissimus.

Variat *Flore* albò.

Colchicum commune flore albo. *Buxb.* Hal. p. 77.

TRIGLOCHIN.

Obferu. *Linne* Calycem dicit triphyllum et Petala tria calyciformia. At Calyx nullus adest, fed Petala sex duobus ordinibus alternatim difpofita. Petala tria ordinis inferioris, feu Calyx *Linnei*, tribus ordinis fuperioris feu Corolla *Linnei*, non folum ftructura, figura et colore omni ratione conueniunt, fed aequè ftaminifera funt et decidua. Hinc nulla ratio obftat, cur petala tria ordinis inferioris calycem dicamus.

Flor. Germ. p. 158. n. I. Trigloch in paluftrè.

T. capsulis trilocularibus fublinearibus. *Linne*. Syft. Plant. T. 2. p. 125. *Bergen* Flor. Francof. p. 332. *Iacq.* Vind. p. 62. *Leers* Herborn. n. 272. Tab. 12. fig. 5. *Nonne* Erford. p. 123. n. I. *Plan.* Erford. p. 113. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 446. *Weigel* Flor. Pom. n. 241. *Wilke* Flor. Gryph. n. 198. *Zinn.* Goett. p. 81.

T. fructu tenui triloculari. *Hall.* Goett. p. 59.

T. fructu tenui. *Boehm.* Lipf. n. 251.

T. Riui. *Rupp.* Ien. p. 59.

Gramen iunceum fpicatum feu Trigloch. *C. Bauh.* pin. p. 6.

Gramen Trigloch. *Ioh. Bauh.* hift. 2. p. 508.

Iuncago paluftris et vulgaris. *Buxb.* Hal. p. 171.

Iuncago. *Dill.* Gief. p. 110.

Radix bulbofa, vaginis tunicata, fibrofa. *Folia* linearia, carinata, canaliculata. *Scapo* nudo, fimplici, erecto, ftricto, fubtrigono, femipedali et altiori plerumque breuiora. *Vaginae* fubcompressae, membrana tenuiffima, apice prominula vtrinque auctae. *Flores* in racemum fpicatum, terminalem, laxum, fimplicem difpofiti, exigui, breuiffime pedunculati, bracteis deftituti. *Petala* fex, duplici ordine alternatim difpofita, ouata, obtufa, unguibus inflexis antheriferis. *Filamenta* nulla (nifi ungues petalorum inflexos, affurgentes pro filamentis fumas).

Flor. Germ. Vol. II. P. I.

D d

Stig-

Stigmata tria, plumulosa, *germini* obouato imposita. *Capsula* linearis, superne paululum incrassata, trigona, apice tridentata, basi in valvulas, subulatas, tres dehiscens, longius pedunculata. *Valvulae* latere interiore longitudinaliter dehiscences, *Semen* solitarium emittentes.

Flor. Germ. p. 159. n. 2. *Triglochin maritimum*.

T. capsulis sexlocularibus ouatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 126. Doerr. Nass. p. 238. Nonne Erford. p. 124. n. 2. Plan. Erford. p. 113. Scop. Carn. ed. 2. n. 447. Weigel Fl. Pom. n. 242. Wilke Flor. Gryph. n. 199. Zinn. Goett. p. 81.*

T. fructu ouato, sexloculari. *Hall. Goett. p. 59.*

T. maritimum, fructu breuiore et crassiore. *Rupp. Ien. p. 59.*

Gramen spicatum alterum. *C. Bauh. pin. p. 6.*

Iuncago maritima, fructu breuiore et crassiore. *Buxb. Hal. p. 171.*

Iuncago maritima, foliis, spica et feminibus breuioribus. *Dill. Gies. append. p. 22.*

Differt ab antecedente 1. *Partibus* omnibus maioribus: 2. *Scapis* pluribus ex vna radice, semicylindricis, superne angulosis, sulcatis. 3. *Foliis* semicylindricis, carnosis. 4. *Stigmatibus* sex. 5. *Capsula* ex subrotundo-ouata, hexagona, sexloculari, basi in *Valvulas* sex dehiscente.

Observ. I. Floris structura singularis et in regno vegetabili sane rarissima.

Observ. II. Antherae tres ordinis inferioris pollen suum prius dimittunt et petala huius ordinis prius reflectuntur et decidunt cum suis antheris, quam reliqua tria ordinis superioris.

S C H E U C H Z E R I A.

Observ. I. Differt a Triglochine 1. *Staminum Filamentis* filiformibus receptaculo insertis; nec petalorum vnguibus inflexis antheriferis. 2. *Capsulis* plerumque tribus, distinctis aut basi cohaerentibus, bialuibus di- aut polyspermis.

Obferu. II. A *Iunco* differt *Scheuchzeria* 1. *Piftillis* plerumque tribus. 2. *Capsulis* plerumque tribus.

Flor. Germ. p. 159. n. 1. *Scheuchzeria palustris*.

S. foliis carnofis femiteretibus, bracteis monophyllis fpathaceis.

S. foliis carinatis. *Wiggers* prim. Flor. Holfat. p. 29.

Scheuchzeria. *Linn.* Syft. Plant. T. 2. p. 125. *Berg.* Fl. Francof. p. 67. *Timm.* prodr. Flor. Megapol. n. 245.

Iuncus capsulis distinctis tribus aut fex. *Boehm.* Lipf. n. 587.

Iuncus floridus minor. *C. Bauh.* pin. p. 12.

Iuncoidi affinis *palustris*. *Scheuchz.* Agrost. p. 336.

Radix repens, geniculata. *Culmus* erectus, digitalis, palmaris, erectus, teres, glaber, geniculis plerumque tribus praeditus. *Folia* femiteretia, linearia, carnofa, obtufe mucronata, integerrima, glabra, bafi vaginantia; *media culmea* reliquis maiora. *Ligula* obtufa, albida. *Panicula* terminalis, racemofa, fimplex, erecta, quadri- feu quinqueflora. *Pedunculi* alterni, folitarii, fimplices, vniflori, parentes. *Bractea* ad quemuis pedunculum, folitaria, vaginans. *Flores* subrotundi, bruneufculi. *Calycis foliola* lanceolata, obtufa, apice reflexa, patentia. *Germina* plerumque tria. *Stigmata* fessilia, germinibus extrorfum longitudinaliter affixa, lanceolata, plumofa. *Capsulae* plerumque tres, subrotundae, ventricofae, vniloculares, plerumque difpermae. *Semina* ouata, vtrinque obtufa.

Variat 1. *Germinibus*, *Stigmatibus* *Capsulis*que quatuor, quinque, feu fex.

2. *Capsulis* mono- et trifpermis.

Flor. Germ. p. 159. n. 2. *Scheuchzeria Pseudo-Afphodelus*.

S. foliis enfiformibus, bracteis triphyllis ftipulaceis.

S. foliis enfiformibus. *Wigg.* prim. Flor. Holfat. p. 29.

S. *Pseudo-Afphodelus*. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 445.

Anthericum calyculatum foliis enfiformibus, perianthiis trilobis, filamentis glabris, floribus trigynis. *Linn.* Syft. Plant. T. 2. p. 65. *Gmel.* Tubing. p. 103. *Oeder* Fl. Dan. Tab. 36.

Anthericum Pseudo-Asphodelus foliis ensiformibus linearibus, racemis oblongis, filamentis glabris. *Lacq.* Vind. p. 59. et 233.

Pseudo-Asphodelus alpinus. *C. Bauh.* pin. p. 29.

Radix filiformis, teres, flexuosa, fibrosa. *Culmus* foliarius, erectus, simplicissimus supra basin nudus, digitalis et paulo maior, glaber, teres. *Folia* plana, lineari-ensiformia, acuminata, glabra, integra: *radicalia* plura; *culmea* duo vel tria, minora. *Racemus* terminalis, simplex, densus, cylindricus, obtusus, circiter uncialis. *Pedunculi* breves, simplices, solitarii, aut duo vel tres approximati. *Bractee* ad pedunculorum basin, parvae, stipulaceae, acutae, plerumque tres. *Flores* e viridi flauicantes. *Calycis foliola* oblonga, obtusiuscula concava, patentissima, persistens. *Corolla* nulla (nisi calycem pro corolla hebeas). *Filamenta* subulata, glabra. *Stigmata* plerumque tria, obtusa. *Capsulae* plerumque tres, basi cohaerentes, superne distinctae, bivalues. *Semina* parua.

Variat I. *Pistillis*, *Capsulisque* quatuor et quinque.

2. *Bracteis* duabus aut quatuor.

Observ. I. *Periantium trilobum* certissime deficit in hac planta, sed *Bractee*, potius plerumque tres ad quemvis pedunculum, neququam autem sub flore obseruantur. Hinc minus quadrat *Linnei* nomen specificum *calyculatum* *Anthericum*.

Observ. II. Ab *Antherico* recedit *Pistillorum* numero et *Capsularum* structura et *Scheuchzeriae* proxime accedit.

R V M E X.

* *Flores hermaphroditi, valuulis granulo notatis.*

Flor. Germ. p. 160. n. I. *Rumex Patientia.*

R. floribus hermaphroditis: valuulis integerrimis; vnica granifera, foliis ovato-lanceolatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 114. *Elwert* Flor. Marggrav. Baruthin. p. 11.

Lapathum hortense, folio oblongo. *C. Bauh.* pin. p. 114.

Caulis erectus, tri- seu quadripedalis, ramosus, fulcatus. *Folia* ovato-lanceolata, petiolata, acuminata, subhirsuta, integerrima. *Flores* in spicis verticillati. *Calycis foliolis* obtusis.

Flor. Germ. p. 160. n. 2. *Rumex sanguineus*.

R. floribus hermaphroditis: valuulis integerrimis: vnica granifera, foliis cordato-lanceolatis. *Lim.* Syst. Plant. T. 2. p. 115. *Doerr.* Nass. p. 198.

Lapathum folio acuto rubente. *C. Bauh.* pin. p. 115. *Buxb.* Halens. p. 178.

Caulis erectus, ramosus, bipedalis et altior, purpureus. *Folia* cordato-lanceolata, obtusiuscula, crenulata, venis purpureis picta. *Flores* verticillati, breuiter pedunculati, in spicas interruptas subnudas dispositi. *Valuula exterior* floris grano magno globofo rubro notata.

Variat Floribus masculis grano destitutis. *Doerr.* Nass. p. 198. b).

Flor. Germ. p. 160. n. 3. *Rumex Britannica*.

R. floribus hermaphroditis: valuulis integerrimis: omnibus graniferis, foliis lanceolatis: vaginis obsoletis. *Lim.* Syst. Plant. T. 2. p. 115.

Planta mihi ingnota.

Flor. Germ. p. 160. n. 4. *Rumex crispus*.

R. floribus hermaphroditis: valuulis integris graniferis, foliis lanceolatis undulatis acutis. *Lim.* Syst. Plant. T. 2. p. 115. *Doerr.* Nass. p. 198. *Elwert* Flor. Marggr. Baruth. p. 11. *Iacq.* Vind. p. 62. *Nome* Erf. p. 262. n. 1. *Plan.* Erford. p. 112. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 238. *Weigel* Flor. Pom. n. 235. *Wilke* Flor. Gryph. n. 193.

R. floribus hermaphroditis, valuulis integerrimis planis. *Boehm.* Lips. n. 574. Var. 1.

Lapathum crispum. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 441.

Lapathum foliis oblongis, paniculis aphyllis. *Hall.* Gött. p. 17. *Zinn.* Goett. p. 39. α.

Lapathum folio acuto crispo. *C. Bauh.* pin. p. 115. *Berg.* Flor. Francof. p. 294. n. 4. *Hoppe* Fl. Ger. p. 32. *Rupp.* Ien. p. 57. *Volck.* Norimb. p. 240.

Lapathum acutum crispum. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 988. *Buxb.* Halens. p. 178. *Dill.* Gief. p. 108.

Caulis erectus, tripodalis et altior, glaber, fulcatus, dichotomus. *Folia* lanceolata: glabra, obtusiuscula, margine tenuissime crenulata, undulata, subtus nervis scabriuscula. *Flores* verticillati, pedunculati, in spicas interruptas dispositi subnudas. *Calycis valvulae* ovatae, obtusae, integerrimae, granulo rubello notatae.

Flor. Germ. p. 160. n. 5. *Rumex conglomeratus.*

R. floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis oblongis graniferis, foliis lanceolatis subundulatis.

R. conglomeratus. *Murr.* prodr. Goett. p. 52. *Reichard* Flor. Moeno-Francof. append. p. 183. n. 977. *Leers* Herborn. n. 275.

R. Nemolapathum floribus hermaphroditis: valvulis linearibus obtusis integerrimis graniferis, verticillis remotis, ramis patentibus, foliis inferioribus cordato-lanceolatis. *Lin.* Suppl. plant. p. 212. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 239. *Willdenow* prodr. Berol. n. 404.

R. Hydrolapathum. *Wigg.* prim. Flor. Holfat. p. 29.

R. floribus hermaphroditis ad alas foliorum conglomeratis, foliis lanceolatis integerrimis. *Boehm.* Lips. n. 576. *Nonne* Erford. p. 262. n. 3.

Lapathum Hydrolapathum. *Scop.* Carn. ed 2. n. 442.

Lapathum foliis acutis verticillatum. *Hall.* Goett. p. 17. *Zinn.* Goett. p. 40.

Lapathum aquaticum minus. *C. Bauh.* pin. p. 116. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 987. *Berg.* Flor. Francof. p. 294. n. 7. *Buxb.* Halens. p. 178. *Dill.* Gief. p. 109. *Rupp.* Ien. p. 57.

Differt ab antecedente 1. *Caule* plerumque minori. 2. *Ramis* diuvaricatis, subdiffusis 3. *Foliis* brevioribus, planioribus minusque undulatis. 4. *Verticillis* remotioribus. 5. *Flo-ribus* minoribus, copiosissimis, glomeratis reflexis. 6. *Calycis valvulis* oblongis.

Flor. Germ. p. 160. n. 6. *Rumex maritimus*.

R. floribus hermaphroditis: valuulis dentatis graniferis, foliis linearibus. *Linn. Syft. Plant. T. 2. p. 117. Elwert Flor. Marggrav. Baruthin. p. 11. Jacq. Vind. p. 62. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 240. Weig. Fl. Pom. n. 236.*

R. *Anthoxanthum* floribus hermaphroditis: valuulis ciliatis, omnibus graniferis, verticillis florum conglomeratis. *Moench Hass. n. 308.*

R. *anthoxanthus*. *Murr. prodr. Goett. p. 52.*

Lapathum perenne, foliis longissimis, calycibus ciliatis. *Hall. Goett. p. 18. Zimm. Goett. p. 40.*

Lapathum acutum flore aureo. *C. Bauh. pin. p. 115. Rupp. Ien. p. 58. Hoppe Flor Ger. p. 33. Dill. Giesf. append. p. 23.*

Anthoxanthum. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 987.*

Caulis erectus aut basi decumbens, pedalis et altior, statim a basi ramosus, angulosus. *Rami* brachiati, approximati. *Folia radicalia* emarcida: *caulina* lanceolato-linearia, longa vix margine crenulata, obtusiuscula; *ramea* et *floralia* linearia, integerrima. *Flores* in foliorum alis conglomerati, plurimi, densi, et viridi rufescentes, pedunculati: *glomerulis* approximatis, superioribus confluentibus. *Calycis Valuulae* lanceolatae acutae, dentibus linearibus inaequalibus ciliatae, omnes granulo praeditae.

Variat *Caule* digitali et palmari.

Lapathum acutum minimum. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 985. Buxb. Halens. p. 178. Dill. Giesf. p. 108. append. p. 23.*

Lapathum minimum. *C. Bauh. pin. p. 115. Berg. Flor. Francof. p. 295. n. 8. Rupp. Ien. p. 57. Volck. Norimb. p. 240.*

Flor. Germ. p. 161. n. 7. *Rumex obtusifolius*.

R. floribus hermaphroditis: valuulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis obtusiusculis crenulatis. *Linn. Syft. Plant. T. 2. p. 118. Doerr. Nsfl. p. 199. Elwert. Flor. Marggrav. Baruth. p. 11. Nonne Erf. p. 263. n. 4. Plan. Erford. p. 112.*

Lapathum folio minus acuto. *C. Bauh.* pin. p. 115. *Berg.* Flor. Francof. p. 295. n. 9. *Hoppe* Flor. Germ. p. 33. *Rupp.* Ien. p. 58.

Lapathum vulgare folio obtuso. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 984. *Buxb.* Halenf. p. 178. *Dill.* Gief. p. 108.

Lapathum foliis obtusis, ora crispa, calycis valvis interioribus ferratis. *Hall.* Goett. p. 18. *Zinn.* Goett. p. 40.

Caulis erectus, tri- seu quadripedalis, teres, sulcatus, ramosus. *Folia* glabra, plena, venosa, petiolata margine crenulata; *radicalia* in orbem congesta, pedalia et non raro maiora, cordato-ouata, obtusa: *caulina inferiora* et *media* cordato-oblonga: *superiora* et *floralia* lanceolata, tamen obtusiuscula. *Vaginae* magnae, fuscae, membranaceae, lacerae. *Flores* in fasciculos subverticillatos laxè dispositi. *Calycis valvulae interiores* versus basin praecipue inaequaliter dentatae, granulo oblongo pradiatae.

Variat *Caule* altiore *petiolisque* purpureis, *foliis* venis rubris pictis.

Lapathum vulgare rubrum retuso folio, siue Hippolapathum sylvestre rubrum. *Dill.* Gief. p. 111.

Lapathum sylvestre magnum vulgare. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 984. fig. bona. *Rupp.* Ien. p. 57.

Flor. Germ. p. 161. n. 8. *Rumex acutus.*

R. floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis acuminatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 117. *Elwert* Flor. Marggr. Baruthin. p. 11. *Nonne* Erf. p. 263. n. 4. *Plan.* Erford. p. 113. *Timm.* prodr. Flor. Megapol. n. 241. *Weig.* Flor. Pom. n. 237. *Wilke* Flor. Gryph. n. 194.

R. floribus hermaphroditis, valvulis dentatis granulo incumbente auctis. *Boehm.* Lips. n. 575.

Lapathum acutum. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 443.

Lapathum foliis oblongis, paniculis aphyllis. *Zinn.* Goett. p. 39. 7.

Lapathum folio acuto plano. *C. Bauh.* pin. p. 115. *Berg.* Flor. Francof., p. 294. n. 6. *Rupp.* Ien. p. 56.

Lapathum acutum siue Oxylapathum. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 983. Buxb. Halens. p. 177. Dill. Gies. p. 108. Hoppe Fl. Ger. p. 32.*

Lapathum acutum maius. *Volk. Norimb. p. 240.*

Differt ab antecedente 1. *Caule* subpubescente. 2. *Foliis* integerrimis, acutissimis 3. *Vaginis* brevioribus, obtusis 4. *Floribus* paulo minoribus. 5. *Valuulis calycinis* magis dentatis.

* * *Flores hermaphroditi: valuulis granulo destitutis.*

Flor. Germ. p. 161. n. 9. *Rumex aquaticus.*

R. floribus hermaphroditis: valuulis integerrimis nudis, foliis cordatis glabris acutis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 119. Elwert Fl. Marggr. Baruth. p. 11. Jacq. Vind. p. 62. Nonne Erford. p. 263. n. 5. Plan. Erford. p. 113. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 242. Weig. Fl. Pom. n. 238. Wilke Flor. Gryph. n. 195.*

R. floribus hermaphroditis, valuulis integerrimis planis, foliis cordato-lanceolatis. *Boehm. Lips. n. 574. Var. 2. Lapathum aquaticum. Scop. Carn. ed. 2. n. 444.*

Lapathum foliis oblongis paniculis aphyllis. *Zinn. Goett. p. 39. β.*

Lapathum aquaticum folio cubitali. *C. Bauh. pin. p. 116. Bergen Fl. Francof. p. 294. n. 5. Buxb. Halens. p. 178. Dill. Gies. p. 111. Hoppe Flor. Ger. p. 32. Volck. Norimb. p. 239.*

Lapathum maximum aquaticum. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 986.*

Caulis erectus quadri- seu quinquepedalis et altior, angularis, sulcatus, glaber, ramosus. *Folia* glabra, cordato-lanceolata, acuminata, vix crenulata et undulata, fere bipedalia. *Flores* pedunculati, in verticillos densos dispositi. *Valuulae calycinae* ovatae, obtusae, integerrimae, granulo destitutae.

Obseru. Hallerus et Zinnius *Rumicem crispum, acutum et aquaticum*, Boehmerus autem *R. crispum* et *aquaticum* in vnam speciem coniunxerunt. Differt autem *R. aquaticus* a *R. crispo* et *acuto* statura multo maiore: *Valuulis calycinis* granulo destitutis et a *R.*

acuto, infuper differt *Foliis* tenuissime crenulatis, subundulatis: *Valvulis calycinis* integerrimis.

Flor. Germ. p. 161. n. 10. *Rumex scutatus*.

R. floribus hermaphroditis, foliis cordato-hastatis, caule tereti. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 120. Doerr. Nass. p. 199.*

Acetosa rotundifolia hortensis. C. Bauh. pin. p. 114. Buxb. Halens. p. 4. Dill. Gies. append. p. 1. Rupp. Ien. p. 59.

Oxalis folio rotundiore repens. Ioh. Bauh. hist. 2. p. 991. fig. perbona.

Caules pedales et maiores, inferne procumbentes, plures ex vna radice, glabri, laeviter angulosi. *Folia* glabra, glauco-viridia, longe petiolata, basi biloba, hastata, apice subrotunda. *Flores* terni et quaterni e vagina breui, retusa, membranacea in racemum spicaeformem, laxum, nudum, terminalem dispositi, pedunculis capillaribus insidentes, hermaphroditi.

* * * *Flores* diclini.

Flor. Germ. p. 162. n. 11. *Rumex Acetosa*.

R. floribus dioicis, foliis oblongis sagittatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 122. Böhm. Lips. n. 572. Doerr. Nass. p. 199. Jacq. Vind. p. 62. Nonne Ertord. p. 263. n. 6 Plan. Erf. p. 113. Timm. prodr. Fl. Megapol. n. 243. Weig. Flor. Pom. n. 239. Wilke Fl. Gryph. n. 196.*

Acetosa pratensis. C. Bauh. pin. p. 114. Buxb. Halens. p. 4. Dill. Gies. p. 67. Hoppe Flor. Ger. p. 33. Rupp. Ien. p. 58. Volck. Norimb. p. 8.

Lapathum Acetosa. Scop. Carn. ed. 2. n. 438.

Lapathum acetosum sexu distinctum, foliorum sagittatorum hamis breuib. *Hall. Goett. p. 16. Zinn. Goett. p. 18. Bergen Flor. Francof. p. 294. n. 2.*

Oxalis vulgaris folio longo. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 989.*

Caulis erectus, bipetalis et altior, simpliciusculus, superne ramosus, glaber. *Folia* cordato-hastata, oblonga, obtusa, integerrima. *Flores* masculi et foeminei in diuersis plantis. *Stigmata* plumosum, albidum.

Variat 1. *Foliis crispis.*

Acetosa foliis crispis. *C. Bauh.* pin. p. 114.
Rupp. Ien. p. 58. *Hoppe* Flor. Ger. l. c.

Acetosa crispa. *Buxb.* Halensf. p. 4.

Oxalis crispa. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 990.

2. *Caule foliisque maioribus.*

Acetosa montana maxima. *C. Bauh.* pin. p. 114.
Hoppe Flor. Ger. l. c.

Acetosa hispanica, maxima Camerarii. *Rupp.*
Ien. p. 58.

Oxalis montana maxima. *Ioh. Bauh.* hist. 2. pag.
990.

3. *Folio breuiore, latiore.*

Acetosa montana, lato Ari folio rotundo. *Murr.*
prodr. Goett. p. 52. ε.

Flor. Germ. p. 162. n. 12. Rumex *Acetofella.*

R. floribus dioicis, foliis lanceolato-hastatis. *Linn.* Syst.
Plant. T. 2. p. 123. *Boehm.* Lipl. n. 573. *Doerr.* Nass. pag.
199. *Iacq.* Vind. p. 62. *Nonne* Erford. p. 263. n. 7. *Plan.*
Erford. p. 113. *Timm.* Flor. Megapol. n. 244. *Weigel* Flor.
Pom. n. 240. *Wilke* Flor. Gryph. n. 197.

Acetosa aruensis lanceolata. *C. Bauh.* pin. p. 114. *Buxb.*
Halensf. p. 4. *Dill.* Gief. p. 52. *Hoppe* Flor. Ger. p. 33. *Rupp.*
Ien. p. 58. *Volk.* Norimb. p. 8.

Lapathum acetosum sexu distinctum, foliorum sagittatorum
hamis longis et diuergentibus. *Hall.* Goett. p. 16. *Bergen*
Flor. Francof. p. 294. n. 1. *Zinn.* Goett. p. 18.

Oxalis parua auriculata repens. *Ioh. Bauh.* hist. 2. pag.
992.

Differt ab antecedente 1. Statura multo minori, caule pal-
mari ramosiore. 2. *Foliis* hastato-lanceolatis acuminatis, basi
lobis binis longius productis praedifis.

Variat 1. Tota purpurea.

2. *Seminibus* oblongis, prismaticis, utrinque obrufis,
calyce triplo maioribus.

POLYGYNIA.

ALISMA.

Flor. Germ. p. 163. n. 1. *Alisma Plantago*.

A. foliis ovatis acutis, fructibus obtuse trigonis. *Linn.* Syft. Plant. T. 2. p. 132. *Doerr.* Nass. p. 37. *Iacq.* Vind. p. 63. *Nonne* Erford. p. 124. *Plan.* Erford. p. 114. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 449. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 246. *Weigel* Flor. Pom. n. 243. *Wilke* Flor. Gryph. n. 200. *Zinn.* Goett. p. 112.

A. Rivini et Cordi. *Buxb.* Halens. p. 12. *Rupp.* Ien. pag. 60.

A. fructu obtuso triquetro. *Boehm.* Lipf. n. 252.

A. Plantaginoides. *Dill.* Gief. p. 126.

Damafonium filiquis brevissimis. *Hall.* Goett. p. 87.

Damafonium lato plantaginis folio. *Bergen* Flor. Francof. p. 144. n. 1.

Plantago aquatica latifolia. *C. Bauh.* pin. p. 190. *Hoppe* Flor. Germ. p. 34.

Folia in orbem congesta, petiolata, ovata, acuminata, integerrima, nervosa, glabra. *Caulis* erectus. nudus, obtuse triquetus: ramis verticillatis. *Bractee* ad quemvis ramorum verticillum tres, ovato-lanceolatae, sessiles, acuminatae, breves, submembranaceae. *Pedunculi* verticillati uniflori. *Petala* tria carnea.

Variat *Foliis* angustioribus.

Alisma angustifolium. *Rupp.* Ien. p. 60. *Buxb.* Hal. l. c.

Plantago aquatica angustifolia. *C. Bauh.* pin. p. 190. *Linn.* l. c. β . *Boehm.* Lipf. l. c. var.

Flor. Germ. p. 163. n. 2. *Alisma Damafonium*.

A. foliis cordato-oblongis, floribus hexagynis, capsulis subulatis. *Linn.* Syft. Plant. T. 2. p. 132.

Plantago aquatica stellata. *C. Bauh.* pin. p. 190.

Folia cordata, ouata, acuta, glabra, septemneruia, uncialia; petiolis sesquiuncialibus et biuncialibus glabris. *Scapi* teretes, vix spithamei, laeuissime striati. *Verticilli* duo, rarius tres, triflori. *Bractee* tres vel quatuor, ad basin verticilli, lanceolato-acuminatae. *Stamina* sex. *Pistilla* sex ad octo.

Flor. Germ. p. 163. n. 3. *Alisma dubia*.

A. foliis cordatis obtusis, floribus hexandris dodecagynis; feminibus vncinatis. *Willdenow* prodr. Berol. n. 416.

A. *cordifolia* foliis cordatis obtusis, floribus dodecandris, feminibus vncinato-muricatis? *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 133.

Cel. Willdenow plantam ita describit: *Scapi* pedales, sesquipedales et ultra, teretes, striati: verticillis quatuor ad quinque: inferioribus ramosis; superioribus trifloris. Squamis binis oblongo-obtusis munitis. *Flores* hexandri. *Pistilla* decem ad quatuordecim. *Semina* immatura vncinata erant, matura non vidit. *Folia* cordata, obtusa, nouemneruia, glabra, bi- ad triuncialia. *Petoli* pedales teretes, striati, glabri. Num varietas praecedentis?

Differt ab *Alisma Damasonio* feminibus vncinatis: ab *Alisma cordifolia* floribus hexandris.

Flor. Germ. p. 163. n. 4. *Alisma natans*.

A. foliis ouatis obtusis, pedunculis solitariis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 133. *Magazin für die Botanic.* St. 2. p. 17. n. 12. *Pollich* palat. Tom. 3. Append. p. 319. *Timm.* prodr. Flor. Megapol. n. 247.

A. foliis gramineis et ouatis, caule repente, umbella pauciflora. *Zinn.* Goett. p. 112.

Planta pro ratione loci natalis polymorpha

1. In aquis stagnantibus minus profundis:

Folia radicalia inundata lanceolato-linearia, acuminata, striata, isthmis intercepta, pellucida, basi vaginantia; *natantia* ouata, vtrinque obtusa, subcoriacea, longissime petiolata. *Pedunculi* radicales, longi, vniflori, filiformes, nudi.

2. In locis paludosis exsiccatis

Folia omnia ouata, vtrinque obtusa, subcoriacea, integerrima, longe petiolata, trineruia, venis parallelis. *Caules* filiformes

mes. longi, articulati, repentes: ad articulos radican- tes, floriferi, vno alteroue folio praediti. *Flores* ex quouis geniculo vel foli- tarii, vel duo ad quinque, pedunculati, basi vagina duplici tenu- issima, membranacea, obtusa involucriati. *Pedunculi* vniflori, vnciales et paulo longiores, nudi; *fructiferi* reflexi.

3. Ad margines aquarum stagnantium graminosos:

Folia omnia lanceolato-linearia, acuminata, striata, isthmis intercepta, pellucida, basi vaginantia, raro folio vnico ouato, subcoriaceo immixto. *Caules* recurui, debiles, non radican- tes, non raro in medio fasciculo foliorum lineariorum praediti, termi- nati umbella subquadriflora, basi vagina duplici breui membra- nacea inuolucrata, foliis destituta. Infra umbellam *pedunculus solitarius* aut duo oppositi longissimi, basi itidem vaginati, e caule prodeunt.

Obseru. Omnes hae Varietates conueniunt: *Petalis* candidis, lineatis, obouatis, integerrimis. *Calyce* persistente; *foliolis* ouatis, obtusis. *Seminibus* oblongo-ouatis, striatis, stylo breuissimo et stigmatate obtuso coronatis, in capitulum subrotundum congectis, nitidis.

Variat numero pistillorum a sex ad nouem, raro plura.

Flor. Germ. p. 163. n. 5. *Alisma Ranunculoides.*

A. foliis lineari-lanceolatis, fructibus globofo-squarrosis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 133. *Magaz für die Botanic.* St. 2. p. 17. n. 11. *Weig.* Flor. Pom. n. 244. *Wilke* Flor. Gryph. n. 201.

Damasonium angusto plantaginis folio. *Bergen* Flor. Fran- cof. p. 145. n. 2.

Plantago aquatica humilis angustifolia. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 778. b. *Hoppe* Flor. Ger. p. 34.

Folia in orbem congesta, lineari-lanceolata, vtrinque in peti- olem decurrentia, costata, carnosae, glabra plana, integerrima. *Petioli* semiteretes, canaliculati, isthmis intercepti. *Scapi* duo vel tres ex una radice fibrosa, depressi, digitales et semipedales, nudi, purpurascens. *Flores* in Umbellam lateralem et termina- lem dispositi. *Pedunculi* inaequales, vniflori, bracteis plerumque tribus, linearibus, acuminatis, paruis inuolucrati. *Petala* can- dida, crenata. *Pistilla* vltra viginti. *Semina* conglomerata, costis eminentibus scabris notata.

Variat *Scapis* pedibus erectis, strictis, umbella terminali solitaria.

 CLASSIS VII.

H E P T A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

T R I E N T A L I S.

Flor. Germ. p. 164. *Trientalis europaea*.

T. foliis lanceolatis integerrimis. *Linn. Syft. Plant. Tom. 2. p. 136. Boehm. Lipf. n. 64. Elwert Fl. Marggrav. Baruthin. p. 12. Nonne Erford. p. 37. Plan. Erford. p. 115. Timm. prodr. Flor. Megapol. n. 249. Weigel Flor. Pom. n. 245. Wilke Flor. Gryph. n. 202. Zinn. Goett. p. 252.*

T. Cordi et Riuini. *Buxb. Halenf. p. 323. Hoppe Flor. Ger. p. 8. Rupp. Ien. p. 20.*

Alfinanthemum. Hall. Goett. p. 203.

Pyrola alfinis flore europaea. C. Bauh. pin. p. 191. prodr. p. 101.

Caulis digitalis, palmaris, erectus, teres, simplex. Folia radicalia nulla: caulina fastigiata, alterna, approximata, sex ad septem, ex ovato-lanceolata, sessilia, integerrima, laevia, glabra. Flores plerumque duo, terminales. Pedunculi uniflori, tenues, erecti. Petala lanceolata, obrufa, candida, patentia. Bacca ex-fucca, futuris variis pulcherrime notata, in octo Semina tetraedra plerumque decidens.

Variat 1. *Segmentis calycis, Petalis et Staminiibus a quinque ad octo aut raro nouem, plerumque autem sex obseruantur.*

2. *Pedunculo solitario aut raro tribus.*

* * * * *

Obferu. Numerus feptenarius rariffimus eft in regno vegetabili.

* * * * *

Obferu. *Aefculus Hippo - Caftanum*, ob flores conftanter mafculos et hermaphroditos in eodem racemo, ad Polygamiam pertinet, quo etiam retuli. vid. Flor. Germ. p. 434.

 CLASSIS VIII.

 OCTAVIANDRIA.
 MONOGYNIA.

* Flores completi.

EPILOBIVM.

 † *Staminibus declinatis.*

 Flor. Germ. p. 166. n. 1. *Epilobium angustifolium.*

E. foliis sparsis linearibus lanceolatis, floribus inaequalibus.
Linn. Syst. Plant. Tom. 2. p. 151. Doerr. Naß. p. 100.
Elwert Flor. Marggrav. Baruthin. p. 12. Jacq. Vind. p. 63.
Nonne Erford. p. 144. n. 1. Plan. Erford. p. 117. Weigel
Flor. Pom. n. 246.

Chamaenerium angustifolium. Scop. Carn. ed. 2. n. 455.

Lysimachia speciosa, quibusdam *Onagra dicta filiquosa.*
Ioh. Bauh. hist. 2. p. 906. Volck. Norimb. p. 270.

Lysimachia Chamaenerion dicta angustifolia. C. Bauh.
pin. p. 245. Hoppe Flor. Ger. p. 18.

Caulis erectus, tri- seu quadripedalis, teres, rubellus, ramosus. *Folia* sparsa, alterna, sessilia, lineari-lanceolata, acuminata, subtus glauco-viridia, nervis eminentibus transuersis notata, glabra, margine vix denticulata. *Flores* speciosi, purpurei in racemum terminalem simplicem dispositi. *Pedunculi* ante florescentiam deefsi, floriferi erecti. *Calyx* pubescens, purpurascens. *Capsula* pubescens.

Variat *Foliis* latioribus lanceolatis.

Epilobium spicatum flore difformi, foliorum nervo eminente, ora laeviter ferrata. *Hall. Goett. p. 161.*
Zinn. Goett. p. 199.

E. latifolium glabrum, flore valde specioso. *Dill.*
Gies. p. 131.

Chamaenerium spicatum. foliis lanceolatis, vix dentatis. *Boehm. Lips. n. 297.*

Chamaenerion latifolium vulgare. *Bergen Flor. Francof. p. 129 n. 6. Buxb. Halenf. p. 66.*

Chamaenerion altissimum sylvaticum. *Rupp. Ien. p. 37.*

Lyfimachia Chamaenerion dicta latifolia. *C. Bauh. pin. p. 245. Hoppe Flor. Ger. p. 19. β. Linn. l. c. β. Leyff. Halenf. n. 375. β. Plan. Erford. p. 117. β.*

Omiss. in Flor. Germ. *Epilobium latifolium*.

E. foliis alternis lanceolato - ovatis, floribus inaequalibus. *Linn. Syst. Veget. p. 359. Syst. Plant. T. 2. p. 151. Leyff. Flor. Halenf. n. 376. Flor. Dan. Tab. 565.*

Planta mihi adhucdum ignota.

† † *Staminibus erectis, regularibus, petalis bifidis.*

Flor. Germ. p. 167. n. 2. *Epilobium grandiflorum*.

E. foliis ovato - lanceolatis, semiamplexicaulibus hirsutis, caule ramosissimo villosa.

E. *grandiflorum*. *Wigg. prim. Flor. Holfat. p. 30.*

E. *hirsutum* foliis oppositis lanceolatis ferratis, decurrenti-plexicaulibus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 152. Doerr. Nass. p. 100. Elwert Flor. Marggr. Baruthin. p. 12. Gmel. Tubing. p. 114. Jacq. Vind. p. 63. Leers Herborn. n. 285. Leyff. Halenf. n. 377. Moench. Hass. n. 317. Murr. prodr. Goett. p. 53. α. Nonne Erford. p. 145. n. 2. Plan. Erford. p. 117. Pollich. palat. n. 370. Reichard Flor. Moeno - Francof. n. 246. Scholl Barb. n. 304. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 250. Weigel Flor. Pom. n. 247. Wike Flor. Gryph. n. 204. Willdenow prodr. Berol. n. 422. Oeder Flor. Dan. Tab. 326.*

E. foliis longis dentatis villosis, flore maiore. *Hall. Goett. p. 162. Zinn. Goett. p. 200.*

E. *hirtutum* magno flore et specioso. *Dill. Gief. p. 131.*

Chamaenerion hirsutum. *Scop. Carn. ed 2. n. 452.*

Chamaenerion hirsutum palustre magno flore. *Bergen Flor. Francof. p. 129. n. 4. Buxb. Halenf. p. 67. Rupp. Ien. p. 38.*

Chamaenerion floribus ex alis sessilibus, foliis lanceolatis, dentatis, villosis. *Boehm. Lips. n. 298.*

Lysimachia filiquosa hirsuta magno flore. *C. Bauh. pin. p. 245.* *Hoppe Flor. Ger. p. 19.* *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 905.* *Volk. Norimb. p. 270.*

Caulis erectus, quadri- seu quinquepedalis, a basi ramosus, teres, villosus. Rami oppositi. Folia opposita, sessilia amplexicaulia, subdecurrentia, utrinque hirsuta, mollia, ovato-lanceolata, dentata. Flores ex alis foliorum, solitarii, magni, speciosi, purpurei, regulares.

Flor. Germ. p. 167. n. 3. *Epilobium pubescens.*

E. foliis lanceolatis subpetiolatis pubescentibus, caule villosissimo.

E. hirsutum foliis oppositis, lanceolatis, ferratis sessilibus cauleque villosis. *Wigg. prim. Flor. Holst. p. 31.*

E. parviflorum foliis oppositis lanceolatis ferratis sessilibus cauleque villosis. *Reichard Flor. Moeno-Francof. append. pag. 183. n. 979.*

E. villosum foliis oblongo-lanceolatis dentatis pubescentibus, caule tereti villosissimo. *Leyff. Halens. n. 378.*

E. foliis longis dentatis villosis, flore minore. *Hall. Goett. p. 162.* *Zimm. Goett. p. 200.*

E. hirsutum minore flore. *Dill. Gies. p. 131.* *Murr. prodr. Goett. p. 53. β.*

Chamaenerion parviflorum foliis oppositis, lanceolatis ferratis sessilibus cauleque villosis. *Schreber Spic. Flor. Lips. pag. 146.*

Chamaenerium palustre hirsutum parvo flore. *Bergen Flor. Francof. p. 129. n. 5.* *Buxb. Hal. p. 67.* *Rupp. Ien. p. 38.*

Lysimachia filiquosa hirsuta parvo flore. *C. Bauh. pin. p. 245. prodr. p. 116.* *Doerr. Nass. p. 101. b.* *Leers Herborn. n. 285. β.* *Moench. Hass. n. 317. β.* *Pollich palat. n. 370. β.* *Linn. Syst. Plant. T. 1. p. 152. β. sub Epilobio hirsuto.* *Oeder Flor. Dan. Tab. 347.*

Satis superque differt ab antecedente, cum quo coniunxit *Linneus*: 1. *Caule* plerumque bipedali, simplicissimo, villosissimo. 2. *Foliis* lanceolatis, pubescentibus tantum; *inferioribus* breviter

ter petiolatis; *superioribus* sessilibus, non autem decurrentibus: *floralibus* alternis: *omnibus* la uiter dentatis: denticulis minoribus remioribus; basi rotundatis integerrimis. 3. *Panicula* terminali. foliis foliariis reliquis minoribus bracteata. 4. *Floribus* alternis, triplo ve. quadruplo minoribus, pallidioribus.

Variat *Foliis* ternis.

Flor. Germ. p. 167. n. 4. *Epilobium montanum*.

E foliis oppositis ouatis dentatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 152. Doerr. Nass. p. 101. Jacq. Vind. p. 63. Nonne Erford. p. 145. n. 3. Plan. Erford. p. 117. Timm prodr. Fl. Megapol. n. 251. Weig. Flor. Pom. n. 248.*

E. foliis ouato-lanceolatis serratis laeuissime hirsutis. *Hall. Goett. p. 161. Zinn. Goett. p. 199.*

E. glabrum maius purpureo flore. *Dill. Gies. p. 91.*

Chamaenerion montanum. Scop. Carn. ed. 2. n. 453.

Chamaenerion floribus ex alis sessilibus, foliis ouatis; serratis hirsutis. *Boehm. Lips. n. 299.*

Chamaenerion glabrum maius. *Bergen Flor. Francof. pag. 129. n. 1. Buxb. Halens. p. 66. Rupp. Ien. p. 37.*

Lysimachia filiquosa glabra maior. *C. Bauh. pin. p. 245. Hoppe Ger. p. 19. Volck. Norimb. p. 270.*

Caulis erectus, pedalis et bipedalis, erectus, simplex, superne tantum diuisus, teres, vix pubescens, plerumque glaber. *Folia* ouata, acuminata, glabra, margine dentata, opposita, breuiter petiolata: *floralia* lanceolata alterna. *Flores* alterni, solitarii, in paniculam terminalem, laxam dispositi, parui, purpurascetes.

Variat 1. *Caule* digitali et sesquidigitali, paucifloro.

2. *Flore* albo. *Doerr. Nass. p. 191. c.*

Flor. Germ. p. 167. n. 5. *Epilobium tetragonum*.

E foliis lanceolatis denticulatis, imis oppositis, caule tetragono. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 153. Doerr. Nass. p. 101. Nonne Erford. p. 146. n. 4. Plan. Erford. p. 117.*

E. glabrum minus. *Dill. Gies. p. 128.*

Chamaenerion tetragonum. Scop. Carn. ed. 2. n. 454.

Chamaenerion glabrum minus. Bergen Flor. Francof. p. 129. n. 2. *Buxb.* Hal. p. 67. *Rupp.* Ien. p. 38.

Lysimachia filiquosa glabra minor. C. Bauh. pin. p. 245. *Volck.* Norimb. p. 270.

Differt ab aecedente 1. Caule plerumque altiore, inferne tetragono, superne e tereti anguoso 2. *Foliis* lanceolatis, longioribus. 3. *Floribus* pluribus in panicula, saepe ad sedecim. 4. *Stigmate* incrassato primum integerrimo, deum subquadrifido.

Variat *Flore* albo.

Epilobium glabrum maius flore albo. Dill. Gief. p. 128 append. p. 54.

Chamaenerion glabrum minus flore albo. Bergen Flor. Francof. p. 129. n. 3.

Flor. Germ. p. 167. n. 6. *Epilobium palustre.*

E. foliis oppositis lanceolatis integerrimis, petalis emarginatis, caule erecto *Linu.* Syst. Plant. T. 2. p. 153. *Doerr.* Nass. p. 102 *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 252. *Weig.* Flor. Pom. n. 249. *Wike* Flor. Gryph. n. 203.

E. foliis ellipticis obtuse lanceolatis totum laeue. *Hall.* Goett. p. 162. *Zinn.* Goett. p. 200.

E. glabrum angustifolium. *Dill.* Gief. p. 128.

Chamaenerion palustre. Schreber Spic. Fl. Lipf. p. 22.

Chamaenerion palustre foliis alternis linearibus, stylo declinato. Scop. Carn. ed. 2. n. 456.

Chamaenerion glabrum angustifolium. Bergen Flor. Francof. p. 129. n. 7. *Buxb.* Hal. p. 67.

Lysimachia filiquosa glabra angustifolia. C. Bauh. pin. p. 245.

Caulis plerumque pedalis, rubellus, glaber, teres erectus. *Folia* lineari lanceolata, obtusiuscula, integerrima, sessilia, glabra: inferiora opposita: floralia alterna. *Flores* solitarii, parui pallide rubri. *Stigma* crassiusculum, primum integerrimum, demum subquadrifidum. *Pedunculi* plerumque capsulis longiores.

Variat *Caule foliisque pubescentibus. Foliis subdenticulatis: denticulis raris, minimis obsoletis.*

Epilobium palustre. Oeder Flor. Dan. Tab. 347.

Flor. Germ. p. 168. *Epilobium roseum.*

E. foliis oppositis alternisque, ovato-lanceolatis, petiolatis, ferratis, glabris.

Chamaenerion roseum. Schreber Spic. Flor. Lips. p. 147.

Caulis erectus, teres, glaber, superne villo candido obductus. *Folia* ovato-lanceolata, inaequaliter serrata, acuta, glabra: *juniora* alba teneraque hirsutiae pubescentia; *inferiora* opposita, breviter petiolata; *superiora*, praecipue *floralia* alterna; *petiolis* linea tenera deorsum ad proximum internodium decurrentibus. *Flores* parvi, rosei aut albicantes, venis saturatioribus picti. *Stigma* clauatum, indivisum. *Germen* villis albis densis obductum.

Observ. An *Epilobium elegans* angusto non crenato folio hirsuto. *Dill. Gies. append. p. 17.* huc pertineat, vix determinandum est; desunt enim synonyma et descriptio.

Flor. Germ. p. 168. n. 8. *Epilobium obscurum.*

E. caule ramosissimo, foliis oppositis alternisque lanceolatis, ferratis, glabris basi decurrentibus.

Chamaenerion obscurum foliis oppositis alternisque lanceolatis glabris ferratis, basi decurrentibus. *Schreber Spic. Fl. Lips. p. 147.*

Celeberrimo *Schrebero* primum debemus huius plantae descriptionem passim in *Germania* occurrentis.

Caulis erectus teres, nitidus, ramosissimus, plerumque bipedalis (in nostris regionibus), glaber, summittatem versus pilis rarissimis obsitus. *Folia* lanceolata, glaberrima, ne iuniora quidem pubescentia, dentata, *denticulis* parvis inaequalibus apice callosis; *inferiora* opposita, ad notabilem a basi distantiam decurrentia, tandem in lineam utrinque per caulem ad proximum geniculum descendente desinentia, hinc caulis tetragonus apparet; *superiora* et *floralia* alterna, angustiora, sessilia, linea vix eminenti in caulem desinentia. *Flores* alterni, minimi, solitarii, pedun-

pedunculati, purpurascens. *Germen* tenellum, in pedunculum breuem desinens, hinc versus basin lineare, villis albis densis vestitum, aegre distinguendis, adolescente magis caluescens, tandem in Capsulam longissimam acute angulatam, piis raris albis adpressis vix distinguendis obfessum abiens.

Obseru. Planta per plures annos in horto patris dilectissimi iamiam defuncti culta, excepta proceritate, non mutauit habitum.

O E N O T H E R A.

Obseru. Genus proximum *Epilobio*, sed differt *Seminibus* nudis, pappo destitutis.

Flor. Germ. p. 168. *Oenothera biennis*.

O. foliis ovato-lanceolatis planis, caule muricato-villoso. *Lin.* syst. Plant. T. 2. p. 147. *Doerr.* Nass. p. 160. *Iacq.* Vind. p. 64. *Zinn.* Goett. p. 199.

Onagra biennis. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 451.

Onagra foliis ovato-lanceolatis, planis. *Hall.* Goett. pag. 162.

Onagra latifolia. *Bergen* Flor. Francof. p. 130. *Dill.* Giesl. append. p. 26. *Fabric.* Butisbac. p. 16.

Onagra. *Buxb.* Hal. p. 238. *Rupp.* Ien. p. 37.

Lysimachia lutea corniculata. *C. Bauh.* pin. p. 245. append. p. 516. *Hoppe* Flor. Ger. p. 18.

Planta exoticæ originis nunc indigena facta.

Caulis erectus, ramosus, fere quadripedalis, pubescens scaber, inferne teres, superne angulatus. *Folia* alterna, sessilia, radicalia in petiolum desinentia, ovato-lanceolata, laeuiter pubescentia, margine denticulis cællosis prædita. *Flores* in racemum laxum elongatum dispositi, solitarii, magni, sulphurei.

C H L O R A.

Obseru. Differt a *Gentiana*, cum qua *Linne* primo coniunxerat, *Calyce* octophyllo, *Corolla* octoïda. *Staminibus* octo. *Stylo* lembifido.

Flor. Germ. p. 168. *Chlora perfoliata*.

C. foliis perfoliatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 161.*

Gentiana perfoliata corollis octofidis, foliis perfoliatis, *Pollich* palat. n. 262. *Scop. Carn. ed. 2. n. 299.*

Caulis erectus, palmaris, pedalis, teres, glaberrimus, geniculatus, superne tantum ramifolus, dichotomus. *Folia* opposita connato-perfoliata, ovata, acutiuscula, integerrima, glabra, laetiviridia vel glaucescentia. *Flores* in paniculam dichotomam dispositi, flavi. *Calycis lacinae* lineares. *Corollae lacinae* ovatae, obtusae. *Stigmata* incrassata.

V A C C I N I V M.

Obseru. Genericus character essentialis consistit in *Corolla* monopetala, ovato-campaniformi, *Bacca* polysperma,

* *Foliis deciduis.*

Flor. Germ. p. 169. n. 1. *Vaccinium Myrtillus.*

V. pedunculis unifloris, foliis ferratis, ovatis, deciduis, caule angulato. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 164. Doerr. Nass. p. 275. Jacq. Vind. p. 64. Plan. Erf. p. 118. Scop. Carn. ed. 2. n. 458. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 253. Weigel Flor. Pom. n. 250. Wilke Flor. Gryph. n. 206. Zimm. Goett. p. 201.*

V. florum petiolis unifloris pendulis, foliis ferratis. *Boehm. Lipf. n. 68.*

V. caule angulato, foliis ferratis annuis. *Hall. Goett. p. 163.*

Vacinium. *Bergen Flor. Francof. p. 59. n. 1. Buxb. Hal. p. 328. Hoppe Flor. Germ. p. 29. Rupp. Ien. p. 52.*

Myrtillus. *Dill. Gief. p. 66. Volk. Norimb. p. 297.*

Vitis Idaea foliis oblongis crenatis fructu nigricante. *C. Bauh. pin. p. 470.*

β. *Fructu albo.*

Vaccinium foliis oblongis crenatis fructu albo. *Rupp. Ien. p. 52.*

Caulis

Caulis fruticosus, palmaris, pedalis, dichotomus, angulatus, laete viridis, glaber. *Folia* alterna, breuiter petiolata, ouata, acuminata ferrata, glabra, reticulata, decidua. *Flores* alares, solitarii, pedunculati, nutantes, purpurascens. *Baccae* e coeueo-nigricantes.

β. Differt fructu albo.

Variat *Corolla* et *Calyce* quinquefido, *Staminibus* decem.

Flor. Germ. p. 169. n. 2. *Vaccinium uliginosum*.

V. pedunculis vnifloris, foliis integerrimis obouatis obtusis lacuibus. *Linn. Syst. Plant. Tom. 2. p. 165. Jacq Vind. p. 64. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 254. Weigel Flor. Pom. n. 251. Zinn. Goett. p. 201.*

V. foliis annuis exalbidis. *Hall. Goett. p. 163.*

V. altissimum, foliis subrotundis exalbidis. *Rupp. Ien. p. 52. Hoppe Flor. Ger. p. 29.*

Vitis *Idaea* foliis subrotundis exalbidis. *C. Bauh. pin. p. 470.*

Vitis *Idaea* magna quibusdam, siue *Myrtillus* grandis. *Ioh. Bauh. hist. I. p. 518.*

Differt ab antecedente 1. *Caule* plerumque altiore, cortice bruneo ac cinereo obducto. 2. *Foliis* obouatis, obtusis, apice non raro emarginatis, margine integerrimis, glaucescentibus. 3. *Flo-ribus* magis confertis, pallidioribus. 4. *Baccis* magis coeruleis, calyce coronatis.

Variat *Calyce* *Corollaque* quinquefidis. *Staminibus* decem.

* * *Foliis* semperuidentibus.

Flor. Germ. p. 169. n. 3. *Vaccinium Vitis Idaea*.

V. racemis terminalibus nutantibus, foliis obouatis reuolutis integerrimis, subtus punctatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 167. Doerr. Nass. p. 275. Jacq. Vind. p. 64. Nonne Erford. p. 31. Plan. Erford. p. 118. Scop. Carn. ed. 2. n. 459. Zinn. Goett. p. 201.*

V. foliis perennantibus obuere ouatis. *Hall. Goett. pag. 163.*

V. florum petiolis racemosis pendulis, foliis integris.
Boehm. Lipf. n. 68.

V. foliis Buxi, semperuiens, baccis rubris. *Rupp.* Ien. p. 52. *Berzen* Flor. Francof. p. 59. n. 2. *Buxb.* Halenf. pag. 329. *Hoppe* Flor. Ger. p. 29.

Vaccinia rubra. *Volk.* Norimb. p. 392.

Vitis Idaea foliis subrotundis non crenatis, baccis rubris.
C. Bauh. pin. p. 470.

Vitis Idaea semperuirens, fructu rubro. *Ioh. Bauh.* hist. I. p. 522.

Caulis fruticosus, basi procumbens, demum erectus palmaris et altior, teres. *Folia* alterna, obouata, obtusa, integerrima, coriacea, semperuiencia, margine parum reuoluta, subtus pallidiora, punctata; iuniora plerumque sabferrata. *Flores* in racemum simplicem, breuem, nutantem, terminalem dispositi, albi. *Baccae* purpureae.

Variat *Staminibus* decem; *Corolla* et *Calyce* quinquefido.

S C H O L L E R A.

Obferu. I. *Bacca* polysperma tantum conuenit cum *Vaccinio*, caeteram diuertiflima obferuntur. *Corolla* te rapetala, reuoluta. *Filamentis* conniuentibus, *Antheris* bipartitis, tubulosis. Hinc non immerito proprium distinctumque a *Vaccinio* genus efficere inestetur.

Obferu. II. Plantarum circa *Barbi* sponte nascentium scrutatoris indefelli, b. *Scholleri* nomen huic generi inposui.

Flor. Germ. p. 170. Schollera *Oxycoccus*.

S. foliis ouatis, integerrimis reuolutis semperuirentibus, caulibus filiformibus repentibus nudis.

Vaccinium Oxycoccus foliis integerrimis, reuolutis, ouatis, caulibus repentibus filiformibus nudis. *Linn* Syst. Plant. T. 2. p. 167. *Doerr.* Nass. p. 276. *Elwert* Flor Marggrav. Baruthin. p. 12. *Leers* Herb. n. 292. *Leyff.* Halenf. n. 386. *Moench.* Hass. n. 324. *Murr.* prodr. Goett. p. 53. *Pollich* palat. n. 37. *Reichard* Flor. Moeno-Francof. append. p. 184. n. 980. *Scop* Carn. ed. 2. n. 457. *Timm* prodr. Flor. Megapoli. n. 255.
Weigel

Weigel Flor. Pom. n. 252. *Wigg.* prim. Flor. Holfat. p. 31.
Wilke Flor. Gryph. n. 207. *Willdenow* prodr. Berol. n. 428.
Zinn. Goett. p. 200. *Oeder* Flor. Dan. Tab. 80. Herbar. viv.
 Plant. officin. Fasc. 7. No. 3.

Vaccinium palustre. *Bergen* Flor. Francof. p. 59. n. 3.

Oxycoccus. *Buxb.* Halens. p. 243. *Hoppe* Flor. Ger. p.
 54. *Rupp.* Ien. p. 94.

Oxycoccum. *Hall.* Goett. p. 163. *Volck.* Norimb. pag.
 316.

Oxycoccus siue *Vaccinia palustris.* *Ioh. Bauh.* hist. I. Lib.
 5. p. 525. bona.

Vitis Idaea palustris. *C. Bauh.* pin. p. 471.

Caules lignosi, duri, filiformes, repentes, dichotomi, pal-
 mares et maiores. *Folia* breuiter petiolata, plerumque sursum
 directa, alterna. ouata, coriacea, glabra, margine parum reuoluta,
 integerrima. *Pedunculi* terminales, filiformes, purpurei, apice
 incurui, tres plerumque approximati, longi, glabri, vniflori.
Flores nutantes, ex albido purpurei, speciosi. *Petala* quatuor
 regularia, lanceolata, obtusa, basi laeuiter cohaerentia, primo
 patentia, demum reflexa. *Filamenta* conniuentia. *Antherae* ut
 in *Solano* bipartitae, tubulosae. *Bacca* purpurea, satis magna,
 pendula.

E R I C A .

Flor. Germ. p. 170. n. 1. *Erica vulgaris.*

E. antheris aristatis, corollis campanulatis subaequalibus,
 calycibus duplicatis, foliis oppositis sagittatis. *Linn.* Syst. Plant.
 T. 2. p. 168. *Doerr.* Nass. p. 257. *Iacq.* Vind. p. 64. *Nonne*
 Erford. p. 37. *Plan.* Erford. p. 118. *Scop.* Carn. ed. 2. n.
 460. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 256. *Weigel* Flor. Pom.
 n. 253. *Wilke* Fl. Gryph. n. 208.

E. cristata; foliis oppositis sagittatis. *Willdenow* prodr. Berol.
 n. 430.

E. foliis imbricatis glabris. *Hall.* Goett. p. 164. *Zinn.*
 Goett. p. 202.

E. vulgaris glabra. *C. Bauh.* pin. p. 485. *Bergen* Flor.
 Francof. p. 47. n. 1. *Buxb.* Halens. p. 104. *Dill.* Gies. p.
 171.

E. vul-

E. vulgaris flore purpureo. *Rupp.* Ien. p. 90. *Hoppe* Flor. Ger. p. 52.

E. vulgaris folio Myricae. *Volck.* Norimb. p. 151.

Ericoides foliis quadrifariam imbricatis. *Böhm.* Lipsf. n. 65.

Caules fruticulosi, teretes, erecti, diffusi, ramosi, pedales et altiores. *Folia* opposita, sessilia, sagittata, approximata, glabra. *Flores* purpurei, in racemum terminalem dispositi, pedunculati, solitarii, subnutantes, campanulati, purpurei: *fructiferi* limbo inflexi.

Variat *Flore* albo.

Erica vulgaris glabra, flore albo. *Bergen* Flor. Franc f. p. 47. n. 2. *Buxb.* Halensf. p. 104. *Rupp.* Ien. p. 90.

Flor. Germ. p. 170. n. 2. *Erica Tetralix.*

E. antheris aristatis, corollis ovatis, stylo incluso, foliis quaternis ciliatis, floribus capitatis. *Linn.* Syst. Plant. Tom. 2. p. 174. *Fabric.* Helmst. p. 240. *Weigel* Flor. Pom. n. 254, *Wilke* Flor. Gryph. n. 209.

E. aristata: foliis quaternis oblongis ciliatis, subtus tomentosis, floribus umbilicatis, calyce ciliato-tomentoso. *Willdenow* prodr. Berol. n. 429.

E. foliis hirsutis quaternis. *Hall.* Goett. p. 164. *Zinn.* Goett. p. 202.

E. ex rubro nigricans scoparia. *C. Bauh.* pin. p. 486.

Caules erecti, fruticuloti, teretes, ramosi: *iuniores* villosissimi; *adultiores* lignosi, ab impressionibus foliorum amissorum scabri. *Folia* quaterna, verticillata, aristata, ciliata, subtus glabra, canaliculata: *petiolis* planiusculis, cauli adpressis, basi extus glandula purpurascente notatis. *Flores* purpurei, capitati, nutantes, ovati, ventricosi, pedunculati. *Antherae* nigricantes, apice bifidae, basi aristatae; *aristis* horizontalibus. *Bracteae* ad quemvis florem tres, *duae* calyci adpressae, *unica* remota, calycis similes, sed angustiores.

Variat *Flore* carneo et albo.

Obseru. Ne confundantur *Bracteae* *duae* calyci adpressae cum foliolis calycis et ita *Calyx* habeatur hexaphyllus, infer-

infertionis loco et figura facile distinguuntur.

* * * * *

Obferu. *Monotropa Hypopithys* Flor. Germ. p. 180. ob flores laterales octandros ad hanc Claffem poffet referri.

* * *Flores incompleti.*

D A P H N E.

Flor. Germ. p. 171. n. I. *Daphne Mezereum.*

D. floribus fessilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis. *Lin.* Syft. Plant. T. 2. p. 190. *Doerr.* Nass. p. 257. *Elwert* Fl. Marggrav. Baruth. p. 12. *Jacq.* Vind. p. 65. *Nonne* Erford. p. 38. *Plan.* Erford. p. 118.

D. floribus fessilibus infra folia elliptica. *Zinn.* Goett. p. 19.

Laureola folio deciduo, flore purpureo. officinis *Laureola foemina.* *C. Bauh.* pin. p. 462. *Buxb.* Halens. p. 181.

Laureola folio deciduo, siue *Mezereum germanicum.* *Ioh. Bauh.* hist. 1. p. 566 *Hoppe* Flor. Ger. p. 21. *Rupp.* Ien. p. 40.

Laureola folio deciduo, flore purpureo. *Volck.* Norimb. p. 244.

Thymelaea Mezereum. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 462.

Thymelaea floribus spicatis, sub foliis ellipticis, modice acuminatis, laeuibus, mollibus. *Boehm.* Lips. n. 66.

Thymelaea spica foliis laeuibus, mollibus, lanceolatis subiecta. *Hall.* Goett. p. 166.

Thymelaea laurifolia siue *Laureola femina.* *Bergen* Flor. Francof. p. 64. *Dill.* Gief. p. 35.

Fruticulus tri- seu quadripedalis erectus, dichotomus. *Flores* primo vere in racemum speciosum dispositi, purpurei, terni e quavis gemma. Statim post florescentiam *Folia* e gemmae apice prodeuntia fasciculata, demum alterna, lanceolata, glabra, integerrima, *Baccae* maturae rubrae.

Variat *Flore* albo.

Laureola folio deciduo. flore albo, officinis *Laureola femina*.
C. Bauh. pin. p. 462. *Hoppe* Flor. Ger. p. 21. *Rupp.* Ien. pag. 41.

Flor. Germ. p. 171. n. 2. *Daphne Cneorum*.

D. floribus fasciculatis terminalibus sessilibus, foliis lanceolatis mucronatis. *Linn.* Syst. Plant. T. I. p. 193. *Iacq.* Vind. p. 65. *Pollich* palat. n. 380. Fig. 4.

Laureola alpina linifolia, humilior, flore purpureo odoratissimo. *Rupp.* Ien. p. 41.

Thymelaea Cneorum. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 464.

Thymelaea alpina linifolia humilis, flore purpureo odoratissimo. *Dill.* Gies. append. p. 34.

Thymelaea foliis acutis, floribus odoratis purpureis, *Cneorum*. *Volck.* Norimb. p. 382.

Thymelaeae affinis facie externa. *C. Bauh.* pin. p. 463.

Fruticulus digitalis, palmaris, basi procumbens, erectus subramosus, dichotomus. *Folia* alterna, sparsa, lanceolata, sessilia, integerrima, patentia, rigida, duriuscula, glabra. *Flores* terminales, fasciculati, sessiles, amoene purpurei, saepeolentes, magni ratione fruticuli, foliis caulinis involucrati. *Capsula* ovata, sicca, primo viridis, demum fusca.

Obseru. *Daphne* genus *Baccam* pro caractere generico agnoscit, a quo autem recedit haec species, fructu sicco vel potius *Capsula* gaudens.

S T E L L E R A.

Flor. Germ. p. 171. *Stellera passerina*.

S. foliis linearibus, floribus quadrifidis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 197. *Elwert* Flor. Marggr. Baruth. p. 12. *Iacq.* Vind. p. 65.

Passerina. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 456. *Bergen* Flor. Francof. p. 64. *Buxb.* Halensf. p. 251. *Rupp.* Ien. p. 64.

Caulis erectus plerumque pedalis, ramosus, virgatus. *Folia* alterna, linearia, glabra integerrima, acuminata, patentia. *Flores* in

in alis foliorum sessiles, parui, plerumque clausi, virides, apice lutei, bracteis duabus lanceolatis praediti.

Observ. Facies omnino *Thesii alpini*, at maior et erectior. *Pollichius* l. c. Flores tres ad quinque et plures in alis foliorum sessiles fasciculatos dicit. In omnibus autem, quae inter segetes montis sic dicti *Azelsberg* prope *Erlangam* copiosissime observavi, speciminibus, flores omnes erant in alis foliorum sessarii, absque ullo rudimento alterius floris. An itaque *Pollichii* planta varietas nostrae?

DIGYNIA.

CHRYSOSPLENIVM.

Flor. Germ. p. 171. n. 1. *Chrysofplenium alternifolium*.

C. foliis alternis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 307. Doerr. Nass. p. 81. Hall. Goett. p. 32. Scop. Carn. ed. 2. n. 487. Timm procr. Flor. Megapol. n. 284. Weigel Flor. Pom. n. 269. Wilke Flor. Gryph. n. 224. Zinn. Goett. p. 20. Verzeichniss der Pflanz. welche nicht in den gehörig. Class. und Ordnung. des Linn. Syst. stehen. p. 94.*

C. foliis amplioribus auriculatis. *Bergen Flor. Francof. p. 80. Dill. Gies. p. 36. Hoppe Flor. Germ. p. 42. Rupp. Ien. pag. 73.*

C. maius, foliis pediculis oblongis infidentibus. *Buxb. Halens. p. 72.*

Chrysofplenium. Boehm. Lips. n. 588. Volk. Norimb. pag. 107.

Caulis erectus, digitalis plerumque, triqueter, superne dichotomus, ramis corymbosis. Folia radicalia in cespitem congesta, caulina alterna; omnia cordato-reniformia, crenata, pallide viridia, nitida, pilis raris obsessa: floralia subsessilia, glabra. Flores parui, luteo-viridescentes, sessiles, approximati, omnes quadripartiti, octandri. Semina nitida.

Variat nonnunquam *Flore terminali, primario quinquepartito, decandro.*

Flor. Germ. p. 171. n. 2. *Chrysofplenium oppositifolium*.

C. foliis oppositis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 308. Nonne Erford. p. 268. Plan. Erford. p. 124. Verzeichn. der Pflanz. welche nicht in den gehör. Classen und Ordn. des Linn. Syst. sehen. p. 95. n. 2.*

C. foliis amplioribus auriculatis. *Buxb. Hal. p. 72.*

Saxifraga rotundifolia aurea. C. Bauh. pin. p. 309.

Differt ab antecedente, cui simile, 1. *Caule* teneriore, tetragono, laevi: *lateribus duobus oppositis* angustioribus, canaliculatis. 2. *Foliis* oppositis, minoribus, subrotundis, subcrenatis, brevius petiolatis. 3. *Floribus* paucioribus et minoribus.

Obseru. I. Plurimi auctores botanici *Chrysofplenium alternifolium* et *oppositifolium* inter se confuderunt aut pro una eademque specie habuerunt. Difficillime itaque synonyma auctorum rite determinari suaeque speciei adscribi possunt.

Obseru. II. *Flos primarius* in hisce speciebus nonnunquam quinquepartitus, pentandrus obseruatur; plerumque autem cum serioribus quadripartitus octandrus est. Neque tamen minus *Linne* hoc genus ad Decandriam, secundum legem sibi propositam, retulit. At in hoc genere primarius flos fere nunquam staminibus decem gaudet, hinc iure meritoque ad hanc Classem referendum esse duxi.

MOEHRINGIA.

Calyx tetraphyllus. *Corolla* tetrapetalâ. *Capsula* unilocularis, quadriualuis.

Omiss. in Flor. Germ. *Moehringia muscosa*.

Moehringia. Linn. Syst. Veget. p. 376. Syst. Plant. Tomi. 2. p. 202. Jacq. Vind. p. 65. Flor. Austr. v. 5. Tab. 449. Scop. Carn. ed. 2. n. 466.

Aline muscosa quibusdam. *C. Bauh. pin. p. 365. Joh. Bauh. hist. 13. p. 365.*

Alfne tenuifolia muscosa. *C. Bauh.* pin. p. 251. *Volck.* Norimb. p. 22.

Sagina muscosa. *Berg.* Flor. Francof. p. 109. n. 2.

Spergula graminea, annua, foliis obscure virentibus, flore tetrapetalo? *Rupp.* Ien. p. 73.

Caules filiformes, tenues, ramosissimi. *Folia* opposita, conato-perfoliata, linearia, tenuia. *Flores* ex alis foliorum solitarii, longe pedunculati. *Calyx* patulus. *Corolla* patens, candida. *Capsula* ovalis, pallide flavescens.

TRIGYNIA.

POLYGONUM.

* *Spica unica.*

Flor. Germ. p. 172. n. 1. *Polygonum Bistorta.*

P. caule simplicissimo monostachio, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 204. *Doerr.* Nass. p. 178. *Elwert* Flor. Marggrav. Baruthin. p. 12. *Iacq.* Vind. p. 66. *Plan.* Erford. p. 118. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 257.

Bistorta foliis ovato-oblongis, acuminatis. *Boehm.* Lips. n. 592. *Nonne* Erford. p. 269.

Bistorta foliis imis appendiculatis, femine triquetro. *Hall.* Goett. p. 28. *Zinn.* Goett. p. 40.

Bistorta maior rugosioribus foliis. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 538. *Dill.* Gief. p. 89.

Bistorta maior, radice magis intorta. *C. Bauh.* pin. p. 192. *Berg.* Flor. Francof. p. 292. n. 1. *Hoppe* Fl. Ger. p. 56. *Rupp.* Ien. p. 98. *Volck.* Norimb. p. 64.

Bistorta maior, radice minus intorta. *Buxb.* Halens. p. 39.

Radix crassa, lignosa, intorta, subfusca. *Caulis* erectus, teres, glaber, simplicissimus, bi- seu tripedalis. *Folia radicalia* in orbem congesta, ovata, obtusiuscula, laeviter undulata, in petiolum decurrentia, glabra; *caulina* alterna, sessilia, vaginis amplexicaulia, ovato-lanceolata. *Spica* terminalis, solitaria, cylindrica, obtusa, semidigitalis et longior, densa. *Flores* sem-
Flor. Germ. Vol. II, P. I. F f per

per gemini, altero sessili, altero pedunculato, basi *Bracteis* fuscis ouato-lanceolatis, aridis inuolucrati. *Semen* triquetrum.

Variat 1. *Radice* minus intorta.

Bistorta media folio minus rugoso. *Ioh. Bauh. hist.* 3. p. 539. *Buxb. Hal.* p. 39.

2. *Staminibus* septem

* * *Pistillo* bifido, aut *stamina* minus octo.

Flor. Germ. p. 173. n. 2. *Polygonum amphibium.*

P. floribus pentandris semidigynis, spica ouata. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 205. Doerr. Nass. p. 179. Jacq. Vind. p. 66. Plan. Erford. p. 119.*

α. aquaticum natans, foliis obtusis, glaberrimis.

Polygonum amphibium α. natans foliis glabris, longe petiolatis, spica subrotunda. *Moench Hass. n. 328.*

P. amphibium α. aquaticum natans, foliis obtusis glaberrimis, staminibus corolla breuioribus. *Leers, Herborn. n. 296. Leyff. Fl. Halens. n. 391.*

P. amphibium α. aquaticum foliis glabris longe petiolatis, spica subrotunda. *Willdenow prodr. Berol. n. 439.*

P. amphibium β. palustre staminibus corolla breuioribus. *Weigel Fl. Pom. n. 255. Wilke Flor. Gryph. n. 210.*

P. amphibium α. aquaticum. *Timm prodr. Flor. Megapol. n. 258.*

Perficaria florum staminibus quinque corollam superantibus, stylo bifido. *Boehm. Lips. n. 566.*

Perficaria floribus pentandris semidigynis staminibus, corolla longioribus. *Nonne Erford. p. 259. n. 1.*

Perficaria foliis ferratis, spica densa cylindrica. *Hall. Goett. p. 28. Zinn. Goett. p. 41.*

Perficaria palustris fluitans, foliis breuioribus et latioribus, florum spica speciosa, purpurea, compactiore. *Bergen Fl. Francos. p. 292. n. 9. Buxb. Hal. p. 257. Hoppe Flor. Germ. p. 56. Rupp. Ien. p. 98.*

Perficaria falicis folio, *Potamogeton angustifolium* dicta. *Berg.* Flor. Francof. p. 291. n. 8. *Buxb.* Hal. p. 257. *Dill.* Giesl. p. 91. *Hoppe* Flor. Ger. p. 56. *Rupp.* Ien. p. 98.

Potamogeton falicis folio. *C. Bauh.* pin. p. 193.

β. terrestre erectum, foliis acutiusculis scabris.

Polygonum amphibium β. terrestre foliis hirsutis subsessilibus, spica oblonga. *Moench.* Hafl. n. 328. *Willdenow* prodr. Berol. n. 439.

P. amphibium β. terrestre erectum, foliis acutiusculis scabris, staminibus corolla longioribus. *Leers* Herborn. n. 296. *Leyff* Flor. Halens. n. 391.

P. amphibium α. terrestre staminibus corolla longioribus. *Weig.* Flor. Pom. n. 255. *Wilke* Flor. Gryph. n. 210.

P. amphibium β. terrestre. *Timm* prodr. Megapol. n. 258.

Caulis teres, longus, geniculatus. *Folia* alterna nervis transversalibus. *Vaginae*, truncatae. *Flores* subsessiles in spicam terminalem dispositi. *Stamina* quinque.

α. aquaticum.

Caulis glaber, superne natans. *Folia* petiolata, cordato-lanceolata, glabra, natantia, coriacea. *Vaginae* breues. *Spica* subrotunda.

β. terrestre

Caulis erectus, pilosus. *Folia* lanceolata, subsessilia, superne laete viridia, subtus incana, scabra. *Vaginae* longiores. *Spica* oblonga.

Observu. In varietate *α. aquatico* stamina corolla plerumque breviora, in *β. terrestri* autem plerumque corolla longiora, at nonnunquam etiam breviora observantur.

Flor. Germ. p. 173. n. 3. *Polygonum Hydropiper.*

P. floribus hexandris semidigynis, foliis lanceolatis, stipulis submuticis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 206. *Doerr.* Nass. p. 179. *Iacq.* Vind. p. 66. *Plan.* Erford. p. 119. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 259. *Weigel* Flor. Pom. n. 256. *Wilke* Flor. Gryph. n. 211.

P. floribus digynis hexandris, foliis lanceolatis. Scop. Carn. ed. 2. n. 467.

Pericaria staminibus fenis, stylo bifido. Boehm. Lips. n. 568.

Pericaria floribus hexandris semidigynis. Nonne Erford. p. 260. n. 2.

Pericaria acris, spicis longis strigosis, vaginis non ciliatis. Hall. Goett. p. 29. Zinn. Goett. p. 42.

Pericaria vrens seu Hydropiper. C. Bauh. pin. p. 101. Bergen Flor. Francof. p. 291. n. 5. Buxb. Halens. p. 256. Hoppe Flor. Ger. p. 56. Rupp. Ien. p. 97.

Pericaria acris seu Hydropiper. Joh. Bauh. hist. 3. p. 780. Dill. Gies. p. 166. Volck. Norimb. p. 324.

Caulis erectus, teres, glaber, pedalis et altior, dichotomus, geniculatus. *Folia* lanceolata, alterna, in petiolum decurrentia, integerrima, glabra. *Vaginae* truncatae, glabrae, margine ciliatae. *Flores* in spicam terminalem, tenuem, subnutantem digesti, purpurascens, parui, gemini seu terni e Bractea truncata. *Stylus* semibifidus. *Stigmata* obtusa. *Stamina* Corolla breviora.

Observ. Folia masticata saporem acerrimum relinquunt.

Flor. Germ. p. 173. n. 4. Polygonum *Pericaria*.

P. floribus hexandris digynis, spicis ovato-oblongis; foliis lanceolatis, stipulis ciliatis. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 207. Doerr. Nass. p. 179. Jacq. Vind. p. 66. Plan. Erford. p. 119. Scop. Carn. ed. 2. n. 460. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 260. Weig. Fl. Pom. n. 257. Wilke Fl. Gryph. n. 212.

Pericaria staminibus fenis, stylo duplici. Boehm. Lips. n. 567. Nonne Erford. p. 260. n. 3.

α. *latifolia*

Pericaria vaginis florum ciliaribus, spicis interruptis densioribus. Hall. Goett. p. 28. Zinn. Göt. p. 41.

Pericaria mitis maculosa. C. Bauh. pin. p. 101. Bergen Flor. Francof. p. 291. n. 1. Buxb. Halens. p. 256. Hoppe Fl. Ger. p. 56. Rupp. Ien. p. 97. Volck. Norimb. 324.

Pericaria mitis. Joh. Bauh. hist. 3. p. 779. Dill. Gies. p. 112.

β. incana

Polygonum foliis ovato-lanceolatis, subtus tomentosis, spicis ovatis, vaginis ciliatis. *Grimm.* Isenac. Suppl. in N. Act. A. N. C. Tom. 5. p. 144.

Perficaria foliis subrus tomentosis. *Hall.* Goett. p. 28. *Zinn.* Goett. l. c. *α.* *Murr.* prodr. Goett. p. 53. *γ.*

Caulis erectus aut basi procumbens, teres, glaber, geniculatus. *Folia* alterna, in petiolum decurrentia, ovato-lanceolata, in medio macula fusca notata. *Vaginae* obtusae, membranaceae, margine ciliatae. *Flores* in spicam terminalem, ovato-oblongam densam, obtusam dispositi, ex albo purpurascens, quaterni seu quini e singula *Bractea* ovata, acuta. *Styli* duo, basi in unum coeuntes. *Stamina* longitudine Corollae.

β. Differt *Foliis* subtus hirsutis, incanis

Variat. 1. *Foliis* macula ferrum equinum referente.

Perficaria mitis cum maculis ferrum equinum referentibus. *Buxb.* Halens. p. 257. *Rupp.* Ien. p. 97.

2. *Foliis* macula destitutis

Perficaria mitis non maculosa. *C. Baub.* pin. p. 101. *Bergen* Flor. Francof. p. 291. n. 2. *Buxb.* Halens. p. 257. *Rupp.* Ien. p. 97. *Volck.* Norimb. p. 324.

3. *Floribus* albis

Perficaria mitis floribus albis. *Bergen.* Flor. Francof. l. c. n. 3. *Buxb.* Halens. l. c.

Polygonum angustifolium.

P. floribus pentandris semidigynis, spicis filiformibus, foliis lanceolato-linearibus.

P. Perficaria γ. angustifolia. Flor. Germ. p. 173. n. 4. *Murr.* prodr. Goett. p. 53. *β.*

Perficaria foliis angustissimis pene glabris, spicis interruptis rarissimis, vaginis ciliatis. *Hall.* Goett. p. 29.

Perficaria vaginis florum ciliaribus, spicis interruptis densioribus. *C. angustifolia.* *Zinn.* Goett. p. 41.

Perficaria pusilla repens. *Lobel.* icon. p. 316. *optima.*

Perficaria minor. *C. Bauh.* pin. p. 101. *Bergen Fl. Francof.* v. 291. n. 4. *Buxb Halens.* p. 257. *Dill. Gies.* p. 166. *Rupp. Ien.* p. 97.

Habitu simillimum *Polygono Hydropiperi* at plerumque procumbens, diffusum acrimoniae expers. *Caulis* teres, filiformis, procumbens, palmaris, pedalis, ramosissimus, purpureus. *Folia* lineari-lanceolata, vel linearia, vtrinque attenuata. *Vaginae* ciliatae, truncatae. *Spicae* filiformes, interruptae. *Flores* parui, purpurascens, inferiores remotissimi, superiores spicae sensim magis approximati, solitarii plerumque aut gemini e *Bractea* solitaria, truncata, maxime ciliata, pedunculati, vno alterove sessili. *Stamina* quinque, corolla duplo fere minora. *Stylus* superne bifidus.

Variat 1. in aquis stagnantibus limosis minus profundis *Caule* erecto, pedali et altiore.

Perficaria angustifolia. *C. Bauh.* pin. p. 101. prodr. p. 43. *Bergen. Flor. Francof.* p. 291. n. 7. *Dill. Gies.* p. 166. *Hoppe Flor Ger.* p. 56. *Rupp. Ien.* p. 97. *Linn. Syst. Plant. T. 2.* p. 207. (sub *P. Perficaria*, C.

2. *Floribus* albis

Perficaria minor floribus albis. *Buxb. Halens.* p. 257.

Observ. In locis depressis hyeme inundatis aequae ac in aridioribus editoribus semper idem permanet procumbens, ramosissimum, diffusum; in aquis autem minus profundis, difficile tamen extirpandis, erectum, minus ramosum observatur, staminibus quinque rarissime sex aut septem styloque bifido gaudens. Hinc non immerito aut propriam diuersamque speciem a *Polygono Perficaria* efficere credidi, aut, si maui, *Polygono Hydropiper*, *Perficaria* et *angustifolium* in unam speciem coercenda sunt.

* * * *Floribus octandris trigynis.*

Flor. Germ. p. 174. n. 5. *Polygonum auiculare.*

P. floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. *Linn. Syst. Plant. T. 2.* p. 209. *Doerr.*

Doerr. Nass. p. 180. *Iacq.* Vind. p. 67. *Nonne* Erford. p. 119. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 471. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 261. *Weig.* Fl. Pom. n. 258. *Wilke* Fl. Gryph. n. 213.

P. caule herbaceo annuo. *Boehm.* Lips. n. 589.

P. caule procumbente herbaceo, foliis lanceolatis integerrimis. *Zinn.* Goett. p. 43.

P. vulgare latifolium. *Buxb.* Halens. p. 265. *Hall.* Goett. p. 30.

P. latifolium. *C. Bauh.* pin. p. 281. *Bergen* Flor. Francof. p. 292. n. 1. *Dill.* Gies. p. 158. *Hoppe* Flor. Germ. p. 55. *Rupp.* Ien. p. 96.

P. mas vulgare maius. *Volck.* Norimb. p. 338.

β. *erectum* Beitrage zur Botan. Th. 2. p. 131. n. 14.

Polygonum gramineo folio maius erectum? *C. Bauh.* pin. p. 281.

Caules plures ex vna radice, palmares, pedales, decumbentes, ramosi, dichotomi, teretes, filiformes. *Folia* alterna, lanceolata, vtrinque attenuata, subsessilia, integerrima, glabra. *Vaginae* obtusae, lacerae. *Flores* ex alis foliorum aut solitarii, aut plerumque gemini et terni, subsessiles, parui.

β. *erectum*

Notabilis varietas et differt 1. *Caule* erecto sesqui- aut bipedali, inferne tantum ramoso, pilis breuibus raris adperso. 2. *Foliis* remotioribus, subciliatis, margine pellucidis: inferioribus ovalibus; superioribus ex ovali-lanceolatis. 3. *Vaginis* longioribus. 4. *Floribus* pedunculatis.

Variat 1. *Foliis* breuibus et angustis.

Polygonum breui angustoque folio. *C. Bauh.* pin. p. 281. *Buxb.* Halens. p. 266. *Dill.* Gies. p. 175. *Hoppe* Flor. Germ. p. 55. *Rupp.* Ien. p. 96. *Leyff.* Hal. n. 394. β.

2. *Foliis* oblongis et angustis.

Polygonum oblongo angusto folio. *C. Bauh.* pin. p. 281. *Bergen* Flor. Francof. p. 292. n. 3. *Buxb.* Halens. l. c. *Hoppe* Flor. Ger. l. c. *Rupp.* Ien. l. c. *Leyff.* Flor. Hal. n. 394. γ.

3. *Foliis* angustis, calycibus purpurascensibus. *Dill.* Gies. p. 165. append. p. 65. *Buxb.* Halens. l. c.

4. *Foliis rubentibus.* *Leyff.* Fl. Hal. n. 394. 3.
5. *Caule erecto, humili foliis carens.*
Polygonum erectum humile foliis orbium. *Dill.* Giesf. p. 165. append. p. 65.
6. *Floribus albis*
Polygonum latilolium flore candido. *Berg.* Fl. Francof. l. c. n. 2. *Buxb.* Halensf. p. 265. *Leyff.* Hal. n. 394. 8.

* * * * *Helxine: foliis subcordatis.*

Flor. Germ. p. 174. n. 6. Polygonum *Fagopyron.*

P. foliis cordato-sagittatis, caule erectiusculo inermi, seminum angulis aequalibus. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 212. *Iacq.* Vind. p. 67.

Fagopyron erectum fructu et calyce eminente laeui. *Hall.* Gött. p. 29. *Boehm.* Lipsf. n. 59. *Zinn.* Goett. p. 42.

Fagopyron vulgare erectum. *Bergen* Fl. Francof. p. 293. n. 2. *Buxb.* Halensf. p. 108. *Hoppe* Flor. Ger. p. 57. *Rupp.* Ien. p. 99.

Erysimum cereale folio hederaceo. *C. Bauh.* pin. p. 213.

Caulis erectus, pedalis et altior, fistulosus, purpureus, glaber, nitidus, ramosus. *Folia* alterna, petiolata, cordato-sagittata, glabra, integerrima. *Flores* in fasciculum racemosum, terminalem, densum dispositi, albi, seu rubicundi. *Glandulae* nectariferae octo, flavae.

Flor. Germ. p. 174. n. 7. Polygonum *Convolvulus.*

P. foliis cordatis, caule volubili angulato, floribus obtusatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 213. *Iacq.* Vind. p. 67. *Plan.* Erford. p. 119. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 262. *Weigel* Flor. Pom. n. 259. *Wilke* Flor. Gryph. n. 214.

P. floribus trigynis octandris lateralibus planiusculis; caule volubili, semine triquetro. *Scop.* Carn. ed. 1. p. 423. n. 5. ed. 2. n. 469.

Fagopyron vulgare scandens. *Bergen* Flor. Francof. p. 293. n. 1. *Buxb.* Halensf. p. 108. *Dill.* Giesf. p. 136. *Hall.* Goett. p. 29. *Hoppe* Flor. Ger. p. 57. *Rupp.* Ien. p. 99.

Fagopyron scandens, femine calyce incluso. *Boehm.* Lips. n. 591. *Nonne* Erf. p. 269. *Zinn.* Goett. p. 42.

Fagopyron minus, frumentum faracenicum alterum, *Volk.* Norimb. p. 160.

Conuoluulus minor, femine triangulo. *C. Bauh.* pin. p. 295.

Helxine femine triangulo. *Joh. Bauh.* hist. 2. p. 157.

Caulis volubilis, tri- seu quadripedalis, subangulosus, ramosus. *Folia* cordato-sagittata, acuminata, integerrima, glabra, petiolata. *Vaginae* fuscae, truncatae. *Racemuli* ex alis foliorum, solitarii, breues pauciflori. *Flores* ex albido-virides, breuiter pedunculati. *Petala tria exteriora* carinata.

Variat *Caule* palmari et pedali, decumbente.

Flor. Germ. p. 174. n. 8. *Polygonum dumetorum*.

P. foliis cordatis, caule volubili laeui, floribus carinato-alatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 213. *Doerr.* Nass. p. 181. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 263.

P. scandens. *Grimm.* Isenac. in Nou. Act. A. N. C. Tom. 3. p. 308.

Fagopyron praelongum dumetorum, feminibus alatis duplici more dispositis. *Dill.* Gies. append. p. 60.

Fagopyron scandens altissimum dumetorum, feminibus tribus alis pellucidis. *Rupp.* Ien. p. 99. *Buxb.* Halens. p. 109. *Hoppe* Flor. Ger. p. 57.

Antecedentis simile, sed differt 1. *Caule* striato, multo altiore 2. *Petalis tribus exterioribus* dorso alatis membrana pellucida.

T E T R A G Y N I A .

A D O X A .

Flor. Germ. p. 175. *Adoxa Moschatellina*.

Adoxa. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 222. *Doerr.* Nass. p. 34. *laeq.* Vind. p. 67. *Mun.* Erford. p. 120. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 264. *Weig.* Flor. Pom. n. 261. *Wilke* Fl. Gryph. n. 216. *Zinn* Goett. p. 184. Verzeichn. der Pflanzen, welche nicht in den gehoer. Class. p. 103.

Mofchatellina Adoxa. Scop. Carn. ed. 2. n. 483.

Mofchatellina foliis fumariae bulbosae. Joh. Bauh. hist. 3. p. 206. Bergen Flor. Françol. p. 83. Buxb. Halenf. p. 218. Dill. Gief. p. 39. Volck. Norimb. p. 294.

Mofchatellina. Hall. Goett. p. 163. Hoppe Flor. Germ. p. 29. Kuep. Ien. p. 52.

Kanunculus nemorosus Mofchatellina dictus. C. Bauh. pin. p. 178.

Radix fasciculata, squamata, carnosâ, albida. *Caulis* erectus, simplex, digitalis, tetragonus, inferne nudus, supra medium *foliis duobus* oppositis, trilobis, incisîs praeditus. *Capitulum* terminale, solitariû, pedunculatum, plerumque quinquelorum, cubicum. *Flores* sessiles, e viridi flavescentes: *terminali* quadrifido octandro; *lateralibus quatuor* plerumque quinquefidis, pentandris. *Antherae* rotundae, concavae.

Observ. I. Secundum florem terminalem octandrum ex principiis philosophiae botan. 178. ad hanc Classem retulit *Linneus*.

Observ. II. Fructus rarissime observatur, proprio enim pondere, ob pedunculi gracilitatem et imbecillitatem, ita dependet, ut ab aliarum plantarum foliis facile abscondatur.

E L A T I N E.

Flor. Germ. p. 175. n. 1. *Elatine Hydropiper.*

E. foliis oppositis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 223. Hall. Gött. p. 160. Elwert Flor. Marggr. Baruth. p. 12.*

Caules sub aqua repentes, ramosissimi, dichotomi, teretes, glabri; *articulis* remotis, radicanlibus. *Folia* opposita, glabra, integra, in petiolum decurrentia, ovalia aut ovali-lanceolata. *Flores* ex alis foliorum solitarii, alterni, minimi, breviter pedunculati. *Fructus* ad latus decuruus.

Observ. Flores plerumque clausi.

Flor. Germ. p. 176. n. 2. *Elatine Alfinastrum.*

E. foliis verticillatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 223.*

E foliis stellatis. *Boehm.* Lips. n. 301.

Ericoides facie Pinastellae. *Rupp.* Ien. p. 90. *Buxb.* Ha-
lenf. p. 105.

Caulis erectus, crassiusculus, simplicissimus, pedalis et al-
tior, fistulosus. *Folia* lanceolata, verticillata plerumque octona:
inferiora acutiora, reflexa; *superiora* latiora, patentia. *Flores*
ex alis foliorum solitarii, breuiter pedunculati, albi. *Capsula*
tetragona.

Obseru. Habitus *Hippuridis vulgaris*, ne itaque cum illa con-
fundas.

P A R I S.

Flor. Germ. p. 176. *Paris quadrifolia.*

Paris foliis quaternis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 221. *Ber-
gen* Flor. Francof. p. 125. *Boehm* Lips. n. 302. *Doerr.* Nass.
p. 171. *Hall.* Goett. p. 163. *Iacq.* Vind. p. 67. *Nonne* Erf.
p. 147. *Plan.* Erf. p. 120. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 472 *Weig.*
Flor. Pom. n. 260. *Wilke* Flor. Gryph. n. 215. *Zinn.* Goett.
p. 184.

Paris Rivini. *Rupp.* Ien. p. 94.

Herba Paris. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 613. *Buxb.* Hal. p. 154.
Hoppe Flor. Ger. p. 54. *Volck.* Norimb. p. 320. *Dill.* Gief. p. 61.

Solanum quadrifolium bacciferum. *C. Bauh.* pin. p. 167.

Caulis erectus, simplicissimus, fere pedalis, teres, nudus.
Folia ad apicem caulis plerumque quatuor, ovalia, sessilia, inte-
gerrima, glabra. *Flos* terminalis, pedunculatus, e luteo viri-
descens.

Variat *Foliis* tribus, quinque et rarissime sex.

 CLASSIS IX.

E N N E A N D R I A.

H E X A G Y N I A.

B V T O M V S.

Flor. Germ. p. 177. *Butomus umbellatus*.

Butomus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 233. Boehm. Lips. n. 254. Doerr. Nass. p. 62. Hall. Goett. p. 87. Iacq. Vind. p. 68. Nonne Erf. p. 125. Plan. Erford. p. 121. Scop. Carn. ed. 2. n. 475. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 271. Weigel Flor. Pom. n. 262. Wilke Flor. Gryph. n. 217. Zinn. Goett. p. 112.*

B. flore roseo. *Bergen Flor. Franeof. p. 172. Buxb. Hal. p. 49. Dill. Gief. p. 97. Hoppe Fior. Ger. p. 95. Rupp. Ien. p. 156.*

Iuncus floridus maior. C. Bauh. pin. p. 112. Ioh. Bauh. hist. 2. p. 524. Volk. Norimb. p. 234.

Folia ensiformia, triquetra, erecta, bipedalia et longiora, glabra. *Scapus* erectus, teres, nudus, foliis maior, terminatus, *Umbella* speciosa, simplici, basi bractea monophylla, tripartita inuolucrata. *Flores* rosei, magni, longe pedunculati.

 CLASSIS X.

D E C A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

* Flores polypetali, irregulares.

D I C T A M N V S.

Flor. Germ. p. 180. Dictamnus *albus*.

Dictamnus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 264. Nonne Erf. p. 211. Plan. Erford. p. 124. Scop. Carn. ed. 2. n. 476. Volck. Norimb. p. 140.*

D. *albus vulgo Fraxinella. C. Bauh. pin. p. 222. Hopp. Ger. p. 176.*

Fraxinella. *Bergen Flor. Francof. p. 239. Dill. Gies. append. p. 19. Hall. Goett. p. 91. Zinn. Goett. p. 120.*

Fraxinella et Dictamnus *albus officin. Rupp. Ien. p. 291.*

Fraxinella, officinis Dictamnus. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 494. Buxb. Hal. p. 117.*

Caulis erectus, sesquipedalis et altior, simplex, teres, pilis resinosis obductus. Folia pinnata, alterna, glabra: pinnis oppositis, sessilibus, ovatis, acutiusculis, serratis. Flores speciosi, ex albido purpurascens, in Racemum terminalem, ovatum, compositum dispositi. Stamina declinata.

* * Flores polypetali aequales.

M O N O T R O P A.

Flor. Germ. p. 180. Monotropa *Hypopithys*.

M. floribus lateralibus octandis: terminali decandro. *Linn. Syst. Plant. Tom. 2. p. 280. Ioerr. Nass. p. 155. Elwert Flor. Marggrav. Baruthin. p. 12. Jacq. Vind. p. 68. Nonne Erford. p. 146. Plan. Erford. p. 124. Timm prodr. Flor. Magap. n. 274. Weigel Flor. Rom. n. 263. Wilke Fl. Gryph. n.*

n. 218. *Zinn. Goett. p. 184. Verzeichn. der Pflanzen, welche nicht in den gehoer. Class. und Ordn. stehen. p. 90.*

Hypopithys multiflora. Scop. Carn. ed. 2. n. 478.

Hypopithys spica nutante. Hall. Goett. p. 163. Boehm. Lips. n. 300.

Hypopithys lutea. Dill. Gies. p. 99.

Hypopithys Rivin. Bergen Flor. Francof. p. 147. Buxb. Halens. p. 163. Hoppe Flor. Ger. p. 52. Rupp. L. n. p. 91.

Orobanche quae Hypopithys dici potest. C. Bauh. pin. p. 88. prodr. p. 31.

Orobanche Hypopithys lutea. Mentz. pugill. Tab. 3.

Caulis simplicissimus, erectus, albidus, nitidus, Squamis ovatis, obtusis, concoloribus, foliorum loco oblectus. Flores e flavo albidis, breuiter pedunculati, in racemum terminalem dispositi: terminali decapetalo, decandro; lateralibus octopetalis, octandris.

a. glabra.

Caulis digitalis et fere palmaris. Racemus subnutans. Flores pubescentes.

β. hirsuta.

Caulis semipedalis et altior. Racemus erectus. Flores maiores. Petala quinque seu quatuor interiora cum Staminiibus, Pistillo et Capsula pilosissima.

Observ. Ob florem terminalem decandrum huc retulit Linnæus.

P Y R O L A.

Flor. Germ. p. 181. n. 1. Pyrola rotundifolia.

P. staminibus ascendentibus, pistillo declinato. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 299. Boehm. Lips. n. 465. Loerr. Nat. p. 191. Jacq. Vind. p. 69. Nonne Erford. p. 212. n. 1. Plan. Erford. p. 124. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 275. Weigel Flor. Pom. n. 267. Wilke Flo. Gryph. n. 222. Z. m. Goett. p. 203.

P. staminibus et pistillo declinatis. Hall. Goett. p. 165.

P. rotundifolia maior. C. Bauh. pin. p. 191. Berg. Flor. Francof. p. 143. n. 1. Hoppe Flor Ger. p. 177.

Pyrola nostras vulgaris. Volk. Norimb. p. 347.

Pyrola. Joh. Bauh. hist. 3. p. 535. Buxb. Halens. p. 274. Dill. Gief. p. 94. Rupp. Ien. p. 292.

Folia in orbem congesta, rotunda, petiolata, tenuissime crenata, duriuscula, glabra. *Scapus* erectus, nudus, terminatus in *Racemum* simplicem. *Flores* alterni, solitarii, pedunculati, nutantes, albidii. *Bractee* lanceolatae, albiae. *Filamenta* cum *Stylo* declinata, versus apicem ascendentia.

Variat 1. *Foliis* oblongis apice rotundatis.

Pyrola maior et elatior, foliis oblongis, pistillo florum incuruo. Rupp. Ien. p. 292. Bergen Flor. Francof. p. 144. n. 4.

2. *Floribus* rubicundis.

Flor. Germ. p. 181. n. 2. *Pyrola minor.*

P. floribus racemosis, dispersis, staminibus pistillisque rectis. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 299. Jacq. Vind. p. 69. Scop. Carn. ed. 2. n. 484. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 276.

P. racemosa, staminibus et pistillo rectis. Hall. Goett. p. 165. Zinn. Goett. p. 203.

P. minor. Boehm. Lips. n. 465. var. 3. Dill. Gief. p. 94. Hoppe Flor. Ger. p. 177.

P. rotundifolia minor. Rupp. Ien. p. 292.

Similis antecedenti, at minor omnibus in partibus et differt praecipue 1. *Racemo* densiore. 2. *Floribus* triplo fere minoribus, magis campanulato-globosis. 3. *Calycis laciniis* acutis. 4. *Staminibus Pistilloque* rectis.

Flor. Germ. p. 181. n. 3. *Pyrola secunda.*

P. racemo unilaterali. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 300. Doerr. Nass. p. 191. Jacq. Vind. p. 69. Nonne Erford. p. 212. n. 2. Plan. Erford. p. 124. Scop. Carn. ed. 2. n. 485. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 277. Weigel Fl. Pom. n. 268. Wilke Flor. Gryph. n. 223.

P. foliis

P. foliis ovato-acuminatis, ferratis, spica unilaterali. *Hall. Goett.* p. 165. *Boehm.* Lipf. n. 466. *Zinn.* Goett. p. 203.

P. folio mucronato ferrato. *C. Bauh.* pin. p. 191. *Bergen* Flor. Francof. p. 144. n. 3. *Dill.* Gief. append. p. 28. *Hoppe* Flor. Ger. p. 177.

P. folio ferrato. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 536. *Buxb.* Halensf. p. 275.

P. folio mucronato. *Rupp.* Ien. p. 292.

P. secunda tenerior. *Volck.* Norimb. p. 347.

Caulis erectus, digitalis, palmaris, subanceps, simplicissimus. *Folia* alterna et opposita, ovata, acuminata, ferrata, petiolata, duriuscula, glabra. *Flores* albi, in *Racemum* longum simplicem, secundum, apice recurvum dispositi, solitarii, pedunculati, penduli. *Pistillum* rectum.

Flor. Germ. p. 181. n. 1. *Pyrola umbellata.*

P. pedunculis subumbellatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 300. *Iacq.* Vind. p. 69. *Nonne* Erford. p. 212. n. 3. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 278.

P. frutescens Arbuti folio. *C. Bauh.* pin. p. 191. *Bergen* Flor. Francof. p. 144. n. 5. *Buxb.* Halensf. p. 275. *Dill.* Gief. append. p. 28. *Hoppe* Flor. Ger. p. 177. *Rupp.* Ien. p. 293.

P. fruticans. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 536. *Volck.* Norimb. p. 347.

Caulis erectus aut basi decumbens, palmaris et altior, frutescens, ramosus, dichotomus. *Folia* cuneiformi-lanceolata, obtusa, ferrata, glabra, dura, in petiolum decurrentia, aut opposita, aut verticillata. *Umbella* terminalis, simplicissima, pauciflora, terminalis pedunculata. *Flores* ex albido-rubicundi, pedunculati, erecti.

Flor. Germ. p. 182. n. 5. *Pyrola uniflora.*

P. scapo unifloro. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 300. *Doerr.* Nass. p. 191. *Boehm.* Lipf. n. 468. *Iacq.* Vind. p. 69. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 486. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 279. *Zinn.* Goett. p. 203.

P. flore singulari. *Hall.* Goett. p. 166. *Rupp.* Ien. p. 292. *Hoppe* Flor. Ger. p. 177.

P. rotundifolia minor. *C. Bauh.* pin. p. 191. *Bergen*
Flor. Francof. p. 143. n. 2. *Dill.* Giesf. append. p. 28.

P. monanthos odore Liliæ Conuallium *Iungermann.* *Volck.*
Norimb. p. 347.

P. minima alpina. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 536.

Folia in orbem congesta, orbicularia, in petiolum decur-
rentia, crenata, glabra. *Scapus* solitarius, teres, simplicissimus,
terminatus *flore* solitario, specioso, nutante, albo, huius generis
maximo.

Variat *Flore* ex albo viridescenti.

Pyrola flore viridi minor. *Buxb.* Halens. p. 275.
Rupp. Ien. p. 293.

L E D U M.

Flor. Germ. p. 182. *Ledum palustre.*

Ledum. *Lin.* Syst. Plant. T. 2. p. 289. *Elwert.* Flor.
Marggrav. Baruth. p. 12. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 280.
Weig. Flor. Pom. n. 264. *Wilke* Flor. Gryph. n. 219.

L. foliis linearibus subtus hirsutis; floribus corymbosis.
Bergen Flor. Francof. p. 144.

L. Rosmarini folio. *Buxb.* Hal. p. 182. *Hopp.* Flor. Ger.
p. 73. *Rupp.* Ien. p. 126.

Cistus Ledon foliis Rosmarini ferrugineis. *C. Bauh.* pin.
p. 467. *Volk.* Norimb. p. 112.

Rosmarinus sylvestris quorundam. *Ioh. Bauh.* hist. 2.
pag. 23.

Caulis fruticulosus, cortice primum ferrugineo, demum
cinereo vestitus, ramosus, sesquipedalis et altior. *Folia* linearia,
duriuscula, semperuirentia, margine revoluta; *iuniora* ferruginea;
adultiora saturate viridia. *Flores* albi, pedunculati, in *Corym-*
bum terminalem dispositi, ante florescentiam nutantes.

Variat *Foliis* angustioribus, acutioribus.

Ledum foliis linearibus minus. *Bergen* Flor. Fran-
cof. p. 144. n. 2.

Rosmarinus sylvestris minor Camerarii. *Ioh.*
Bauh. hist. 2. p. 24.

* * * *Flores Monopetali, aequales.*

A N D R O M E D A.

Flor. Germ. p. 182. *Andromeda Polifolia.*

A. pedunculis aggregatis, corollis ovatis, foliis alternis, lanceolatis, revolutis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 293. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 281. Weigel Flor. Pom. n. 265. Witke Flor. Gryph. n. 220. Zimm. Goett. p. 202.*

A. foliis alternis lanceolatis, margine reflexo. *Hall. Goett. p. 164.*

Rhododendron Polifolium. Scop. Carn. ed. 2. n. 482.

Vitis idaeae affinis, polifolia montana. Joh. Bauh. hist. 1. Lib. 5. p. 525. fig. bona.

Caulis fruticulofus, erectus, bafi repens, palmaris, pedalis, dichotomus. Folia alterna, breuiter petiolata, lanceolata, durifuscula, femperuientia margine reuoluta, fupra conuexa, nitida, reticulata, fubtus concaua, albida, glabra. Flores terminales, fasciculati, purpurafcentes, pedunculati, nutantes. Antherae apice bifetae.

Obferu. Facile confunditur cum *Ledo paluftri*, a quo tamen differt 1. *Caule* humiliore, debiliore. 2. *Foliis* nitidis, reticulatis, utrinque glabris. 3. *Floribus* purpurafcentibus, ovato-campanulatis; ore laeuiter quinquefidis, nutantibus, fasciculatis, alternis; nec corymbosis. 4. *Antheris* bifetis. 5. *Capsula* pentagona, lateraliter dehifcente; nec bafi.

A R B V T V S.

Flor. Germ. p. 182. *Arbutus Vnedo.*

A. caule arboreo, foliis glabris ferratis, baccis polyspermis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 297.*

A. folio ferrato. *C. Bauh. pin. p. 460.*

Planta mihi adhucdum ingnota.

Flor. Germ. p. 183. n. 2. *Arbutus Vna Vrfti.*

A. cau-

A. caulibus procumbentibus, foliis integerrimis. *Linn.* Syft. Plant. Tom. 2. p. 298. *Elwert* Flor. Marggrav. Baruth. p. 13. *Iacq.* Vind. p. 70. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 483. *Weigel* Flor. Pom. n. 266. *Wilke* Flor. Gryph. n. 221. *Zinn.* Goett. p. 201.

A. procumbens, foliis ovatis, solidis. *Hall.* Goett. p. 164.

Radix idaea putata et Vua Vrfi. *Ioh. Bauh.* hist. 1. p. 524.

Caules plures ex una radice, cespitiosi, decumbentes, pedales et longiores, fruticulosi, ramosi. *Folia* alterna, obovata, subsessilia, obtusa, glabra, coriacea, semperverentia, nervis reticulata. *Flores* ovati, in racemum terminalem, simplicem nutantem dispositi, ex albo purpurascens. *Bractee* lanceolatae, coloratae. *Baccae* purpureae.

Obferu. Saepissime confunditur a Pharmacopolis cum *Vaccinio Vitis Idaea*, a quo tamen quoad habitum externum differt 1. *Caulibus* cespitosis, decumbentibus, late expansis. 2. *Foliis* subtus glaucis punctis destitutis.

D I G Y N I A.

S C L E R A N T H V S.

Flor. Germ. p. 183. n. 1. *Scleranthus annuus.*

S. calycibus fructus patulis. *Linn.* Syft. Plant. Tom. 2. p. 323. *Böhm.* Lipf. n. 595. *Doerr.* Nass. p. 207. *Iacq.* Vind. p. 70. *Nonne* Erford. p. 271. *Plan.* Erford. p. 125. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 282. *Weigel* Flor. Pom. n. 272. *Wilke* Flor. Gryph. n. 227. *Zinn.* Goett. p. 18.

Knawel annuum. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 501.

Knawel annuum maius, flore minore. *Hall.* Goett. p. 32. *Bergen* Flor. Francof. p. 290. n. 1.

Knawel folio et flore viridi. *Buxb.* Halens. p. 174.

Knawel Riini et Tragi. *Rupp.* Ien. p. 3.

Knawel. *Dill.* Gief. p. 87. *Volk.* Norimb. p. 236.

Polygonum gramineo folio maius erectum. *C. Bauh.* pin. p. 281.

Caules plures ex una radice, diffusi, debiles, erecti, aut decumbentes, dichotomi. *Folia* linearia, subulata, opposita, con-

nato-fessilia. Flores ad caulis dichotomiam sessiles, terminales fasciculati, virides; laciniis acutis, vix albomarginatis.

Flor. Germ. p. 183. n. 2. *Scleranthus perennis*.

S. calycibus fructus clausis. *Lin.* Syst. Plant. T. 2. p. 323. *Doerr.* Nass. p. 208. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 283. *Weigel* Flor. Pom. n. 272. *Wilke* Flor. Gryph. n. 227. *Zinn.* Goett. p. 19.

Knawel incanum, flore maiori perenne. *Hall.* Goett. p. 32. *Bergen* Flor. Francof. p. 290. n. 2. *Dill.* Gies. p. 61.

Knawel folio et flore albicante. *Buxb.* Hal. p. 174.

Knawel semperuirens flosculis albicantibus. *Rupp.* Ien. pag. 3.

Differt ab antecedente 1. *Tota* planta canescente. 2. *Caulibus* decumbentibus. 3. *Foliis* crassioribus, brevioribus, *marginem* lato, albo, membranaceo, *inferioribus* praecipue approximatis. 4. *Florum laciniis* obtusis, *marginem* lato, albo, membranaceo cinctis, *fructiferis* conniventibus.

S A X I F R A G A.

Flor. Germ. p. 184. n. 1. *Saxifraga Hirculus*.

S. foliis caulinis lanceolatis alternis nudis inermibus, caule erecto. *Lin.* Syst. Plant. T. 2. p. 316. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 285.

Caulis erectus, simplex, basi stolonifer, superne praecipue pilosus. *Folia* alterna, *marginem* et praecipue basi ciliata, vno alteroue subdenticulato: *inferiora* ovata, petiolata; *superiora* sessilia, ovato-oblonga. *Flos* plerumque solitarius, terminalis, ante florescentiam nutans, flavus, punctis aurantiacis ad medium usque intus notatus. *Calycis lacinae* ovatae, obtusae, ciliatae, demum reflexae.

Variat *Caule* bifloro.

Flor. Germ. p. 184. n. 2. *Saxifraga granulata*.

S. foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoso, radice granulata. *Lin.* Syst. Plant. T. 2. p. 317. *Boehm.* Lips. n.

372. *Doerr.* Nass. p. 203. *Hall.* Goett. p. 172. *Iacq.* Vind. p. 71. *Nonne* Erford. p. 182. *Plan.* Erford. p. 125. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 286. *Weigel* Flor. Pom. n. 270. *Wilke* Flor. Gryph. n. 225. *Zinn.* Goett. p. 172.

S. rotundifolia alba. *C. Bauh.* pin. p. 309. *Bergen* Flor. Francof. p. 140. n. 1. *Dill.* Gies. p. 50. *Rupp.* Ien. p. 122.

S. alba vulgaris. *Buxb.* Halens. p. 294. *Volk.* Norimb. pag. 368.

S. alba, radice grumosa. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 706.

Caulis palmaris, pedalis, erectus, villosus, superne diuisus, dichotomus. *Folia* hirsuta, scabriuscula, laete viridia: *radicalia* in cespitem congesta, rotunda, in petiolum subdecurrentia, lobata; *lobis* obtusis, crenatis: *caulina* reniformia, alterna, breuius petiolata; *summa* floralia, lanceolata integerrima. *Flores* terminales, fasciculati, albi. *Calyces* pilosi. *Bractee* lanceolatae.

Flor. Germ. p. 184. n. 3. *Saxifraga tridactylides.*

S. foliis caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto, ramoso. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 319. *Doerr.* Nass. p. 203. *Iacq.* Vind. p. 72. *Plan.* Erford. p. 125. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 550. *Timm* prodr. Flor. Megapol. p. 80. *Weigel* Flor. Pom. n. 271. *Wilke* Flor. Gryph. n. 226.

S. foliis inferioribus trifidis, superioribus integris. *Boehm.* Lipf. n. 373.

S. foliis late petiolatis, trifidis, ad caulem palmatis. *Hall.* Goett. p. 137. *Zinn.* Goett. p. 172.

S. verna, annua humilior. *Bergen* Flor. Francof. p. 140. *Buxb.* Halens. p. 294. *Dill.* Gies. p. 50. append. p. 29. *Rupp.* Ien. p. 123.

Sedum spurium; tridactylites tectorum. *Volk.* Norimb. p. 347.

Sedum tridactylites tectorum. *C. Bauh.* pin. p. 285.

Tridactylites tectorum flore albo. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 762.

Caulis digitalis, erectus, dichotomus, pilosus, inferne rubicundus. *Folia* carnosa, pilosa: *radicalia* nonnulla trifida, incisa; lacinia intermedia maiore, in petiolum decurrentia; *caulina inferiora* sessilia, obuersa lanceolata, superne latiora, profundius trifida; *superiora* lanceolata, integra. *Pedunculi* laterales et terminales,

minales, longi, nudi, uniflori, ante florescentiam nutantes.
Flores parui, albi.

Variat I. *Caule* unciali aut biunciali, simplici, superne dichotomo, bi - tri - seu quadrifloro. *Foliis radicalibus* ovalibus. in petiolum decurrentibus, integerrimis; *caulinis* radicalibus maioribus vix uno alteroue dente notatis.

2. *Caule* palmari, statim a radice ramosissimo, basi subdecumbente. *Foliis radicalibus* nonnullis trifidis, plerumque emarcidis; *laciniis* ovalibus, obtusis, vix vno alteroue dente notatis; *intermedia* maiore: *caulina inferiora* quinquefida, palmata; *laciniis* plerumque integris; *intermedia* maiore; *media* profunde trifida, expansa; *laciniis* tri - seu bifidis; *superiora* trifida; *summa* ex ovali - lanceolata, integra, seu uno alterouo denticulo notata.

Observ. Varietatem priorem in collibus saxosis aridioribus prope *Craellwitz* ad *Halam Saxonum* et posteriorem in fissuris rupis arcis desolatæ umbrosis, *Salam verus*, *Gibichenstein* copiose legi.

Flor. Germ. p. 184. n. 4. *Saxifraga petraea*.

S. foliis caulinis palmato - tripartitis: laciniis subtrifidis, caule ramosissimo laxo. *Linn. Syst. Plant.* T. 2. p. 319. *Elwert* Flor. Marggr. Baruthin. p. 13.

S. rosulis sessilibus, foliis palmatis hirsutis. *Hall. Goett.* p. 136. *Zinn. Goett.* p. 172.

S. alba petraea. *Willich* obseru. botan. §. 59.

Sedum tridactylites alpinum maius album. *C. Bauh.* pin. p. 284.

Ne confundatur cum antecedente et praecipue cum Varietate altera maiore, a qua tamen satis superque differt 1. *Radice* perenni. 2. *Foliis radicalibus* palmato - quinquepartitis; *laciniis lateralibus* coalescentibus, multifidis, in rosulas cespitosas perennantes congestis laxas et sub florescentia magis explicatas. 3. *Caule* e quavis rosula plerumque solitario, inferne ramos steriles foliosos emittente, tunc simpliciusculo erecto, superne iterum ramoso, florifero, piloso - viscido. 4. *Foliis floralibus* plerumque trifidis,

trifidis, raro simplicibus. 5. *Floribus* quadruplo maioribus, similibus iis in *Saxifraga granulata*.

G Y P S O P H I L A.

Flor. Germ. p. 185. n. 1. *Gypsophila repens*.

G. foliis lanceolatis, staminibus corolla emarginata brevioribus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. pag. 324.*

Caryophyllus saxatilis, foliis gramineis minor. *C. Bauh. pin. p. 211.*

Caules ex radice longissima, lignosa, ramosi. *Folia* lineari lanceolata, sessilia, pulposa, glauca, saepe curua. *Corymbus* terminalis. *Petala* pallide rosea, laeuiter emarginata. *Bractea*e ouato-lanceolatae, acutae.

Flor. Germ. p. 185. n. 2. *Gypsophila fastigiata*.

G. foliis lanceolato-linearibus obsolete triquetris, laeuibus obtusis secundis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 326. Zinn. Goett. p. 194.*

Saponaria foliis glaucis pulposis, petalis ouatis. *Hall. Goett. p. 154. Rupp. Ien. p. 117. Tab. 2. fig. 1.*

Caryophyllus saxatilis, floribus gramineis umbellatis corymbis. *C. Bauh. pin. p. 211.*

Caules pedales et altiores, erecti, ante florescentiam prostrati, nodosi, superne diuisi et visci. *Folia* lanceolato-linearibus, obsolete triquetra, laeuia, pulposa; *radicalia* in cespitem congesta; *caulina* secunda, opposita; *summa* minora, ouato-lanceolata, obtusa. *Flores* terminales in corymbum fastigiatum laxum, irregularem dispositi, pedunculati ex albo rosei. *Petala* obouata, obtusa, integra, staminibus breuiora.

Flor. Germ. p. 185. n. 3. *Gypsophila muralis*.

G. foliis linearibus planis, calycibus ophyllis, caule dichotomo, petalis crenatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 327. Doerr. Nass. p. 122. Plan. Erford. p. 125. Timm prodr. Flor. Me-gapol. n. 287.*

Saponaria caule brachiato, capillaceis foliis, calyce campanulato, floribus sparsis lanceolatis. *Hall. Goett. p. 155. Bergen Flor. Francof. p. 195. n. 4. Boehm. Lips. n. 371. Nonne Erford. p. 181. n. 3.*

Caryophyllus minimus muralis. *C. Bauh. pin. p. 211.*

Lychnis parva palustris, foliis acutis lanceolatis, flosculis purpureis. *Dill. Gies. p. 148.*

Lychnis annua minima, flore carneo lineis purpureis distincto. *Rupp. Ien. p. 116. Hoppe Flor. Ger. p. 67.*

Lychnis minima muralis. *Volk. Norimb. p. 268.*

Spergula minor foliis Knawel, flore purpurascente. *Buxb. Halenf. p. 310.*

Caulis erectus, digitalis et maior, scabriusculus, ramosus. Rami oppositi. Folia opposita, connato-sessilia, lineari-lanceolata, obtusiuscula, glabra. Flores in dichotomia ramorum et ad apicem solitarii, pedunculati, ex albido-purpurascetes. Bracteae oppositae ad pedunculorum basin. Calyx basi nudus. Petala emarginata.

Flor. Germ. p. 185. n. 4. Gypsophila rigida.

G. foliis linearibus planis, caule dichotomo, pedunculis bifloris, petalis emarginatis. *Linm. Syst. Plant. T. 2. p. 328. Zimm. Goett. p. 194.*

Plantam nondum vidi.

Flor. Germ. p. 185. n. 5. Gypsophila Saxifraga.

G. foliis linearibus, calycibus angulatis: squamis quatuor, corollis emarginatis. *Linm. Syst. Plant. Tom. 2. p. 328. Jacq. Vind. p. 72.*

G. caule dichotomo, foliis subulatis, calycibus quinquangularibus, squamis ad basin accessoriis. *Zimm. Goett. p. 194. Writlich Observ. botan. §. 64.*

Caryophyllus saxifragus strigosior, siue Caryophyllus sylvestris flore minimo. *C. Bauh. pin. p. 211.*

Betonica coronaria siue Tunica minima. *Ioh. Bauh. hist. 3. pag. 337.*

Lychnis foliis Rubeolae. *Rupp.* Ien. p. 116.

Caulis palmatis, erectus, basi procumbens, filiformis, dichotomus. *Folia* linearia, acuta. *Calyx* basi *Bracteis* quatuor, alternis duplo brevioribus, subulatis, margine membranaceis cinctus. *Petala* emarginata, incarnato-pallida, basi striis tribus purpureis obsoletis notata, duplo fere maiora quam in *Gyps. murali*. Caeterum illi similis planta.

S A P O N A R I A.

Flor. Germ. p. 185. n. 1. *Saponaria officinalis.*

S. calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. *Linnaeus.* Syst. Plant. T. 2. p. 328. *Boehm.* Lips. n. 369. *Doerr.* Nass. p. 202. *Jacq.* Vind. p. 72. *Nomme* Erford. p. 181. n. 1. *Plan.* Erford. p. 126. *Weigel* Flor. Pom. n. 274. *Zinn.* Goett. p. 193.

S. foliis trineruiis, floribus umbellatis. *Hall.* Goett. p. 154.

S. maior laevis. *C. Bauh.* pin. p. 206. *Bergen* Flor. Francof. p. 195. n. 1. *Hoppe* Flor. Ger. p. 67.

Lychnis officinalis floribus digynis corymbosis, capsulis quadriangularibus. *Scop.* Carn. ed. 1. p. 501. ed. 2. n. 510.

Lychnis fyluestris quae *Saponaria* vulgo. *Buxb.* Halens. p. 199. *Dill.* Gief. p. 153. *Rupp.* Ien. p. 117.

Lychnis Saponaria dicta maior vulgaris simplex. *Volck.* Norimb. p. 266.

Caulis erectus, bipedalis et altior, teres, geniculatus, glaber, ramosus. *Folia* opposita, ovato-lanceolata, trineruia, connatofessilia, integerrima glabra. *Flores* ex albo-purpurascens, terminales, falciculati, breviter pedunculati. *Bracteae* ad pedunculorum basin oppositae, lanceolatae. *Petala* emarginata. *Germen* pedicellatum.

Variat *Flore* pleno.

Saponaria maior laevis flore pleno. *Bergen* Flor. Francof. p. 195. n. 2. *Hoppe* Flor. Ger. l. c.

Flor. Germ. p. 186. n. 2. *Saponaria Vaccaria.*

S. calycibus pyramidatis quinquangularibus, foliis ovatis acuminatis sessilibus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 329. Jacq. Vind. p. 73. Nonne Erford. p. 181. n. 2. Plan. Erf. p. 126.*

S. caule brachiato, calyce pentagono turgido. *Hall. Gött. p. 154. Boehm. Lips. n. 370. Zinn. Gött. p. 193.*

S. foliis ovatis acuminatis sessilibus, calycibus pyramidatis angulosis. *Bergen Fl. Francof. p. 195. n. 3.*

Lychnis Vaccaria. Scop. Carn. ed. 2. n. 511.

Lychnis segetum rubra, foliis perfoliatis. C. Bauh. pin. p. 204. Buxb. Halens. p. 199. Dill. Gief. p. 148. Hoppe Flor. Ger. p. 67. Rupp. Ien. p. 116.

Lychnis segetum Vaccaria rubra dicta. Volk. Norimb. p. 266.

Vaccaria. Joh. Bauh. hist. 3. p. 357.

Caulis erectus, pedalis et altior, statim a basi ramosus, pallide viridis. Folia ovato-lanceolata, glauco-viridia, connato-sessilia. Flores alares et terminales, solitarii, longe pedunculati, parvi, purpurei, vel rosei. Petala serrata. Germen sessile.

D I A N T H U S.

** Flores aggregati.*

Flor. Germ. p. 186. n. 1. Dianthus barbatus.

D. floribus aggregatis fasciculatis, squamis calycinis ovato-subulatis tubum aequantibus, foliis lanceolatis. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 332.

Caryophyllus barbatus hortensis latifolius. C. Bauh. pin. p. 208. Volk. Norimb. p. 90.

Tunica barbata. Scop. Carn. ed. 2. n. 502.

Caulis erectus, pedalis et altior, simplex, teres, nodosus, glaber. Folia radicalia in cespitem congesta; caulina opposita, lanceolata, vtrinque attenuata, connato-sessilia, integerrima, glabra. Flores terminales, fasciculati, aggregati, densi, breviter pedunculati, purpurei, punctis albis infra medium picti. Petala crenata. Bractee quatuor longitudine tubi calycis cylindrici, ovato-lanceolatae.

Flor. Germ. p. 186. n. 2. *Dianthus Carthusianorum*.

D. floribus subaggregatis, squamis calycinis onatis aristatis tubum subaequantibus, foliis trineruiis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 332. Doerr. Natf. p. 95. Jacq. Vind. p. 73. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 288. Zinn. Goett. p. 195.*

Caryophyllus sylvestris vulgaris latifolius. *C. Bauh. pin. p. 206. Bergen Flor. Francof. p. 196. n. 3. Buxb. Halensf. p. 59. Dill. Gief. p. 152. Volck. Norimb. p. 90.*

Tunica carthusianorum. Scop. Carn. ed 2. n. 504.

Tunica calyce vniuersali aristato, floribus breuiori. Hall. Goett. p. 155. Boehm. Lipf. n. 366.

Tunica latifolia floribus umbellatis. Rupp. Ien. p. 118. Hoppe Flor. Ger. p. 68.

Tunica sylvestris vulgaris multiflora. Rupp. Ien. p. 118.

Betonica coronaria, siue Caryophyllus sylvestris vulgatissimus. *Ioh. Bauh. hist. 3. Lib. p. 334.*

Differt a *Diantho barbato* 1. *Caule* scabriusculo. 2. *Foliis* lineari-lanceolatis, duplo angustioribus, trineruiis, rigidioribus. 3. *Floribus* longe pedunculatis et sessilibus, subaggregatis. 4. *Bracteis* quatuor onatis, longe aristatis, calycis tubo duplo fere breuioribus. 5. *Petalis* magis distantibus, supra villosis.

Variat 1. *Bracteis* quinque seu sex.

2. *Foliis* angustioribus

Caryophyllus sylvestris vulgaris angustifolius. *Buxb. Halensf. p. 59. Volck. Norimb. p. 90.*

3. *Flore* albo.

Caryophyllus sylvestris angustifolius, flore albo punctato. *Buxb. Halensf. p. 59.*

4. *Antheris* ferrugineis.

Caryophyllus montanus apicibus ferrugineis. *Dill. Gief. p. 153. append. p. 61.*

Flor. Germ. p. 187. n. 3. *Dianthus Armeria*.

D. floribus aggregatis fasciculatis: squamis calycinis lanceolatis villosis tubum aequantibus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 333.*
El-

Elwert Flor. Marggrav. Baruthin. p. 13. *Iacq.* Vind. p. 73. *Nonne* Erford. p. 179. n. 1. *Plan.* Erford. p. 126. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 289. *Weigel* Flor. Pom. n. 275. *Zinn.* Goett. p. 195.

Caryophyllus barbatus sylvestris. *C. Bauh.* pin. p. 208. *Bergen* Flor. Francof. p. 196. n. 2. *Dill.* Gief. p. 128. *Volk.* Norimb. p. 90.

Tunica squamis ad basin calycis longe mucronatis, flori aequalibus. *Hall.* Goett. p. 155. *Boehm.* Lipsi. n. 368.

Tunica sylvestris angustifolia vmbellata hirsuta. *Rupp.* Ien. p. 119.

Caulis basi incuruus, erectus, dichotomus, pedalis et altior, teres, scabriusculus. *Folia* linearia, opposita, sessilia, pilosa. *Flores* terminales, fasciculati, aggregati, terni, quaterni et nonnunquam plures, subsessiles, purpurei, punctis albis notati. *Bracteae* quatuor, lineari-lanceolatae, hirsutae, striatae, longitudine tubi calycis pilosi. *Petala* bifida, crenata.

Variat *Caule* quadripedali et altiore

Flor. Germ. p. 187. n. 4. *Dianthus prolifer.*

D. floribus aggregatis capitatis, squamis calycinis ouatis obtusis tubum superantibus. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 333. *Doerr.* Nass. p. 95. *Nonne* Erford. p. 179. n. 2. *Plan.* Erford. p. 126. *Timm* prodr. Fl. Megapol. n. 290. *Weigel* Flor. Pom. n. 276. *Wilke* Fl. Gryph. n. 229. *Zinn.* Goett. p. 195.

Caryophyllus sylvestris prolifer. *C. Bauh.* pin. p. 209. *Bergen* Flor. Francof. p. 196. n. 1. *Buxb.* Halens. p. 59. *Dill.* Gief. p. 102.

Caryophyllus prolifer. *Volk.* Norimb. p. 90.

Tunica prolifera. *Scop.* Carn.ed. 2. n. 503.

Tunica calyce vniuersali peculiaribus maiore cartilagineo, mutico. *Hall.* Goett. p. 156.

Tunica sylvestris fasciculatis floribus. *Rupp.* Ien. p. 119.

Caulis erectus, pedalis et altior, glaberrimus, geniculatus. *Folia* opposita, linearia, basi connata, glabra. *Flores* parui, rubri, in capitulum terminalem coaceruati, sessiles, *Bracteis* ouatis,

tis, obtusis, apice crenulatis; exaridis, floribus longioribus obvallati.

* * *Flores solitarii, plures in eodem caule.*

Flor. Germ. p. 187. n. 5. *Dianthus diminutus.*

D. floribus solitariis; squamis calycinis octonis florem superantibus. *Linm. Syst. Plant. T. 2. p. 334.*

Caryophyllus fyluestris prolifer, flore figulari. *Dill. Gief. p. 148.*

Caryophyllo prolifero affinis, vnico ex quolibet capitulo flore. *C. Bauh. pin. p. 219.*

Differt a *Diantho prolifero* 1. *Foliis paulo angustioribus* 2. *Flore in caule ramisque terminali, solitario, vix extra calycem prominente, paruo, basi Bracteis octo obuallato: interioribus quatuor maioribus, calycem superantibus.*

Flor. Germ. p. 187. n. 6. *Dianthus deltoides.*

D. floribus solitariis; squamis calycinis lanceolatis binis, corollis crenatis. *Linm. Syst. Plant. T. 2. p. 335. Doerr. Nass. p. 95. Jacq. Vind. p. 73. Nonne Erford. p. 180. n. 3. Plan. Erford. p. 127. Timm prodr. Flor. Megapol. r. 291. Weigel Flor. Pom. n. 277. Wilke Flor. Gryph. n. 230.*

D. floribus subfolitariis, squamis calycinis tubo parum minoribus, corollis ferratis punctatis. *Zimm. Goett. p. 196.*

Caryophyllus simplex supinus latifolius. *C. Bauh. pin. p. 209. Dill. Gief. p. 90. Hoppe Flor. Ger. p. 68. Hall. Goett. p. 155.*

Betonica coronaria, siue Caryophyllus minor, folio viridi nigricante, repens. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 329.*

Caules digitales, palmares, subdecumbentes, superne ramosi, dichotomi, geniculati, subpubescentes. Folia linearia, subulata: radicalia in cespitem congesta, caulina opposita, conato-fessilia. Flores terminales, solitarii, longe pedunculati, purpurascens, punctis albis notati. Bractee duae, oppositae, ouato-lanceolatae, calycis tubo duplo breuiores. Petala cre-
nata.

Flor. Germ. p. 187. n. 7. *Dianthus plumarius*.

D. floribus solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, corollis multifidis fauce pubescentibus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 336. Jacq. Vind. p. 73. Nonne Erford. p. 180. n. 4. Plan. Erford. p. 127. Weig. Fl. Pom. n. 278. Zinn. Goett. p. 196.*

Caryophyllus sylvestris flore laciniato sine corniculis odoro. *C. Bauh. pin. p. 210.*

Caryophyllus sylvestris, floribus lanuginosis hirsutis. *C. Bauh. pin. p. 210.*

Tunica plumaria. Scop. Carn. ed. 2. n. 505.

Tunica montana altissima, flore tenuissime laciniato. *Hoppe Flor Ger. p. 68.*

Caules plures ex vna radice, simpliciusculi, superne dichotomi ramo plerumque solitario, palmares et altiores, basi decumbentes, erecti. *Folia* linearia, mucronata, scabriuscula, triplo fere longiora quam in antecedente: *radicalia* in cespitem congesta; *caulina* opposita. *Flos* terminalis solitarius, albus, aut incarnatus intus pubescens, duplo maior fere quam in antecedente. *Bractee* ovatae, acuminatae, brevissimae. *Petala* multifida: *laciniis* linearibus.

Variat *Caule* bi - seu tripedali, superne ramoso, paniculato.

Flor. Germ. p. 188. n. 8. *Dianthus superbus*.

D. floribus paniculatis, squamis calycinis breuibus acuminatis, corollis multifido-capillaribus, caulo erecto. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 337. Jacq. Vind. p. 73. Plan. Erford. p. 127. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 292.*

Caryophyllus simplex alter, flore laciniato odoratissimo. *C. Bauh. pin. p. 210.*

Caryophyllus flore tenuissime dissecto. *C. Bauh. pin. p. 209. Bergen Flor. Francof. p. 196. n. 4. Dill. Gies. append. p. 15.*

Caryophyllus plumarius purpureo-coeruleus. *Buxb. Hal. p. 60.*

Caryophyllus plumarius, flore inodoro, tenuissime dissecto. *Volck. Norimb. sp. 91.*

Tunica petalis profundissime laciniatis. *Hall. Goett. p. 156. Boehm. Lips. n. 365.*

Tunica montana altissima, flore tenuissime laciniato. *Rupp. Ien. p. 118.*

Betonica coronaria tenuissime dissecta, siue Caryophyllea superba elatior vulgaris. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 330.*

Caulis sesquipedalis et altior, basi incuruus, erectus, glaber, geniculatus, superne dichotomus. *Folia* lineari-lanceolata, integerrima, glabra, laete viridia. *Flores* duo vel tres in quouis ramo terminales ex albido-violacei, magni. *Bractee* ouatae, acuminatae, subviolaceae, calycis tubo duplo breuiores. *Petala* multifido-laciniata; *unguibus* pilis flauis praeditis.

Variat Flore albo.

Caryophyllus plumarius albus. *Buxb. Hal. p. 60.*

* * * *Caule vnifloro.*

Flor. Germ. p. 188. n. 9. Dianthus arenarius.

D. caulibus subunifloris, squamis calycinis ouatis, obtusis, corollis multifidis, foliis linearibus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 337. Jacq. Vind. p. 74. Grimm. Isenac. in Nou. Act. A. N. C. Tom. 3. append. p. 312. Nonne Erf. p. 181. n. 6. Plan. Erford. p. 127. Zinn. Goett. p. 196.*

Caryophyllus syluestris humilis flore vnico. *C Bauh. pin. p. 209. Bergen Flor. Francof. p. 197. n. 5. Buxb. Hal. p. 60. Dill. Gief. p. 74.*

Tunica foliis breuibus rigidis, caule vnifloro. *Boehm. Lips. n. 367.*

Tunica syluestris supina flore vnico. *Rupp. Ien. p. 119.*

Differt a *Diantho plumario* 1. *Caule* tenuiore, filiformi, simplici, semper fere vnifloro. 2. *Foliis* triplo angustioribus, breuioribus, rigidioribus mucronatis. 3. *Bracteis* obtusioribus; *duabus inferioribus* minimis. 4. *Petalis* ultra medium diuisis et laceris.

Variat 1. *Caule* bi- et trifloro sed rarior.

2. *Flore* punctato.

Dianthus *Nonne Erford. p. 180. n. 5.*

Caryophyllus simplex minor flore punctato. *C. Bauh.* pin. p. 208. *Bergii Flor. Francof.* p. 197. n. 6.

Tunica sylvestris lupina floribus eleganter micantibus. *Rupp. Icn.* p. 118.

T R I G Y N I A.

A R E N A R I A.

Flor. Germ. p. 188. n. 1. *Arenaria peploides.*

A. foliis ovatis, acutis, carnofis. *Lin. Syst. Plant. T. 2.* p. 358. *Weig. Fl. Pom.* n. 284. *Wilke Flor. Gryph.* n. 234. *Timm prodr. Flor. Megapol.* n. 296.

Aline littoralis, foliis portulacae. *C. Bauh.* pin. p. 251.

Caules plures ex vna radice, basi decumbentes, tunc erecti, tetragoni, glabri, articulati, dichotomi. *Folia* ovata, glabra, acuta, apice recurva, crassa carnofa, sessilia, connato-perfoliata: inferiora internodiis fere breviora; superiora longiora internodiis, approximata et imbricata. *Flores* terminales et axillares, breviter pedunculati. *Petala* ovata, alba, calyce plerumque minora.

Flor. Germ. p. 188. n. 2. *Arenaria trineruia.*

A. foliis ovatis acutis, petiolis nervosis. *Lin. Syst. Plant. T. 2.* p. 360. *Doerr. Nass.* p. 49. *Jacq. Vind.* p. 73. *Plan. Erford.* p. 128. *Timm prodr. Flor. Megapol.* n. 293. *Weigel Fl. Pom.* n. 285. *Wilke Flor. Gryph.* n. 235.

A. plantaginis folio. *Rupp. Icn.* p. 113.

Aline foliis lanceolatis trineruiis, petalis integris. *Hall. Goett.* p. 158. *Zinn. Goett.* p. 185.

Aline plantaginis folio. *Ioh. Bauh. hist.* 3. p. 364. *Berg. Fl. Francof.* p. 135. n. 13.

Spergula folio plantaginis. *Buxb. Hal.* p. 311. *Dill. Gies.* p. 58.

Caules decumbentes, vel erecti, palmares, ramosi, laeviter pubescentes, geniculati. *Folia* opposita, ovata, acuminata, integerrima, pubescentia, vix ciliata, trineruia, in petiolum decur-

currentia. Flores axillares et terminales, pedunculati, solitarii. Petala lanceolata, obtusa, integra, alba, calyce minora.

Flor. Germ. p. 189. n. 3. *Arenaria serpyllifolia*.

A foliis subovatis acutis sessilibus, corollis calyce brevioribus. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 361. Doerr. Nass. p. 49. Jacq. Vind. p. 73. Plan. Erford. p. 129. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 294. Weig. Fl. Pom. n. 286. Wilke Fl. Gryph. n. 236.

A. multicaulis serpyllifolia. Rupp. Ien. p. 114. Hoppe Flor. Ger. p. 65.

Alfne foliis lanceolatis, petalis integris calycis magnitudine. Hall. Goett. p. 158. n. 8. Boehm. Lips. n. 383. Nonne Erford. Zinn. Goett. p. 185.

Alfne minor multicaulis. C. Bauh. pin. p. 251. Bergen Flor. Francof. p. 134. n. 12. Volck. Norimb. p. 21.

Spergula multicaulis. Dill. Gief. p. 58.

Spergula multicaulis serpyllifolia. Buxb. Hal. p. 311.

Stellaria serpyllifolia. Scop. Carn. ed. 2. n. 544.

Caules decumbentes aut erecti, ramosissimi, digitales, palmares, tenues. Folia opposita, sessilia, ovata, mucronata, integerrima, laeviter pubescentia. Flores axillares et terminales, solitarii pedunculati. Petala calyce minora, alba, integerrima.

Variat Pistillis quinque.

Obseru. I. Differt ab antecedente partibus omnibus minoribus. Caule tenuiore, ramosiore. Foliis multo minoribus, eneruiis magisque mucronatis.

Obseru. II. In *Arenaria trineruia* et *serpyllifolia* pedunculi post florescentiam evadunt horizontales et Capsula cernua sexfariam apice dehiscens conspicitur.

Flor. Germ. p. 189. n. 4. *Arenaria rubra*.

A. caulibus prostratis, foliis oppositis filiformibus internodiis duplo brevioribus, calycibus capsulis aequalibus.

A. rubra α . campestris, foliis filiformibus, stipulis membranaceis, vaginantibus. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 362. Jacq.

Vind. p. 74. *Plan.* Erford. p. 129. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 295. α . *Weigel* Flor. Pom. n. 287. α . *Wulke* Flor. Gryph. n. 237. α .

A. campestris flore purpureo-caeruleo. *Rupp.* Ien. p. 113.

Alfine pentastemon vaginis ad foliorum ortum squalentibus. *Hall.* Goett. p. 159. *Boehm.* Lipsi. n. 381. *Nonne* Erford. p. 184. n. 7.

Alfine foliis filiformibus, vaginis ad foliorum ortum squalentibus. *Zinn.* Goett. p. 186.

Alfine Spergulae facie minor, siue Spergula minor subcaeruleo flore. *C. Bauh.* pin. p. 251. prodr. p. 119. *Bergen* Flor. Francof. p. 134. n. 10.

Spergula purpurea. *Joh. Bauh.* hist. 3. p. 719. b. *Buxb.* Halens. p. 309. *Dill.* Gief. p. 59.

Caules plures ex vna radice, in cespitem dispositi, decumbentes teretes, scabriusculi, digitales et palmares. *Folia* filiformia, subcompressa, opposita, sessilia, internodiis duplo plerumque breuiora, scabriuscula, basi *Stipulis* duabus ovatis, membranaceis praedita. *Flores* laterales et terminales, pedunculati, solitarii. *Petala* rubra, calyce paulo maiora, integra. *Capsula* calyci magnitudine aequalis, apice plerumque trifariam dehiscens.

Variat I. *Flore* albo.

Alfine Spergulae facie minor seu Spergula flosculo albo. *Berg.* Flor. Francof. p. 134. n. 11.

2. *Pistillis* quinque; *staminibus* quinque, antheris gemellis.
3. *Staminibus* quatuor, quinque, sex, septem, octo et nouem.

Flor. Germ. p. 189. n. 5. *Arenaria marina*.

A. caulis prostratis, foliis oppositis, linearibus, carnosiss, longitudine internodiorum, calycibus capsula dimidio breuioribus.

A. marina. *Rupp.* Ien. p. 113.

A. rubra β . *marina* foliis linearibus longitudine internodiorum. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 363. *Leyff.* Flor. Halens. n.

425. β . *Murr.* prodr. Goett. p. 55. β . *Plan.* Erford. p. 129. β . *Reichard* Flor. Moeno - Francof. n. 283. β . *Scholl.* Barb. n. 339. ζ . *Timm* prodr. Megapol. n. 295. β . *Wieg.* Flor. Pom. n. 287. β . *Wilke* Flor. Gryph. n. 237. β . Fl. Dan. Tab. 740.

Alfine pentastemon, vaginis ad foliorum ortum squalentibus. β . pulposior et altior. *Hall.* Goett. p. 159.

Alfine Spergulae facie media. *C. Bauh.* pin. p. 251.

Alfine foliis filiformibus, vaginis ad foliorum ortum squalentibus. β . pulposior et altior. *Zinn.* Goett. p. 186.

Spergula maritima flore paruo coeruleo, femine vario. *Dill.* Giesl. append. p. 30.

Spergula marina. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 720. (fig. minus bona ob folia verticillata) *Buxb.* Halensf. p. 310.

Spergula marina maior. *Buxb.* Halensf. p. 309.

Spergula marina nostras. *Volck.* Norimb. p. 368.

Differt ab antecedente, cum qua coniunxit, *Linneus* 1. *Caulis* longiore, crassiore, glabro. 2. *Foliis* carnosis, semicylindricis, linearibus, longitudine internodiorum, pubescenti-viscidis. 3. *Pedunculis* longioribus cum calyce pubescenti-viscidis. 4. *Calyce* duplo fere maiore, tamen Capsula dimidio breuiore.

Variat *staminibus* octo.

Obseru. Differentiae huius plantae ab aqua marina dependere nequeunt, cultura enim non mutatur. Hinc veram diuersamque ab antecedente speciem esse duxi.

Flor. Ger. p. 189. n. 6. *Arenaria media.*

A. foliis linearibus carnosis, stipulis membranaceis, caulibus pubescentibus. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 363.

A. tenuifolia verna, flore albo, femine limbo foliaceo cincto. *Rupp.* Ien. p. 113.

Spergula annua, femine foliaceo nigro, circulo membranaceo albo cincto. *Dill.* Giesl. p. 46.

Caulis digitalis et altior, erectus, teres, geniculatus, pubescens, ramosus, dichotomus. *Folia* semiteretia, subulata, linearia, carnosia, plerumque fena, verticillata, ad vnum latus caulibus tendentia; *summa* opposita. *Stipulae* membranaceae, vaginantes, ex albido-nitentes. *Flores* alares et terminales, solitarii,

rü, pedunculati, erecti. *Calycis foliola* ovata, obtusa, albida, dorso viridi - striata. *Petala* alba, parva, vix calyce longiora. *Pedunculi fructus* decurvi. *Capsula* calyce dimidio maior. *Semina* nigra, margine albo pellucido cincta.

Obferu. *Pollichius* numerat *Piftilia* quinque et *Mönchius flamina* dicit quinque iterilia, quinque castrata. *Linne* l. c. plantam fimillimam dicit *Arenariae rubrae* *C. maritimae*, mea autem fpecimina fimillima funt *Spergulae pentandrae*, cum quo etiam confentire videtur *Cel. Willdenow* prodr. Berol. n. 486. inquiring: differt a *Spergula pentandra* 1. *Stipulis* membranaceis. 2. *Piftilis* tribus. 3. *Caulibus* magis pubefcentibus. *Arenaria media* hinc mihi adhuc dubia manet, et forfitan eadem cum *Spergula pentandra*.

Flor. Germ. p. 190. n. 7. *Arenaria faxatilis*.

A. foliis fubulatis, caulibus paniculatis, calycis foliolis ovatis obtufis. *Linn.* Syft. Plant. T. 2. p. 364. *Iacq.* Vind. p. 75.

Alfine faxatilis et multiflora, capillaceo folio. *Hall.* Goetr. p. 158. *Iter Harzyn.* §. 15. *Hoppe* Fl. Ger. p. 65.

Alfine foliis coniugatis, anguftis, linearibus, petalis integris. *Zinn.* Goett. p. 195.

Spergula caryophylloides tenuifolia. *Dill.* Gief. p. 58.

Stellaria faxatilis. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 539.

Caules plurimi ex vna radice, in cespitem denfiffimum difpofiti, ramosiffimi, paniculati, palmares, pedales. *Folia* glabra, linearia, fubulata, oppofita, connato-feffilia. *Flores* ex alis foliorum folitarii. *Calyx* ovato-lanceolatus. *Petala* alba, ovata, calyce maiora.

Omiss. in Flor. Germ. *Arenaria verna*.

A foliis fubulatis, caulibus paniculatis, calycibus acuminatis striatis. *Linn.* Syft. Veget. p. 424. Syft. Plant. T. 2. p. 364. *Elwert* Flor. Marggrav. Baruthini p. 13.

Plantam nondum vidi, at *Linne* l. c. differre dicit ab *Arenaria faxatili* *Caulibus* vix palmaribus, pilis raris adfperfis; *pedunculis* pilofis; *Calycibus* acutis.

Flor. Germ. p. 190. n. 8. *Arenaria tenuifolia*.

A. foliis subulatis, caule paniculato, capsulis erectis petalis calyce breuioribus, lanceolatis. *Linn. Syft. Plant. T. 2. p. 365. Doerr. Nass. p. 49. Jacq. Vind. p. 75.*

A. verna, strictissimo folio. *Rupp. Ien. p. 112.*

Alfne foliis perangustis ad basin latefcentibus. *Hall. Gött. p. 158. Zinn. Gött. p. 185.*

Alfne tenuifolia. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 374. Berg. Flor. Francof. p. 134. n. 14.*

C. *viscosa*.

Alfne viscosa caule paniculato foliisque pubescentibus, petalis capsulisque calyce pubescente breuioribus. *Schreber Spic. Fl. Lips. p. 30.*

Caulis filiformis, erectus, digitalis, palmaris, glaber, geniculatus, dichotomus, demum paniculatus. *Folia* subulata, semiteretia, opposita, connata, glabra, internodiis breuiora. *Flores* axillares et terminales, solitarii, pedunculis capillaribus foliis longioribus insidentes. *Calycis foliola* lanceolata, glabra, mucronata. *Petala* calyce duplo fere breuiora, alba, ouata, obtusa. *Capsula* erecta, ouato-trigona, apice trifariam dehiscens, calyce paulo longior.

Obseru. *Flores* primarii decandri, in *serioribus* autem *stamina* quinque, septem ad nouem obseruantur.

β. *viscosa*.

Differt 1. *Caule* vnciali aut biunciali, villoso, infra medium plerumque simplici, superne dichotomo paniculato. 2. *Foliis* villosis, subtus striatis. 3. *Panicula* pauciflora. 4. *Pedunculis* tenuioribus, villosis. 5. *Calycis foliolis* lanceolato-linearibus, angustioribus, euidenter villoso-viscidis; *tribus* membranula angustissima marginatis. 6. *Capsula* calyce paulo minore.

Variat *Petalis* emarginatis sed rarissime.

S T E L L A R I A.

Flor. Germ. p. 190. n. 1. *Stellaria nemorum*.

S. foliis cordatis petiolatis, panicula pedunculis^m ramosis. *Linn. Syst. Plant. T. 2 p. 356. Jacq. Vind. p. 76. Plan. Erf. p. 128. Weig. Fl. Pom. n. 281. Wilke Fl. Gryph. n. 232. Scop. Carn. ed. 2. n. 532.*

Alfine altissima nemorum. *C. Bauh. pin. p. 250. Berg. Flor. Francof. p. 133. n. 4. Hoppe Fl. Ger. p. 64.*

Alfine maxima latifolia, altissima. *Buxb. Halens. p. 16.*

Alfine foliis cordatis, petalis bipartitis, *Zimm. Goett. p. 186.*

β. *Flore laciniato.*

Alfine nemorum. Schreber Spic. Flor. Lips. p. 30.

Alfine montana latifolia, flore laciniato. *C. Bauh. pin. p. 250. Dill. Gief. p. 69. append. p. 12. Hoppe Flor. Ger. p. 64. β. Rupp. Ien. p. 109.*

Alfine montana hederacea maxima. *Volck. Norimb. p. 21.*

Caulis pedalis et sesquipedalis, erectus aut decumbens, angulosus, subhirsutus, simplicifolius, basi stolonifer. Folia pubescentia, opposita, subtus pallidiora: radicalia et caulina inferiora cordato-ouata, petiolis plerumque longioribus infidentia; caulina intermedia cordato-lanceolata, petiolis duplo fere brevioribus infidentia; superiora et floralia ouato-lanceolata, sessilia. Flores in paniculam terminalem, laxam, diuariatam dispositi, subcampaniformes, erecti. Calyx glaber. Capsula ouato-cylindrica, apice sexfariam dehiscens, cernua, pedunculo infidens horizontali. Petala profunde bifida.

β. *Flore laciniato.*

Differt tantummodo *Petalis* profundius bipartitis.

Flor. Germ. p. 190. n. 2. Stellaria dichotoma.

S. foliis ouatis sessilibus, caule dichotomo, floribus solitariis, pedunculis fructiferis reflexis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 356. Scop. Carn. ed. 2. n. 533.*

Differt ab antecedente 1. *Cause* altiore, ramoso: ramis dichotomis, diuariatis. 2. *Foliis* ouatis seu ouato-lanceolatis, sessilibus. 3. *Floribus* solitariis, longe pedunculatis. 4. *Pedunculis fructiferis* reflexis.

Flor. Germ. p. 191. n. 3. Stellaria Holostea.

S. fo-

S. foliis lanceolatis ferrulatis, petalis bifidis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 357. Doerr. Nass. p. 227. Jacq. Vind. p. 76. Plan. Erford. p. 128 Scop. Carn. ed. 2. n. 534. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 297. Weigel Flor. Pom. n. 282.*

Alfine foliis gramineis asperis, petalis femibifidis. *Hall. Gött. p. 157. Zinn. Goett. p. 187.*

Alfine foliis lanceolatis ferratis. *Boehm. Lips. n. 376. Nonne Erford. p. 183 n. 2.*

Alfine pratensis gramineo folio ampliore. *Berg. Fl. Franc. p. 133. n. 7. Buxb. Haleas. p. 18. Dill. Gief. p. 50. Hoppe Flor. Ger. p. 64. Rupp. Jen. p. 109.*

Alfine holosteia glabra, folio gramineo, flore maiori. *Volck. Norimb. p. 21.*

Caryophyllus holosteus aruensis, flore maiore. *C. Bauh. pin. p. 210.*

Caryophyllus aruensis glaber flore maiore. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 361.*

Caulis basi repens, tunc erectus, pedalis et altior, tetragonus, scabriusculus, ramosus. Folia opposita, connato sessilia, lanceolata, acuminata, glabra, margine scabra. Flores axillares et terminales, pedunculati, magni, albi. Petala femibifida calyce duplo maiora. Calycis foliola lanceolata, mucronata. Capsula subrotunda, vix calyce maior.

Flor. Germ. p. 191. n. 4. *Stellaria graminea.*

S. foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 357. Doerr. Nass. p. 228. Jacq. Vind. p. 76. Plan. Erford. p. 129. Scop. Carn. ed. 2. n. 535. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 298. Weig. Fl. Pom. n. 283. Wilke Flor. Gryph. n. 233.*

Alfine foliis gramineis, petalis bipartitis. *Hall. Goett. p. 157. Zinn. Goett. p. 187.*

Alfine foliis linearibus integerrimis. *Boehm. Lips. n. 375. Nonne Erford. p. 182. n. 1.*

α. aruensis. *Murr. prodr. Goett. p. 55. α.*

Stellaria graminea α. maior foliis latioribus. Wilke Flor. Gryph. n. 233.

Alfne pratensis gramineo folio angustiore. *Bergen* Flor. Francof. p. 133. n. 8. *Buxb.* Halens. p. 18. *Dill.* Gies. p. 81. *Hoppe* Flor. Ger. p. 64. *Rupp.* Ien. p. 110.

Gramini Fuchsi leucanthemo affinis et similibus planta. *Joh. Bauh.* hist. 3. p. 361. *mala*.

Caryophyllus arvensis glaber flore minore. *C. Bauh.* pin. p. 210. *Leers* Herborn. n. 330. α .

Gramen floridum minus. *Leyff.* Halens. n. 428. α .

β . *palustris.* *Murr.* prodr. Goett. p. 55. C.

Stellaria graminea β . *minor* angustifolia. *Wilke* Fl. Gryph. n. 233.

Alfne folio gramineo angustiore, palustris. *Dill.* Gies. p. 173. append. p. 69. *Leers* Herb. n. 330. β . *Linn.* l. c. β . *Leyff.* Flor. Hal. n. 428. β .

Alfne pratensis folio angustiore. *Moench* Hass. n. 363. β . *Gmel.* Tubing. p. 128.

Alfne palustris linifolia, magno flore lacteo. *Rupp.* Ien. p. 109.

γ . *breusifolia* omissa in Flora Germ.

Alfne nemorensis foliis strictissimis multiflora et multicaulis, nondum descripta. *Rupp.* Ien. p. 110.

α . *arvensis.*

Caulis basi decumbens, tunc erectus, pedalis et altior dichotomus, tetragonus, glaber, geniculatus. *Folia* lineari-lanceolata, integerrima, glabra, acuminata, opposita, connato-sessilia. *Panicula* terminalis, ramosissima, diaricata, multiflora. *Pedunculi* filiformes tri- ad quinqueflori; in dichotomia ramorum solitarii, longi, uniflori. *Bractee* ad pedunculorum dichotomiam, duae, oppositae, lanceolatae, membranaceae, exiguae, albidae. *Petala* alba, ultra medium bipartita, vix calyce maiora. *Capsula* calyce minor, apice sexfariam dehiscens.

β . *palustris.*

Differt ab antecedente α . *arvensi* 1. *Caule* altiore, ramosiore. 2. *Foliis* duplo fere angustioribus. 3. *Floribus* duplo fere maioribus. 4. *Petalis* semibifidis. 5. *Panicula* pauciflora. 6. *Pedunculis* longioribus, rigidioribus.

γ . *breusifolia.*

Folia non latiora quam in antecedente *β. palustri*, at duplo vel triplo breuiora, exacte lanceolata, basi semiamplexicaulia, latiora. *Caules* plurimi ex vna radice, in cespitem congesti, decumbentes, tunc erecti. palmares, simplicissimi, articulis approximatis, terminati. *Panicula* minori quam in *α. aruensi*, tamen ramosissima et magis diuaticata, multiflora. *Pedunculi* rigidiores breuiores. *Flores* etiam aequales iis in *α. aruensi*.

Obferu. Notabilem hanc varietatem *γ.* in nemoribus ficcioribus legi prope *Daetlingen Ducatus Oldenburgici*.

Flor. Germ. p. 191. n. 5. *Stellaria Dilleniana*.

S. caule flaccido, foliis lineari-lanceolatis, pedunculis terminalibus bifloris, petalis bipartitis. *Moench.* Hall. n. 364. Tab. 6. *Elwert* Flor. Marggr. Baruthin. p. 13.

S. aquatica foliis lanceolatis, petalis bipartitis calycem longitudine aequantibus? *Willdenow* prodr. Berol. n. 482.

Planta proxime accedit *stellariae gramineae* et quidem varietati *ε. palustri*, vix specie diuerfa. Differt enim tantummodo *Pedunculo* terminali solitario, vnifloro aut bifido, bifloro, *Bracteis* duabus oppositis, lanceolatis, membranaceis in medio praedito, cum antecedentis varietates floribus gaudeant paniculatis, *Bracteis* tantum ad pedunculorum dichotomiam.

Obferu. Dubius haereo, vtrum *Willdenowii* planta huc pertineat, nec ne. Citat quidem synonyma *Pollichii*, *Halleri* et *Dilleni*, sequentem et diuersissimam plantam significantia; quia autem *Moenchii* synonymum et figuram allegat simulque non confundendam esse dicit cum *Stellaria hypericifolia Wiggersii*, ad hanc plantam *Willdenowii* synonymum adducere commotus sum.

Flor. Germ. p. 191. n. 6. *Stellaria uliginosa*.

S. caule diffuso procumbente ramosissimo, foliis lanceolatis, basi ciliatis angustioribus, pedunculis ternis lateralibus: intermedio vnifloro; lateralibus dichotomis paucifloris.

S. uliginosa foliis oblongis acuminatis oppositis integerrimis sessilibus, pedunculis ramosis. *Scholl.* Barb. n. 343.

S. virginosa. Murr. prodr. Goett. p. 55. Timm. prodr. Flor. Megapol. n. 300.

S. aquatica foliis lanceolatis, petalis bipartitis, calycem longitudine aequantibus. Pollich. palat. n. 422.

S. Dilleniana foliis lanceolatis integerrimis, caule procumbent. Leers. Herborn. n. 331.

S. Aline foliis lanceolatis, petalis bipartitis, petiolis unifloris. Reichard. Flor. Moeno-Francof. n. 286. Tom. 2. auct. et emendat. p. 186.

S. hypericifolia foliis ovato-lanceolatis integerrimis, pedunculis solitariis. Wigg. prim. Flor. Holfat. p. 34.

Aline foliis ellipticis, acuminatis, petalis bipartitis. Boehm. Lipf. n. 374.

Aline foliis ovato-lanceolatis, petalis bipartitis. Hall. Goett. p. 158. Zinn. Goett. p. 186.

Aline aquatica folio Gratiolae, stellato flore. Dill. Gies. p. 58. append. p. 39.

Aline aquatica media. C. Bauh. pin. p. 251. Bergen. Flor. Francof. p. 133. n. 3. Buxb. Halens. p. 17.

Aline longifolia virginosis proveniens locis. Joh. Bauh. hist. 8. p. 365. fig. bona.

Diversissima planta ab omnibus antecedentibus, tota tenera, glauca. Caudex plures ex una radice cespitosi, decumbentes, debiles, terragoni, glabri, nitidi, dichotomi, digitales, palmares et nonnunquam longiores. Folia opposita, connato-sessilia, glabra, venosa, basi ciliata: inferiora ovalia, utrinque attenuata; superiora et floralia ovali-lanceolata. Pedunculi capillares floriferi erecti; fructiferi decurvi: terminales saepe solitarii uni- seu biflori; laterales ex ala foliorum terni: intermedio simplici, unifloro, prius florente; lateralibus duobus, dichotomis, tri- ad quinquefloris, diuaticis. Bractee non solum ad basin pedunculorum in ala folii floriferi, sed etiam ad pedunculorum dichotomiam, duae oppositae, exiguae, lanceolatae, mucronatae, albae. Flores minores, quam in antecedentibus. Calycis lacinae lanceolato-lineares, mucronatae. Petala albida, calyce plerumque minora, profundissime bipartita: laciniis basi laeviter tantum in unguem connatis, lanceolatis. Stamina quinque petalorum unguibus et reliqua quinque glandulis totidem germinibus, infidentia. Capsula calyci fere aequalis ovata, subangulosa sextarium dehiscens.

Observ.

Obferu. *Alfine aquatica folio Gratiolae, ftellato flore Dillenii* l. c. ad hanc, non ad antecedentem pertinet. Dicit enim in appendice p. 39. „nullam esse dubium, quin „haec fit *Alfine longitelia vliginotis* proueniens locis „*Ioh. Bauhini* (cuius figura bene exprimit *Stellariam vliginofam*) et *Alfine aquatica media Casp. Bauhini*“ simulque *Ioh. Bauhini* descriptionem floris explanat. qui petala quinque bipartita pro decem petalis habuit.

C V C V B A L V S.

Flor. Germ. p. 191. n. 1. *Cucubalus Behen.*

C. calycibus fubglobofis glabris reticulato-venofis, capsulis fubrotundis. *Linn. Syft. Plant. T. 2. p. 340. Doerr. Naff. p. 91. Jacq. Vind. p. 76. Nonne Erford. p. 187. Plan. Erf. p. 127. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 301. Weig. Flor. Pom. n. 279. Wilke Flor. Gryph. n. 231.*

Lychnis Behen floribus trigynis pendulis: calycibus ouatis, inflatis venofis, capsula femitriloculari. *Scop. Carn. ed. 1. p. 502. n. 4. ed. 2. n. 514.*

Lychnis fylueftris, quae *Been album* vulgo. *C. Bauh. pin. p. 205. Buxb. Halenf. p. 201. Dill. Gief. p. 110. Volk. No-rimb. p. 265.*

Lychnis triftyla, trilocularis, calyce inflato. Boehm. Lipf. n. 394.

Mufcipula pratensis veficaria. Rupp. Ien. p. 125. Hoppe Ger. p. 72.

Vifcago calycibus fubglobofis, glabris reticulato — venofis, capsulis trilocularibus, corollis ferratis bifidis. Zinn. Goett. p. 189.

Vifcago calyce inflato, equali, petalis ferratis bifidis. Hall. Goett. p. 147. Bergen Flor. Francof. p. 193. n. 3.

Caulis bafi decumbens, tunc erectus, teres, fuperne glaber et dichotomus, pedalis et altior. *Folia* oppofita ouato-lanceolata, acuminata integerrima, margine laeuiter ciliata, connato-feffilia. *Flores* in paniculam terminalem laxam difpofiti, albi fubnutantes. *Calyx* inflatus, globofus venis anafomofantibus rubellis notatus: *Petala* bitida, margine crenulata.

Obferu.

Obferu. Denticulorum corona ad faucem corollae omnino nulla, ut itaque *Silenis* generi adscribi nequeat. At notatu tamen dignum puto, quod petalorum vngues sub fauce corollae vtrinque auricula membranacea aucti sint et hinc intra calycem coniuventes euadant.

Flor. Germ. p. 192. n. 2. Cucubalus *Otites*.

C. floribus dioicis, petalis linearibus indiuisis. *Linn. Syft. Plant. T. 2. p. 343. Jacq. Vind. p. 77. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 302. Verzeichn. der Pflanz. welche nach der Anzahl und Beschaff. ihrer Geschlechtsth. nicht in den gehoer. Class. und Ordn. des Linn Syft. stehen. p. 149.*

Lychnis Otites. Scop. Carn. ed. 2. n. 515.

Lychnis viscosa flore muscoso. *C. Bauh pin. p. 206. Buxb. Hal. p. 200. Dill. Giesf. append. p. 24. Volck. Norimb. p. 267.*

Muscipula muscoso flore, siue *Ocymoides belliforme. Joh. Bauh. hist. 3. p. 350.*

Otites Tabern. Rupp. Ien. p. 125.

Viscago foliis imis petiolatis, floribus verticillatim spicatis, petalis indiuisis, sexu distincta. Hall Goett. p. 151. Bergen Flor. Francof. p. 193. n. 7. Zinn. Goett. p. 189.

β. *Floribus hermaphroditis. Pollich palat. n. 416. Scholl. Barb. n. 346. Rupp. Ien. l. c. not. Halleri.*

Viscago foliis imis petiolatis, floribus verticillatim spicatis, petalis indiuisis, androgyna. Hall. Goett. p. 165. Zinn. Goett. p. 189.

Folia radicalia in cespitem congesta, obtusa, obuerse lanceolata, in petiolum decurrentia; *caulina* opposita, connato-fessilia, linearia, obtusa, subpubescentia. *Caules* plures ex una radice, pedales et altiores, erecti, teretes pubescentes, simpliciusculi, geniculati, hinc inde viscosi. *Flores* verticillati in racemum terminalem dispositi, pedunculati, parui, e viridi flauescentes, masculi et foeminei plerumque in diuersa planta. *Masculi* paulo maiores, *calyce* subrubro, *staminibus* alternatim minoribus. *Foeminei* minores, *calyce* viridi-striato.

β. Differt tantummodo *Floribus* hermaphroditis: *Caule* altiore.

Flor. Germ. p. 192. n. 3. Cucubalus *Chloranthus*.

C. scapis

C. scapis subaphyllis, floribus secundis: petalis linearibus bifidis, foliis radicalibus petiolatis oblongis acutis. *Willdenow* prodr. Berol. n. 477. Tab. 5. fig. 9.

Cel. *Willdenow* ita plantam describit: *Folia radicalia* petiolata, glabra, oblonga, acuta, margine integerrimo retrorsum scabro. *Scapus* pedalis et ultra, subteres, glaber, geniculatus, subnudus. *Geniculae* foliis binis oppositis fetaceis vaginantibus, vaginis apice sphaeculatis, munita. *Flores* paniculati, secundi, *pedunculis* vni - vel bifloris, durante anthesi nutantes, postea erecti. *Calyx* cylindricus, inflatus: *laciniis* acutis. *Petala* sordide viridia, linearia, bifida. *Stamina* longitudine corollae. *Germe*n pedicellatum. *Stylitres*, corolla longiores. *Capsulae* triloculares, calyce inclusae.

S I L E N E.

Obseru. *Silene* differt tantummodo a *Cucubalo petalis* fauce coronatis denticulis.

Flor. Germ. p. 192. n. 1. *Silene baccifera*.

S. calycibus campanulatis, petalis distantibus, pericarpis, ramis diuaticatis.

Cucubalus bacciferus. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 340. *Elwert* Flor. Marggrav. Baruth. p. 13. *Iacq.* Vind. p. 76. *Leyff.* Hølenf. n. 429. *Pollicb* palat. n. 414. *Reichard* Flor. Moeno-Francof. n. 287. *Scholl.* Barb. n. 344.

Lychnis baccifera. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 517.

Cucubalus. *Boehm.* Lips. n. 389.

Cucubalus Plinii. *Hall.* Goett. p. 147.

Viscago *Cucubalus*, calycibus campanulatis, petalis distantibus, fructu colorato, ramis diuaticatis. *Zinn.* Goett. p. 188.

Cucubalum quibusdam, vel *Alfine baccifera*. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 175.

Alfine scandens baccifera. *C. Bauh.* pin. p. 250.

Caulis teres, scabriusculus, geniculatus, altus, scandens. *Folia* opposita, ovata, acuminata, in petiolum breuem decurrentia, integerrima, scabriuscula. *Flores* terminales et axillares, solitarii, breuiter pedunculati. *Calyx* campanulatus, inflatus, pubescens. *Petala* distantia, bifida, crenata, unguibus longis
prae-

praedita, alba, fauce denticulis coronata. *Capsula* subglobosa, colorata.

Observ. Ob denticulos ad floris faucem ad *Silenem* potius quam ad *Cucubalum* pertinet.

Flor. Germ. p. 192. n. 2. *Silene nutans.*

S. petalis bifidis, floribus lateralibus secundis cernuis, panicula nutante. *Lim. Syst. Plant. Tom. 2. p. 347. Doerr. Nass. p. 217. Jacq. Vind. p. 77. Nonne Erford. p. 188. n. 1. Plan. Erford. p. 128. Timm. prodr. Flor. Megapol. n. 303. Weigel Flor. Pom. n. 280.*

Lychnis nutans. Scop. Carn. ed. 2. n. 525.

Lychnis tristyla, trilocularis, petalis conuolutis. Boehm. Lipf. n. 395.

Lychnis foliis imis petiolatis, ouatis, petalis bifidis, se conuoluentibus. Hall. Goett. p. 150.

Lychnis montana viscosa, alba, latifolia. C. Bauh. pin. p. 205. Dill. Gief. p. 69. Volck. Norimb. p. 266.

Muscipula montana hirsuta. Rupp. Ien. p. 125. Hoppe Flor. Ger. p. 72.

Polemonium petraeum Gesneri. Joh. Bauh. hist. 3. p. 351.

Viscago foliis imis petiolatis, petalis bifidis, se conuoluentibus. Bergen Flor. Francof. p. 193. n. 5. Zinn. Goett. pag. 190.

Folia radicalia in cespitem congesta, obuerse lanceolata, integerrima, vtrinque pubescentia, scabra: *caulina* opposita, sessilia, lanceolata. *Caules* plures ex una radice, sesquipedales et altiores, erecti, teretes, scabriusculi, geniculati, superne subuisceidi, terminati in paniculam nutantem. *Pedunculi* oppositi, ad caulem simplices, superne fasciculati. *Flores* nutantes, albi. *Petalis* bifida, apice crenulata, ad faucem denticulis coronata. *Calyx* cylindraceus, striis uiridibus notatus. *Capsula* sexfariam apice dehiscens.

Variat Foliis radicalibus oboualibus, in petiolum decurrentibus.

Flor. Germ. p. 193. n. 3. *Silene conoidea.*

S. caly-

S. calycibus fructus globosis acuminatis striis triginta, foliis glabris, petalis integris. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 350.*

Lychnis fyluestris latifolia, calycibus turgidis striatis. *C. Bauh. pin. p. 205. Buxb. Halenf. p. 199.*

Muscipula maior, calyce turgido ventricoso. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 349. bona.*

Caulis pedalis et altior, erectus, superne praecipue ramosus, teres, pubescens. scabriusculus. Folia glabra, integerrima, venosa: radicalia ovalia, in petiolum decurrentia; caulina opposita, lanceolata, acuminata, connato-fessilia. Flores axillares et terminales, plerumque solitarii, pedunculati, erecti. Calyx floris oblongus, acuminatus, vix in medio ventricosus: Calyx fructus globosus, inflatus, superne contractus, acuminatus. Capsula in calyce pedicellata. Petala integra, rubella.

Flor. Germ. p. 193. n. 4. Silene conica.

S. calycibus fructus conicis striis triginta, foliis mollibus, petalis bifidis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 350. Jacq. Vind. p. 77. et 240.*

Lychnis conica. *Scop. Carn. ed. 2. n. 521.*

Lychnis fyluestris angustifolia, calycibus turgidis striatis. *C. Bauh. pin. p. 205.*

Muscipulae maiori calyce ventricoso similis. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 350. bona.*

Differt ab antecedente, cui similis, 1. *Caule* minore, superne demum elongato, ramoso, dichotomo. 2. *Foliis* lanceolato-linearibus, aueniis, crassiusculis, vtrinque subtomentosis, canescenti-viridibus: *caulinis* laevissime connatis, vix basi cohaerentibus. 3. *Pedunculis* brevioribus. 4. *Calyce floris* ex oblongo conico; *calyce fructus* conico, inflato. 5. *Petalis* roseis, emarginatis, plerumque cum denticulo intermedio.

Variat *Petalis* obsolete emarginatis et fere integris. Hinc pro differentia specifica minus valet emarginatura petalorum.

Flor. Germ. p. 193. n. 5. Silene noctiflora.

S. calycibus decemangularibus: dentibus ubi aequantibus, caule dichotomo, petalis bifidis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p.*

351. *Iacq. Vind. p. 77. Nonne Erford. p. 188. n. 2. Plan. Erford. p. 129*

Lychnis noctiflora. Schreb. Spic. Flor. Lipsf. p. 31.

Lychnis noctiflora. C. Bauh. pin. p. 205. Buxb. Halenf. p. 200. Rupp. len. p. 116.

Caulis erectus, semipedalis et pedalis, teres, pubescens, subviscidus, superne dichotomus. Folia lanceolata, connato-amplexicaulia, integerrima, scabriuscula. Flores axillares et terminales, solitarii, pedunculati, magni, albidi. Calyx villosus-viscidus, decemangularis; dentibus longis. Petala semibifida.

Observ. Flores interdum involuti, clausi, noctu et mane aperti.

Flor. Germ. p. 193. n. 6. *Silene Armeria.*

S. floribus fasciculatis fastigiatis, foliis superioribus cordatis glabris, petalis integris. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 354.

Lychnis viscosa purpurea latifolia laevis. C. Bauh. pin. pag. 205.

Caulis erectus, sesquipedalis et altior, teres, glaber, superne praecipue maxime viscidus, dichotomus. Folia glabra, integerrima: radicalia obuerse lanceolata, in petiolum decurrentia, obtusiuscula: caulina opposita, cordato-ouata, sessilia, radicalibus breviora. Flores terminales, corymbosi, purpurei erecti. Petala integra, obtusa. Capsula in calyce longe pedicellata, hinc clauata, sexfariam apice dehiscens.

Flor. Germ. p. 193. n. 7. *Silene rupestris.*

S. floribus erectis, petalis emarginatis, calycibus teretibus, foliis lanceolatis. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 354. Iacq. Vind. p. 77.

Alfina alpina glabra. C. Bauh. pin. p. 251. prodr. p. 118.

Auricula muris alpina glabra. Joh. Bauh. hist. 3. p. 360.

Caulis palmaris, erectus, dichotomus, glaber. Folia opposita, sessilia, lanceolata, glabra. Flores axillares et terminales, solitarii, longe pedunculati, albi. Calyx decagonus, clauatus. Petala emarginata, obtusa. Capsula obuerse conica.

Flor. Germ. p. 194. n. 8. *Silene acaulis.*

S. acau-

S. acaulis, depressa, petalis emarginatis. *Linn Syst. Plant. T. 2. p. 355. Jacq. Vind. p. 78 et 242.*

Lychnis acaulis. Scop. Carn. ed. 2. n. 516.

Lychnis alpina pumila, folio gramineo. C. Bauh. pin. p. 206.

Muscus alpinus, Lychnidis flore. Joh. Bauh. hist. 3. pag. 767.

Folia angustissima, acuta, duriuscula, breuia, linearia, conferta. in rosulas congesta, latissimos densosque cespites efficientes. *Caules* fere uncialis. paucis foliis caeteris similibus praediti, uniflori. *Calyces* ovati, purpurascens, glabri, decagoni. *Petala* submarginata. amoene purpurea, fauce denticulis coronata. *Stamina* decem, alterne minora. *Capsula* calyce duplo fere longior, apice sexfariam dehiscens.

Observ. I. Flores exsiccatione plerumque virides euadunt.

Observ. II. Planta nondum florens primo intuitu *Polytrichi communis* habitum refert.

P E N T A G Y N I A.

S E D V M.

* *Planifolia.*

Flor. Germ. p. 194. n. 1. *Sedum Telephium.*

S. foliis planiusculis ferratis, corymbo folioso, caule erecto. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 380. Doerr. Nass. p. 209. Jacq. Vind. p. 78. Nonne Erford. p. 194. n. 1. Plan. Erford. p. 129. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 304. Weigel Flor. Pom. n. 288. Wilke Flor. Gryph. n. 238.*

S. foliis planiusculis, patentibus ferratis, corymbo terminatrice. *Boehm. Lips. n. 409.*

S. foliis planis, ovatis, ferratis; cymis lateralibus corymbosis. *Scop. Carn. ed. 1. p. 491. n. 2. ed. 2. n. 553.*

S. foliis confertis ferratis ellipticis, umbella caulem terminante densissima. *Hall. Goett. p. 134. Bergen Flor. Francof. p. 148. n. 4. Zinn. Goett. p. 170.*

Flor. Germ. Vol. II. P. I.

I i

α. album

α. album.

Anacamperos, vulgo Faba crassa. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 681. Dill. Gies. p. 168.*

Fabaria officinarum. *Rupp. Ien. p. 128. Hoppe Flor. Ger. p. 74.*

Fabaria siue Crassula maior. *Volk. Norimb. p. 160.*

Telephium vulgare. *C. Bauh. pin. p. 287. Buxb. Halens. p. 315.*

β. purpureum.

Anacamperos purpurea. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 682. Dill. Gies. p. 172.*

Telephium purpureum maius. *C. Bauh. pin. p. 287. Leers Herborn. n. 334. β. Leyff. Halens. n. 436. β. Pollich palat. p. 428. β. Willdenow prodr. Berol. n. 496. β.*

γ. maximum.

Sedum foliis ovalibus ferratis coniugatis, ex alis foliorum umbelliferum. *Hall. Goett. p. 134. Murr. prodr. Goett. p. 55. Zinn. Goett. p. 170.*

S. foliis ovalibus vix ferratis, umbellis ex alis foliorum prodeuntibus. *Hoppe Flor. Ger. p. 75. Plan. Erford. p. 129. β.*

Anacamperos maxima. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 682. Nonne Erford. p. 194. n. 1. Var. Rupp. Ien. p. 129.*

Radix tuberosa, carnosa, alba. Caulis pedalis et altior, basi incurvus, tunc erectus, simplex, teres, glaberrimus, succulentus. Folia carnosa, crassa, ovata, obtusa, plana, glabra, denticulata, sparsa, sessilia. Corymbi terminales, densi, conuexusculi. Flores ex albido-flauetcentes.

β. purpurea.

Differt Caule plerumque altiore; Floribus purpureis.

γ. maximum.

Differt 1 Radice tuberculis coniunctis. 2. Caule ex singulis foliorem alis ramiu producente, altiore. 3. Foliis plerumque oppositis, ovalibus, laeuiter dentatis. 4. Corymbis in caule ramisque densioribus 5. Floribus pallide rubris.

Flor. Germ. p. 194. n. 2. Sedum stellatum.

S. foliis planiusculis angulatis, floribus lateralibus sessilibus solitariis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 381.*

S. echinatum, vel stellatum flore albo. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 680.*

Cotyledon stellata. *C. Bauh. pin. p. 295.*

Caulis ramosus, diffusus, debilis. Folia planiuscula, ovata, obtusa, in petiolum decurrentia, superne sinuato-angulata, alterna, glabra, carnosa. Flores in alis foliorum solitarii, sessiles. Fructus breuiter plerumque pedunculati.

Flor. Germ. p. 194. n. 3. *Sedum Cepaea.*

S. foliis planis, caule ramoso, floribus paniculatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 381.*

S. Cepaea dictum. *Buxb. Halens. p. 300. Volk. Norimb. pag. 346.*

Cepaea. *C. Bauh. pin. p. 382.*

Plantam nondum vidi.

* * *Teretifolia.*

Flor. Germ. p. 195. n. 4. *Sedum reflexum.*

S. foliis subulatis, sparsis, basi solutis: inferioribus recuruatibus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 382. Doerr. Nass. p. 210. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 305. Oeder Flor. Dan. Tab. 113.*

S. minus luteum folio acuto. *C. Bauh. pin. p. 283. Dill. Gies. p. 152. Hoppe Flor. Ger. p. 74. Rupp. Ien. p. 128.*

S. minus flore luteo. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 692. bona. Volk. Norimb. p. 347.*

S. foliis teretibus, in spinulam terminatis, umbella sparsa? *Hall. Goett. p. 135. Zinn. Goett. p. 171.*

Aizoon Haematodes. *Lobel. Icon. p. 378. bona.*

Caules steriles plures ex una radice, in cespitem dispositi, decumbentes, dense foliosi: floriferi basi incurui, tunc erecti, laxius foliosi, sesquidigitales et maiores, teretes, glabri, ex glauco et rubello virides simplices. Folia sparsa, linearia, carnosa, ex tereti planiuscula, mucrone terminata, sessilia, glabra, basi soluta:

inferiora reflexa. Flores in cymam terminalem dispositi, subsessiles, sursum spectantes, solitarii in Cymae dichotomia et ad ramorum latera, flauis.

Variat I. *Cymae ramulis recuruis.*

Sedum minus luteum, ramulis reflexis. *C. Bauh.* pin p. 283. *Dill.* Gies. p. 132. *Pollich* palat. n. 429. β.

Aizoon Scorpioides. *Lobel.* Icon. p. 377. *bona.*

2. *Petalis* sex, septem, octo, nouem, cum totidem *Germinibus* duploque *Staminum* numero.

Obseru. Celeberrimi *Oeteri* Icon. Tab. 113. minus naturae conueniens et a specimine sicco delineata videtur. Caulem enim floriferum plane nudum foliisque destitutum representat, qui siccitate semper fere dejicit folia omnia.

Omiss. in Flor. Germ. *Sedum saxatile.*

S. foliis sparsis semiteretibus obtusis. basi solutis, caule ramoso decumbente. *Wigg.* prim. Flor. Holf. p. 35.

S. *rupestre* foliis subulatis quinquefariis confertis basi solutis, floribus cymosis. *Moench.* Hass. n. 370. *Oeder* Flor. Dan. Tab. 59.

S. minimum luteum non acre. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 695. secundum *Moench.*

Caules vndique decumbentes, statim a radice ramosi. *Folia* alternatim sparsa, ex tereti planiuscula, basi plana, nonnihil soluta, carnosa, glabra, obtusa. *Flores* lutei, subsessiles, sparsi in ramis, rarius subcymosis.

Obseru. I. *Moenchii Sedum rupestre* bene conuenit cum *Sedo saxatili Wiggerfii*, praecipue etiam caulis ramositate foliisque obtusis.

Obseru. II. *Sedum minimum luteum non acre* *Ioh. Bauhini* quando ex mente *Moenchii* huc pertineret, tunc *Semperuiuum minus vermiculatum insipidum C. Bauhini* in pinace p. 284., de quo *Linne* dubitat, ane ad *Sedum* suum *sexangulare* pertineat, huc etiam referendum esset, de quo autem iudicare non audeo.

Obseru.

Obferu. III. Specimen meum, quod anno 1776. in montosis *der Heide* prope *Halam Saxonum* legi, exacte conuenit cum planta *Cel. Oederi*, *Wiggerfi* et *Moenchii*. An it que Celeberrimi *Leyfferi Sedum rupestre* *Flor. Halenf. n. 438.* huc forfitan pertineat? Iudicet Ipfe aestumatifl. fautor.

Flor. Germ. p. 195. n. 5. Sedum rupestre.

S. foliis subulatis quinquefariam confertis basi solutis, floribus corymbosis. *Linn. Syft. Plant. T. 2. p. 383 Nonne Erford. p. 195. n. 2. Plan. Erford. p. 129. Scop. Carn. ed. 2. n. 557.*

Sedum foliis teretibus in spinulam terminatis umbella sparsa. *Boehm. Lips. n. 413. auctoritate Celeber. Schreberi.*

S. minus luteum, folio acuto? Hoppe Flor. Ger. p. 74.

Differt ab antecedente 1. *Caule* adscendente, minus ramoso. 2. *Foliis* subulatis, approximatis; in furculis annotinis imbricatis. 3. *Floribus* in Cymam congestis.

Flor. Germ. p. 195. n. 6. Sedum album.

S. foliis oblongis obtusis teretiufculis sessilibus patentibus, cyma ramosa. *Linn. Syft. Plant. T. 2. p. 383. Jacq Vind. p. 78. Nonne Erford. p. 195. n. 3. Plan. Erford. p. 130.*

S. foliis teretibus, compressis, acutis, cyma trifida, floribus pedunculatis. *Scop. Carn. ed. 1. p. 491. ed. 2. n. 556.*

S. foliis cylindricis, obtusis, sessilibus, patentibus, panicula ramosa. *Hall. Goett. p. 171. Zinn. Goett. p. 171.*

S. minus teretifolium album. C. Bauh. pin. p. 282. Bergen Flor. Francos. p. 129. n. 10. Dill. Gies. p. 133. Hoppe Flor. Ger. p. 133. Rupp. Jen. p. 128.

S. minus offic. Volck Norimb. p. 346.

S. minus, folio longiusculo tereti, flore albo. Job. Bauh. hist. 3. p. 690.

Caules erectiusculi, palmares et longiores, superne ramosi. *Folia* sparsa, teretia, obtusa, carnosa, glabra, approximata, patentia. *Flores* albi, pedunculati, alterni, erecti, in cymam terminalem ramosam digesti.

Flor. Germ. p. 195. n. 7. *Sedum acre.*

S. foliis subovatis adnato-fessilibus gibbis erectiusculis alternis, cyma trifida. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 384. Doerr. Nass. p. 211. Jacq. Vind. p. 78. Nonne Erford. p. 195. n. 4. Plan. Erford. p. 130. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 306. Weigel Flor. Pom. n. 289. Wulke Flor. Gryph. n. 239.*

S. acre, foliis conicis confertissimis, floribus in summis alis fessilibus luteis. *Hall. Goett. p. 135. Boehm. Lips. p. 410. Zinn. Goett. p. 171.*

S. paruum acre, flore luteo. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 694. Bergen Flor. Francof. p. 148. n. 7. Buxb. Halens. p. 299. Dill. Gies. p. 88. Hoppe Flor. Ger. p. 74. Rupp. Ien. p. 128.*

S. Vermicularis officinarum dictum, luteum. *Volk. Norimb. p. 347.*

Semperivium minus vermiculatum acre. *C. Bauh. pin. p. 283.*

Caules plurimi ex una radice in cespitem densum dispositi, semidigitales et paulo maiores, basi decumbentes, ramosi, teretes. Folia sparsa, sessilia, approximata, ex subrotundo-ovata, obrusa, brevia, compressiuscula, carnosa, basi soluta, glabra. Flores in cymam terminalem trifidam dispositi, sursum spectantes, sessiles, alterni, flavi. Calyx flavus: foliolis trigonis, obtusis.

Flor. Germ. p. 195. n. 8. *Sedum sexangulare.*

S. foliis subovatis adnato-fessilibus, gibbis erectiusculis sexfariam imbricatis. *Linn. Syst. Plant. Tom. 2. p. 384. Nonne Erford. p. 195. n. 5. Plan. Erford. p. 130. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 307.*

S. foliis teretibus, obtusis, patulis; cyma trifida, floribus solitariis. *Scop. Carn. ed. 1. p. 491. n. 4. ed. 2. n. 558.*

S. foliis conicis, floribus in alis fessilibus, maioribus, luteis. *Boehm. Lips. n. 411.*

S. minimum luteum non acre? *Bergen Flor. Francof. pag. 149. n. 8. Buxb. Halens. p. 299. Dill. Gies. p. 142. Rupp. Ien. p. 128. Volckam. Norimb. p. 347. Hoppe Flor. Ger. pag. 74.*

Semperuium minus vermiculatum inspidum? C. Bauh.
pin. p. 284.

Differt ab antecedente 1. *Caulibus* paucioribus ex una radice, minus caespitosis, minusque ramosis, paulo maioribus, sexfariam densequae foliis imbricatis, evidentissime in furculis sterilibus pro futuro anno. 2. *Foliis* angustioribus, teretiusculis. 3. *Floribus* paulo maioribus, paucioribus in Cymae ramulis, duobus vel tribus. 4. *Calycis foliolis* oblongis, linearibus.

Variat *Staminibus* octo ad duodecim.

Obseru. *Sedum minimum luteum non acre* Joh. Bauhini hist. 3. p. 695. cum citatis auctoribus germanicis et *Semperuium minus vermiculatum inspidum* C. Bauhini l. c. tanquam synonyma dubia huic speciei adscripti, ad mentem plurimorum auctorum botanicorum. Miror autem sane, neque Ioannem neque Casparum Bauhinum, si *Sedum sexangulare* viderint indigitare, foliorum dispositionis singularis atque notatu dignissimae, quae in *Sedo sexangulari* obseruatur, nullam fecisse mentionem. E contrario dicit Joh. Bauhinus l. c. „*Sedi sui non acris* flores „similes esse *Sedo acris* forma, quantitate et colore „luteo, positi tamen differentes; non enim *Sedi* „*acris* modo umbellam siue Capitulum constituere, „sed deinceps ab vncialibus aut longioribus coliculorum adnatis vtrinque alterno situ exire“. In *Sedo sexangulari* flores in Cymam dispositi: ramulis vix semiuncialibus, bi- seu trifloris, qui in *Sedo saxatili* sparsi in ramis minusque cymosi obseruantur. Hinc iure suspicor, *Sedum Iohannis* et *Caspari Bauhini* supra propositum ad *Sedum saxatile* potius, quam ad *S. sexangulare* pertinere.

Flor. Germ. p. 196. n. 9. *Sedum villosum*.

S. caule erecto, foliis planiusculis pedunculisque subuillo-
sosis. Linn. Syst. Plant. Tom. 2. p. 385. Doerr. Nass. pag.
211. Elwert Flor. Marggr. Baruthin. p. 13.

S. palustre subhirsutum purpureum. *C. Bauh.* pin. p. 283. *Bergen Flor Francof.* p. 149. n. 11. *Dill. Gies.* p. 84. *Hoppe Flor. Ger.* p. 74. *Rupp. Ien.* p. 128.

S. paruum palustre, flore incarnato. *Volk.* Norimb. p. 347.

S. purpureum pratense. *Ioh Bauh.* hist. 3. p. 692. (figura bona, at plantam glabram representat).

Caulis erectus, digitalis et maior, basi incuruus, teres, subvillosus, punctis purpureis adpersus. *Folia* alterna, sessilia, villosa et subvillosa. ex tereti plani scula, carnosia: *inferiora* ovata; *superiora* linearia. obtusa. *Flores* pedunculati, alteroi, solitarii, erecti, in cynam dispositi, purpurascetes. *Calyx* cum *Pedunculo* villosus-viscidus.

Observ. I. Seda fere omnia difficillime siccantur; Folia enim caulis floriferi semper fere dimitunt, aut furculi, etiam sicissimo loco, longius exerecunt et habitum praeternaturalem induunt.

Observ. II. *Linne* minori cum iure *Semperuivum* a *Sedo* remouit, ob stamina plerumque duodecim totidemque Pistilla. At in *Sedis* staminum et Pistillorum numerus maxime variabilis et non raro duodenarius obseruatur.

S P E R G V L A.

Flor. Germ. p. 195. n. 1. *Spergula aruensis.*

S. foliis verticillatis, floribus decandris. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 403. *Doerr.* Nass. p. 224. *Plan.* Erford. p. 131. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 308. *Weig.* Fl. Pom. n. 300. *Wilke* Flor. Gryph. n. 247.

Spergula. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 722. *Buxb.* Hal. p. 309. *Dill.* Gies. p. 79. *Volk.* Norimb. p. 368.

Alfinae foliis verticillatis, petiolis ramosis, petalis integris. *Hall.* Goett. p. 159. *Boehm.* Lips. n. 380. *Nonne* Erford. p. 184. n. 6. *Zinn.* Goett. p. 186.

Alfinae spergula dicta maior. *C. Bauh.* pin. p. 251. *Berg.* Fl. Francof. p. 134. n. 9.

Arenaria aruensis vulgatior. *Rupp.* Ien. p. 112. *Hoppe* Fl. Ger. p. 65.

Cau-

Caules plures ex vna radice, erecti, ramosi, palmares et longiores, teretes, nodosi, pubescentes. *Folia* verticillata. ad viginti in quouis verticillo, linearia, subulata, sulcata, glabra. *Stipulae* membranaceae. breues. *Flores* paniculati, terminales, pedunculati, albi. *Semina* rotunda, nigra, absque margine.

Flor. Germ. p. 196. n. 2. *Spergula pentandra*.

S. foliis verticillatis, floribus pentandris. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 404. Elwert Flor. Marggrau. Baruthin. p. 13.*

Alfne marginata foliis verticillatis, feminibus marginatis. *Schreber Spic. Fl. Lips. p. 31.*

Stellaria pentandra. Scop. Carn. ed. 2. n. 543.

Caulis digitalis et maior, simpliciusculus, erectus, tenerior quam in antecedente. *Folia* fetacea sena vel octona in quouis verticillo multiplo breuiora. *Panicula* pauciflora. *Stipulae* sub quouis verticillo duae, exiguae, obtusae, membranaceae. *Flores* minores quam in antecedente, pentandri. *Semina* nigra, rotunda, subcompressa, margine albido membranaceo circumdata.

Obferu. Euidenter differt ab antecedente: 1 Partibus omnibus minoribus 2. *Foliis* paucioribus in quouis verticillo, fetaceis. 3. *Floribus* pentandris. 4. *Seminibus* albo-marginatis. Sed quaenam differentia existat inter *Arenariam mediam* et *Spergulam pentandram*? *Alfne* tenuifoliam vernam, flore albo, femine foliaceo cincto *Rupp. Fl. Ien. p. 113* ad *Sperg. pentandram* trahit *Celeber. Schreberus l. c. Linne* autem cum plerisque auctoribus botanicis ad *Arenariam mediam* cum *Spergula* annua, femine foliaceo nigro, circulo membranaceo albo cincto *Dill. Gies. p. 46.* referunt.

Flor Germ. p. 196. n. 3. *Spergula nodosa*.

S. foliis oppositis subulatis laeuibus, caulibus simplicibus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 404. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 309. Weigel Flor. Pom. n. 301. Wilke Flor. Gryph. n. 248.*

S. minor foliis Knawel, flore maiusculo albo. *Dill. Gies. p. 156.*

S. palustris. *Buxb.* Hal. p. 310.

Alfne foliis oppositis, linearibus, petiolis simplicibus, petalis integris. *Boehm.* Lips. n. 382.

Alfne foliis fasciculatis, petiolis simplicibus, petalis integris. *Hall.* Goett. p. 158. *Zinn.* Goett. p. 185.

Alfne nodosa germanica. *C. Bauh.* pin. p. 251. prodr. p. 118.

Arenaria. *Foh. Bauh.* hist. 3. p. 720.

Arenaria palustris. *Rupp.* Ien. p. 112. *Hoppe* Flor. Ger. p. 65.

Stellaria nodosa. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 545.

Caules plures ex vna radice, erectiusculi, tenues; simplices, teretes, nodosi, glabri. *Folia* glabra, linearia, acuminata, compressa, rigidiuscula: *radicalia* in cespitem congesta; *caulina* opposita, connato-fessilia, breuiora. In alis foliorum fasciculus foliolorum seu ramorum rudimentum. *Flores* albi, magni, axillares et terminales, solitarii, longe pedunculati.

Flor. Germ. p. 197. n. 4. *Spergula Saginoides.*

S. foliis oppositis, linearibus. laeuibus; pedunculis solitariis longissimis, caule repente. *Linn.* Syst. Plant T. 2. p. 404.

Caules plures ex vna radice, procumbentes, diffusi in cespitem dispositi. *Folia* opposita, ad genicula fasciculata, linearia, carnosa, aristata, pilis adpersa, basi membranacea, vaginantia. *Pedunculi* terminales, solitarii, unciales, sesquiunciales et paulo longiores, nudi, pilosi, superne incrassati, purpurascens, florescentiae tempore apice deflexi, flore cernuo; *fructiferi* erecti. *Flores* albi. *Calycis foliola* pilis adpersa, margine albo, membranaceo, pellucido cincta. *Petala* calyce vix longiora. *Styli* quinque hirsutissimi. *Capsula* apice quinquefariam dehiscens. *Semina* oblonga, anguosa, superne margine crenulato coronata.

Obseru. I. Simillima *Saginae procumbenti*, vt facile cum illa confundatur. Primo intuitu autem distinguitur *Spergula Saginoides* Floribus maioribus, albis et Capsulis apice quinquefariam dehiscens.

Obseru. II. Celeber. *Oederi* Icon Flor. Dan. Tab. 12. minus conuenit cum nostra planta, in ducatu *Oldenburgico*

eo copiosissime obseruata, quae errore quodam in Flor. Germanica *Spergulae Saginoidi* adscripta est et *Stellariam bifloram* representare debet. Pedunculi enim in *Spergula Saginoide* pilosi quidem, sed foliis bracteisque destituti sunt, ratione plantae longissimi.

C E R A S T I V M.

* *Capsulis oblongis.*

Flor. Germ. p. 197. n. 1. *Cerastium vulgatum.*

C. foliis ouatis, petalis calyci aequalibus, caulibus diffusis, *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 368. Doerr. Nass. p. 72. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 310. Weig. Fl. Pom. n. 295. Wilke Fl. Gryph. n. 244.*

G. floribus decantheris, calyci aequalibus. *Boehm. Lipf. n. 387.*

C. hirsutum maius paruo flore. *Dill. Gies. p. 48.*

Alfina hirsuta magno flore. *C. Bauh. pin. p. 251.*

Alfina hirsuta maior, foliis subrotundis dilute virentibus, *Volck. Norimb. p. 20. Buxb. Halens. p. 17.*

Alfina hirsuta vasculo corniculato, flore minore. *Rupp. Ien. p. 111.*

Auricula muris quorundam, flore paruo, vasculo tenui longo. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 359.*

Myofotis foliis ouatis, acuminatis, flore calyce aequali. *Hall. Goett. p. 157.*

Myofotis aruensis hirsuta paruo flore. *Bergen Flor. Francof. p. 136. n. 2.*

Caules plures plerumque ex vna radice, basi decumbentes, tunc erecti, palmares et maiores, teretes, vndique pilosi, superni diuisi. *Folia radicalia* in orbem congesta, ouata, in petiolum decurrentia; *caulina* opposita, connato-fessilia, oboualia, obtusa, basi attenuata; *superiora* ligulata: omnia integerrima, vtrinque villosa. *Flores* in dichotomia ramorum solitarii, ad caulis ramorumque apicem iuniores conferti, adultiores et fructiferi sparsi; omnes pedunculati, erecti, post florescentiam decurui; *Capsula* autem matura iterum erecta, fere cylindrica, apice

pice curviuscula, decemariam dehiscens, calyce duplo longior, *Calyx* villosus. *Petalis* vix calyce longiora, fere ad medium vique bifida.

Variat *Caule* semipedali et altiore; *Foliis caulinis* ligulatis.

Flor. Germ. p. 197. n. 2. *Cerastium viscosum*.

C. erectum, villoso viscosum *Linn. Syft. Plant. T. 2. p. 399. Doerr. Nass. p. 73. Jacq. Vind. p. 79. Nonne Erf. rd. p. 186. n. 2. Plan. Erford. p. 131. Weigel Fl. Pom. n. 296. Wilke Fl. Gryph. n. 245.*

C. Myofotis viscosa, foliis ovatis. *Zinn. Goett. p. 188.*

C. hirsutum, viscosum. *Dill. Gies. p. 41.*

Alfina hirsuta altera viscosa. *C. Bauh. pin. p. 251.*

Myofotis viscosa foliis ovatis. *Hall. Gött. p. 157. Rupp. Ien. p. 111.*

Myofotis hirsuta altera viscosa. Bergen Flor. Francof. p. 136. n. 4.

Differt ab antecedenti partibus omnibus duplo saltem minoribus. *velis* capitatis praeditis, viscidis. *Foliis* crassioribus. *Calycis foliolis* margine magis ex albido - membranaceis. *Petalis* calyce brevioribus.

Flor. Germ. p. 197. n. 3. *Cerastium semidesandrum*.

C. floribus pentandris, petalis emarginatis. *Linn. Syft. Plant. T. 2. p. 399. Boehm. Lips. n. 38. Nonne Erford. p. 186. n. 3. Plan. Erford. p. 131. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 311. Weig. Fl. Pom. n. 297. Wilke Flor. Gryph. n. 246.*

C. Myofotis floribus pentandris, petalis emarginatis. *Zinn. Gött. p. 187.*

C. hirsutum minus; flore paruo. *Dill. Gies. p. 80.*

Alfina hirsuta, vasculo longiore minima. *Rupp. Ien. p. 111.*

Alfina hirsuta minor. *C. Bauh. pin. p. 251. Buxb. Hal. p. 17. Volck. Norimb. p. 21.*

Centunculus pentander. Scop. Carn. ed. 2. n. 549.

Myofotis exigua pentastemon. Hall. Goett. p. 157.

Myosotis hirsuta minor. *Bergen* Flor. Francof. p. 136.
n. 3.

Caulis primo vere florens semiuncialis vel uncialis demum ad digitalem fere magnitudinem excrefcens, erectus, pubescens. *Folia radicalia* in orbem digesta, ovalia, in petiolum longiorem basi amplexicaulem desinentia: *caulina* opposita, ovata, connato-fessilia: *omnia* villosa, scabriuscula, lacte viridia, integerrima. *Flores* nonnulli, axillares in dichotomia ramorum et terminales, solitarii; *pedunculis* simplicibus, erectis, etiam fructiferis. *Calycis foliola* lineari-subulata, dorso viridia, villosiuscula, margine alba, nitidissima. *Petala* alba, obtusa, bifida, calyce breviora. *Stamina quinque alterna* antherifera; alterna quinque sterilia. *Styli* quinque.

Variat Floribus decandris.

Obferu. In nostris speciminibus *Stamina quinque* tantum perfecta, cum *Stylis quinque*. *Scopoli* et *Wiggerfius* *Stamina* decem numerant et *Hallerus* *Stylos* tantum tres.

Flor. Germ. p. 198. 4. *Cerastium aruense*.

G. foliis lineari-lanceolatis obtusis glabris, corollis calyce maioribus. *Linn* Syst. Plant. T. 2. p. 400. *Boehm.* Lipf. n. 386. *Doerr.* Nass. p. 73. *Iacq.* Vind. p. 79. *Nonne* Erf. p. 185 n. 1. *Plan.* Erford. p. 131. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 312. *Weig.* Fl. Pom. n. 298.

C. *Myosotis* foliis oblongis obtusis, petalis calyce maioribus. *Zinn.* Goett. p. 187.

C. hirsutum flore magno. *Dill.* Gief. p. 46.

Alfne hirsuta, magno flore, vasculo corniculato. *Rupp.* Ien. p. 111. *Hoppe* Flor. Ger. p. 64. *Buxb.* Halenf. p. 17.

Alfne holostea aruensis hirsuta, flore maiore. *Volck.* Norimb. p. 21.

Auricula muris pulchro flore albo. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 360.

Caryophyllus aruensis hirsutus, flore maiore. *C. Bauh.* pin. p. 210.

Centunculus aruensis. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 548.

Myosotis foliis oblongis obtusis, petalis calyce maioribus. *Hall.* Goett. p. 156.

Myosotis aruensis subhirsuta, flore maiore. *Bergen. Flor. Francof.* p. 135. n. 1.

Caules plures ex vna radice, decumbentes, in cespitem congesti, subpilosi, basi rubelli; *floriferi* ascendentes, erecti, superne dichotomi, palmares et maiores. *Folia* opposita, cum fasciculo foliorum iuniorum in alis, connato-fessilia, lineari-lanceolata, obtusa, integerrima, vtrinque pubescentia. *Flores* terminales et in dichotomia caulis, pedunculati. *Petala* alba, bifida, obtusa, calyce duplo longiora. *Capsula* oblonga, apice incurua.

* * *Capsulis subrotundis.*

Omiss. in *Flor. Germ. Cerastium repens.*

C. foliis lanceolatis, pedunculis ramosis, capsulis subrotundis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 401.*

Alfne incana, vasculo longiori, alpina, repens. *Hoppe Fl. Ger. p. 65.*

Lychnis incana repens. *C. Bauh. pin. p. 206.*

Stellaria repens. *Scop. Carn. ed. 2. n. 547.*

Mea planta similis antecedenti et differt tantummodo 1. *Caulibus* longioribus, tenuioribus, debilioribus. 2. *Foliis* lineari-lanceolatis, acuminatis, remotioribus, plerumque in caulibus sterilibus secundis. 3. *Pedunculo communi* solitario, sub caulis apice ex ala folii, digito longiore saepe, nudo solitque destituito, apice diuiso, quinque seu sexfloro; *pedunculis* dichotomis. 4. *Bracteis* ad pedunculorum dichotomiam duabus, oppositis amplexicaulibus, calycis foliolis aequalibus. 5. *Petalis* paulo profundius bifidis. 6. *Capsula* subrotunda.

Flor. Germ. p. 198. n. 5. Cerastium suffruticosum.

C. caule perenni procumbente, foliis lineari-lanceolatis, subhirsutis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 401. Cel. Gmelin in Enum. stirp. Tubing. p. 133. plantam a me nondum obseruatam ita describit: Caulis* hirtus, dichotomus. *Folia* ad marginem et costae dorsum pilloso-ciliata, connata. *Styli* quinque. *Petala* emarginata, calycis foliolis maiora. *Capsula* subrotunda.

Flor. Germ. p. 198. n. 6. *Cerastium aquaticum*.

C. foliis cordatis sessilibus, floribus solitariis fructibus pendulis. *Lim. Syst. Plant. T. 2 p. 402. Doerr. Nass. p. 74. Jacq. Vind. p. 79. Plan. Erford. p. 131. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 313. Weig. Fl. Pom. n. 299.*

Alfene foliis cordatis, floribus pentagynis. *Boehm. Lipf. n. 377.*

Alfene foliis cordatis, petalis bipartitis. *Hall. Goett. p. 158.*

Alfene aquatica maior, caule rigido fragili. *Dill. Gies. p. 155.*

Alfene maxima solarifolia. *Bergen Flor. Francof. p. 133. n. 5.*

Alfene aquatica maior. *C. Bauh. pin. p. 250. Bergen Fl. Francof. p. 133. n. 6. Buxb. Halens. p. 17.*

Alfene altissima nemorum. *Rupp. Ien. p. 109. Volck. Norimb. p. 20.*

Alfene maior repens perennis. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 362.*

Stellaria aquatica. Scop. Carn. ed. 2. n. 546.

Similis planta *Stellariae nemorum* Flor. Germ. p. 190. n. 1. cum qua facile confunditur. Differt autem 1. *Caulibus* altioribus, ramosioribus, diuaticatis, superne tantum villoso-subulcidis. 2. *Foliis radicalibus et caulinis infimis* in petiolum brevioribus decurrentibus; *reliquis* cordatis, sessilibus, amplexicaulibus, ex ovato-lanceolatis; *omnibus* lacte viridibus, subundulatis. 3. *Pedunculis* axillaribus et terminalibus solitariis, post florescentiam retractis. 5. *Petalis* ad basin usque bipartitis. 6. *Stylis* quinque. 7. *Capsula* subrotunda, quinquefariam apice dehiscente.

A G R O S T E M M A.

Flor. Germ. p. 198. n. 1. *Agrostemma Githago*.

A. hirsuta, calycibus corollam aequantibus, petalis integris nudis. *Lim. Syst. Plant. T. 2. p. 393. Jacq. Vind. p. 79. Doerr. Nass. p. 36. Nonne Erford. p. 186. Plan. Erford. p. 130. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 314. Weig. Fl. Pom. n. 291. Wilke Fl. Gryph. n. 241.*

Lychnis Agrostema hirsuta, calycibus corollam aequantibus, petalis integris nudis. *Zinn. Goett.* p. 192.

Lychnis Gibbago floribus pentagynis, petalis nudis calyce brevioribus. *Scop. Carn. ed. 1.* p. 505. n. 9. *ed. 2.* n. 527.

Lychnis calycis laciniis petalorum longitudinem superantibus. *Hall. Goett.* p. 153. *Boehm. Lipl.* n. 396.

Lychnis segetum maior. *C. Bauh. pin.* p. 204. *Bergen Fl. Francof.* p. 194. n. 1. *Buxb. Halens.* p. 199. *Dill. Gief.* p. 103. *Hoppe Flor. Ger.* p. 67. *Rupp. len.* p. 115. *Volck. Norimb.* p. 266.

Pseudomelanthium. *Ioh. Bauh. hist.* 3. p. 341.

Caulis erectus, bi- seu tripedalis, teres, pilosus, scaber, superne dichotomus. *Folia* opposita, connato-sessilia, linearia, subulata, integerrima, villosa-scabriuscula. *Flores* terminales, solitarii, longe pedunculati, rubri, speciosi. *Calyx* durus, pilosus, quinquepartitus; *segmentis* lineari-lanceolatis, vix corolla longioribus. *Petala* integra.

Variat 1. *Calyce* Corollam longitudine superante

2. *Petalis* laeviter emarginatis.

Flor. Germ. p. 199. n. 2. *Agrostemma Flos Iouis.*

A. tomentosa, petalis emarginatis. *Linn. Syst. Plant. T.* 2. p. 394.

Lychnis coronaria sylvestris. *C. Bauh. pin.* p. 204.

Pollich palat. n. 437. ita plantam descripsit. *Radix* crassa, fibrosa. *Caulis* erectus, cubitalis, superne dichotomus, teres, mollis, albo tomento obfusus. *Folia* opposita, connato-sessilia, ovato-lanceolata, integerrima, erecto-adpressa, vbiq. mollia, tomento albo obfusa. *Flores* ex apice ac dichotomia solitarii, speciosi, purpurei. *Calyx* coriaceus, decangulus, quinquedentatus, albus, tomentosus. *Petala* obtusa, apice incisura semicirculari emarginata, ad faucem denticulis acutis, conniuentibus coronata.

L Y C H N I S.

* *Capsulis unilocularibus.*

Flor. Germ. p. 199. n. 1. *Lychnis Flos Cuculi.*

L. pe-

L. petalis quadrifidis, fructu subrotundo. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 395. Doerr. Nass. p. 145. Jacq. Vind. p. 79. Nonne Erford. p. 187. n. 2. Plan. Erford. p. 130. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 315. Weigel Flor. Pom. n. 292. Wilke Flor. Gryph. n. 242.*

L. petalis quadrifidis longissimis, fructu subrotundo. *Zinn. Goett. p. 193.*

L. petalis quadrifidis longissimis. *Hall. Goett. p. 153. Boehm. Lipf. n. 391.*

L. floribus pentagynis; petalis laciniatis. *Scop. Carn. ed. 1. p. 504. n. 8. ed. 2. n. 528.*

L. pratensis, flore laciniato simplici. *Berg. Flor. Francof. p. 194. n. 5. Buxb. Halensf. p. 200. Dill. Gief. p. 69. Hoppe Flor. Ger. p. 66. Rupp. Ien. p. 116.*

L. plumarina, sylvestris, simplex. *Volck. Norimb. p. 267.*

Caryophyllus pratensis, flore laciniato simplici, siue flos Cuculi. *C. Bauh. pin. p. 210.*

Flos Cuculi *Odontites* quibusdam. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 347.*

Caules plures ex vna radice, erecti, pedales et altiores, sulcati, scabri, superne diuisi. *Folia* lanceolata, acuminata, integerrima, glabra: *radicalia* in orbem congesta; *caulina* opposita, connato-festilia. *Flores* terminales et axillares in ramorum dichotomia, solitarii, spectabiles, purpurei. *Calyx* rubellus, scaber. *Petala* profunde bifida; *laciniis* iterum bifidis, hinc quadrifida, fauce dentata. *Capsula* subrotunda, unilocularis.

Variat 1. *Flore* albo.

Lychnis pratensis flore laciniato, simplici albo. *Bergen Flor. Francof. p. 195. n. 6. Buxb. Halensf. p. 201. Hall. l. c. β.*

2. *Flore* pleno.

Lychnis pratensis flore laciniato pleno, ampliore, purpureo. *Buxb. Halensf. p. 201.*

Flor. Germ. p. 199. n. 2. Lychnis dioica.

L. floribus dioicis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 397. Doerr. Nass. p. 145. Jacq. Vind. p. 79. Scop. Carn. ed. 2. n. 530. Flor. Germ. Vol. II, P. I, K k Timm*

Timm prodr. Flor. Megapol. n. 317. Verzeichn. der Pflanzen, welche nach der Anzahl und Beschaffenh. ihrer Geschlechtsth. nicht in den gehoer. Class. und Ordn. des Linn. Syst. stehen pag. 150.

α. sylvestris.

Lychnis sexu distincta, foliis ovatis acutis. *Hall.* Goett. p. 153. *Boehm.* Lipl. n. 392. *Zinn.* Goett. p. 192.

L. dioica α. rubra. *Weig.* Flor. Pom. n. 294. *Wilke* Fl. Gryph. n. 243.

L. sylvestris siue *aquatica* purpurea simplex. *C. Bauh.* pin. p. 204. *Berg.* Fl. Francof. p. 194. n. 2. *Buxb.* Halens. p. 198. *Dill.* Giesl. p. 69. *Hoppe* Fl. Ger. p. 66. *Rupp.* Ien. p. 115. *Pollich* palat. n. 440. β.

L. sylvestris flore rubro. *Volck* Norimb. p. 268.

β. arvensis.

Lychnis dioica β. alba. *Weig.* Fl. Pom. n. 294. *Wilke* Flor. Gryph. n. 243.

Lychnis - - - *Boehm.* Lipl. n. 393.

Lychnis sylvestris alba simplex. *C. Bauh.* pin. p. 204. *Berg.* Fl. Francof. p. 194. n. 3. *Buxb.* Halens. p. 199. *Hall.* Goett. p. 154. β. *Leyff.* Hal. n. 455. β. *Rupp.* Ien. p. 115. *Volck.* Norimb. p. 267.

Caulis bipedalis et maior erectus, striatus, pilosus. *Folia* utrinque villosa, integerrima: *radicalia* in orbem congesta, ovata, in petiolum decurrentia: *caulina* opposita, connato-fessilia. *Flores* terminales et in ramorum dichotomia solitarii, breviter pedunculati, purpurei, subnutantes, masculi et foeminei in diversâ planta. *Petala* emarginata. *Calyx* in foeminea planta, ovatus, ventricosus; in mascula oblongus. *Capsula* unilocularis.

α. sylvestris.

Caulis pilosus, scaber. *Folia* pilosa: *caulina* ovata, acuminata; *superiora* ovato-lanceolata. *Flores* purpurei. *Styli* villis subcapitatis adspersi.

β. arvensis.

Caulis maior plerumque, villosus, incanus, mollis. *Folia* villosa, incana, mollia: *caulina* lanceolata. *Flores* albi, duplo tere maiores quam in *α. sylvestri.* *Styli* glabri.

γ. *hermaphrodita*.

Differt Floribus hermaphroditis.

* * *Capsulis quinquelocularibus.*

Flor. Ger. p. 199. n. 3. *Lychnis quadridentata*.

L. petalis quadridentatis, caule dichotomo, foliis glabris recurvis. *Linm. Syft. Plant. T. 2. p. 196.*

L. floribus trigynis; petalis quadrilobis, foliis linearibus. *Scop. Carn. ed. 1. p. 504. n. 7. ed. 2. n. 519.*

L. viscosa angustifolia maior. *C. Bauh. pin. p. 204.*

L. viscosa alba, angustifolia maior. *Buxb. Halensf. p. 200.*

L. sylvestris glabra maior angustifolia viscosa, alba, petalis quinis, singulis quinquefariam laciniatis. *Knauth Hal. p. 50.*

L. repens, folio viridi, flore albo Clusii? *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 358.*

Silene quadrifida petalis quadrifidis, caule dichotomo. *Jacq. Vind. p. 77. Gmel. Tubing. p. 127.*

Caulis erectus, dichotomus. Folia linearia, glabra, obtusa, recurva. Flores terminales, solitarii, pedunculati, albi. Petala quadripartita. Styli quatuor seu quinque, rarius tres. Capsula vnilocularis?

Flor. Germ. p. 200. n. 4. *Lychnis Viscaria*.

L. petalis integris. *Linm. Syft. Plant. T. 2. p. 396. Jacq. Vind. p. 79. Nonne Erford. p. 187. n. 1. Plan. Erford. p. 131. Scop. Carn. ed. 2. n. 529. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 316. Weigel Flor. Pom. n. 293.*

L. petalis integris, fructu quinqueloculari. *Zinn. Goett. p. 193.*

L. pentastyla, internodiis caulis viscosis. *Boehm. Lipsf. n. 390.*

L. sylvestris viscosa, rubra, angustifolia. *C. Bauh. pin. p. 205. Buxb. Halensf. p. 200. Dill. Giesf. p. 69.*

Viscago fructu quinqueloculari. Hall. Gött. p. 148.

Viscaria. Rupp. Ien. p. 126.

Odontidi siue Flori Cuculi affinis, *Lychnis sylvestris*. *Ioh. Bauh. hist.* 3. p. 348.

Caulis erectus, pedalis et maior, simplex, geniculatus, glaber, superne diuifus et ad genicula viscidus. *Folia* lanceolata, acuminata, opposita, connato-fessilia, basi ciliata: *floralia* rubro-colorata. *Flores* in racenum terminalem dispositi, purpurei. *Pedunculi* oppositi, plerumque triflori. *Petala* obtusa, integra, margine subundulata. *Calyx* decemfstriatus.

Variat *Flore* albo. *Elwert Flor. Marggrav. Baruth.* p. 13.

O X A L I S.

Flor. Germ. p. 200. n. 1. *Oxalis Acetosella*.

O. scapo vnifloro, foliis ternatis obcordatis, radice dentata. *Linn. Syst. Plant. T. 2.* p. 388. *Doerr. Nass.* p. 169. *Iacq. Vind.* p. 80. *Plan. Erford.* p. 130. *Timm prodr. Flor. Megapol.* n. 318. *Weigel Flor. Pom.* n. 209. *Wilke Flor. Gryph.* n. 240.

O. scapo vnifloro, foliis ternatis, radice squamoso-articulata. *Zinn. Goett.* p. 173.

Oxys Acetosella. *Scop. Carn. ed. 2.* n. 561.

Oxys scapo vnifloro, radice squamosa, articulata. *Boehm. Lipf.* n. 70.

Oxys scapo vnifloro, foliis ternatis, radice squamosa, articulata. *Hall. Goett.* p. 145.

Oxys flore albo. *Bergen Flor. Francof.* p. 47. n. 1. *Dill. Gies.* p. 43.

Oxys, siue *Trifolium acidum*, flore albo. *Ioh. Bauh. hist.* 2. p. 387.

Acetosella et *Liniula* siue *Alleluia* offic. *Buxb. Halens.* pag. 5. *Volck. Norimb.* p. 9.

Acetosella vulgaris et officin. *Rupp. Ien.* p. 127. *Hoppe Flor. Ger.* p. 73.

Trifolium acetosum vulgare. *C. Bauh. pin.* p. 330.

Radix squamis carnofis imbricata. *Folia* ternata: *foliola* in petiolo communi subtereti pubescente subfessilia, refracta, emarginata, obcordata, subtus pubescentia. *Pedunculi* radicales, tere-

teretes, pubescentes, uniflori. *Flos* nutans, albus, venis purpurascens pictus. *Petala* obtusa, emarginata. *Filamenta* distincta.

Variat *Flore* purpurascente.

Oxys flore purpurascente. *Bergen* Flor. Francof. p. 47. n. 2.

Flor. Germ. p. 200. n. 2. *Oxalis corniculata*.

O. pedunculis umbelliferis, caule ramoso diffuso. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 392. *Doerr.* Nass. p. 170. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 319.

Oxys corniculata. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 562.

Oxys caule ramoso, pedunculis plerumque bifloris. *Boehm.* Lips. n. 71.

Oxys lutea. *Joh. Bauh.* hist. 2. p. 388. *Bergen* Flor. Francof. p. 48. n. 3. *Dill.* Gief. p. 127.

Acetofella flore luteo, capsula corniculata. *Rupp.* Ien. p. 127. *Hoppe* Flor. Ger. p. 74.

Acetofella flore luteo. *Buxb.* Halens. p. 5.

Acetofella filiquosa lutea. *Votck.* Norimb. p. 9.

Trifolium acetosum corniculatum. *C. Bauh.* pin. p. 330.

Radix fibrosa. *Caulis* erectus, teres, glaber, ramosus, palmaris et maior. *Folia* alterna, aut opposita, longe petiolata, ternata: *foliola* emarginata, obcordata, refracta, vtrinque glabra. *Pedunculi* ex alis foliorum solitarii, tri- seu quadriflori. *Flores* lutei, striis nigricantibus picti, pedicellati. *Petala* ovata, integra, obtusa. *Filamenta* in membranam germen involuentem coalita.

Observ. In Germania semper fere planta observatur erecta, non decumbens.

 CLASSIS XI.

D O D E C A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

A S A R V M.

Flor. Germ. p. 202. *Afarum europaeum.*

A. foliis reniformibus, obtusis, binis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 411. Doerr. Nass. p. 52. Jacq. Vind. p. 80. Nonne Erford. p. 271. Plan. Erford. p. 133. Scop. Carn. ed. 2. n. 563. Zinn. Goett. p. 53.*

Afarum. C. Bauh. pin. p. 197. Ioh. Bauh. hist. 3. p. 548. Bergen Flor. Francof. p. 290. Buxb. Halens. p. 28. Dill. Gief. p. 36. Hall. Goett. p. 38. Volk. Norimb. p. 47.

A. Dioscoridis et officinarum. *Rupp. Ien. p. 62. Hoppe Flor. Ger. p. 35.*

Radix repens. Caulis brevis hirsutus. Folia duo, reniformia, orbicularia, longe petiolata, coriacea, nitida, subtus pallidiora, glabra, reticulata, integerrima. Flos radicalis; pedunculo semiunciali insidens, erectus, trifidus, extus villosus, e viridi ruber, intus atropurpureus, germiini insidens. Stylus sexfidus.

P O R T U L A C A.

Flor. Germ. p. 202. *Portulaca oleracea.*

P. foliis cuneiformibus, floribus sessilibus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 423. Doerr. Nass. p. 184. Jacq. Vind. p. 80. Scop. Carn. ed. 2. n. 564. Zinn. Goett. p. 167.*

P. foliis cuneiformibus sessilibus. *Hall. Goett. p. 125. Boehm. Lipf. n. 885.*

P. angustifolia sylvestris. *C. Bauh. pin. p. 288. Bergen Flor. Francof. p. 132. n. 1. Buxb. Hal. p. 268. Dill. Gief. p. 163. Rupp. Ien. p. 120. Volk. Norimb. p. 340.*

P. sylvestris minor siue spontanea. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 678.

Caules digitales, palmares, decumbentes, rubelli, glabri, ramosi. *Folia* sessilia, cuneiformia, obtusa, crassiuscula, carnosa, glabra, integerrima, nitida, plerumque alterna. *Flores* axillares, sessiles, congesti, parui, lutei. *Capsula* circumscissa.

Variat 1. *Pistillis* quinque.

2. *Staminibus* octo ad quindecim.

L Y T H R V M.

Flor. Germ. p. 200. *Lythrum Salicaria*.

L. foliis oppositis, cordato-lanceolatis, floribus spicatis dodecandris. *Linn. Syst. Plant.* T. 2. p. 426. *Doerr. Nass.* p. 148. *Iacq. Vind.* p. 80. *Nonne Erford.* p. 246. n. 1. *Plan. Erford.* p. 133. *Scop. Carn.* ed. 2. n. 565. *Timm prodr. Flor. Megapol.* n. 320. *Weigel Flor. Pom.* n. 302. *Wilke Flor. Gryph.* n. 249. *Zinn. Goett.* p. 197.

Salicaria floribus spicatis, foliis coniugatis. *Hall. Goett.* p. 160. *Boehm. Lipf.* n. 539.

Salicaria vulgaris purpurea, foliis oblongis. *Bergen Flor. Francos.* p. 141. n. 1. *Buxb. Halensf.* p. 289. *Dill. Gief.* p. 115. *Hoppe Flor. Ger.* p. 90. *Rupp. Jen.* p. 146.

Blattaria spuria spicata rubra. *Volk. Norimb.* p. 65.

Lyfimachia spicata purpurea. *C. Bauh. pin.* p. 246.

Lyfimachia purpurea quibusdam spicata. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 902.

Caulis erectus, tripedalis et altior, angulosus, scabriusculus, dichotomus. *Folia* opposita, semiamplexicauli - sessilia, lanceolata, acuminata, subtu pubescentia: *superiora* plerumque alterna; *floralia* rubro-colorata. *Flores* purpurei, in spicam terminalem speciosam verticillatim dispositi. *Calyx* duodecimstriatus, dentibus duodecim alterne minoribus. *Petala* sex calyci imposita, lanceolata, laeuiter undulata.

Variat 1. *Foliis* omnibus alternis; *Floribus inferioribus* solitariis, alaribus.

2. *Foliis* ternis verticillatis.

Salicaria trifolia, caule hexagono. *Bergen Flor.*
Francof. p. 141. n. 2. *Rupp. Jen.* p. 147. *Boehm.*
Lipf. n. 539. Var. I.

3. *Foliis* quaternis verticillatis.

4. *Foliis* subrotundis.

Salicaria purpurea, foliis subrotundis. *Boehm.*
Lipf. l. c. Var. 2.

Flor. Germ. p. 203. n. 2. *Lythrum Hyssopifolia.*

L. foliis alternis linearibus, floribus hexandris. *Linn. Syst.*
Plant. T. 2. p. 428. *Nonne Erford.* p. 246. n. 2. *Plan. Erford.*
 p. 133. *Scop. Carn. ed. 2.* n. 566. *Zinn. Goett.* p. 197. Ver-
 zeichniß der Pflanz. die nach der Anzahl und Beschaff. ihrer Ge-
 schlechtsth. nicht in den gehoer. Class. stehen. p. 80.

Salicaria foliis alternis. *Hall. Goett.* p. 100.

Salicaria foliis alternis, floribus solitariis. *Boehm. Lipf.* n.
 540.

Salicaria purpurea, non spicata, nec fliquofofa, Hyssopi facie.
Bergen Flor. Francof. p. 141. n. 3.

Salicaria Hyssopifolio latiore. *Buxb. Halenf.* p. 290. *Rupp.*
Jen. p. 147. Tab. 6. *fig. nitida*

Hyssopifolia. *C. Bauh. pin.* p. 218.

Caulis erectus, versus basin ramosus, semipedalis et maior,
 angulosus. *Folia* alterna, sessilia, lanceolata, obtusiuscula. in-
 tegerrima. *Flores* in alis foliorum solitarii plerumque, sessiles,
 parvi, rubri, demum violacei. *Calycis denticuli* octo, alterne
 minores. *Petala* quatuor, denticulis maioribus calycis inserta,
 obouata, integra, fugacia. *Stamina* sex, corolla minora.

Variat I. *Caule* ramosiore, pedali et altiore

Hyssopifolia, siue Gratiola minor. *C. Bauh. prodr.*
 p. 108.

2. *Caule* procumbente.

3. *Foliis* linearibus, *Caule* simpliciore, minore.

Salicaria Hyssopifolio angustiore. *Buxb. Halenf.* p.
 290. *Boehm. Lipf.* n. 540. Var. I.

4. *Floribus* albis.

Salicaria Hyssopi folio, floribus albis. *Boehm.*
Lipl. l. c. Var. 2.

5. *Calycis denticulis* decem seu duodecim alterne minoribus.
6. *Petalis* quinque seu sex.
7. *Staminibus* quinque, seu quatuor.

Obferu. Numero partium floris et fructificationis recedit a caractere generico *Lythri*, structura autem conuenit.

D I G Y N I A.

A G R I M O N I A.

Flor. Germ. p. 203. Agrimonia. *Eupatoria.*

A. foliis caulinis pinnatis: impari petiolato, fructibus hispidis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 430. Doerr. Nass. p. 196. Jacq. Vind. p. 81. Nonne Erford. p. 191. Plan. Erford. p. 133. Scop. Carn. ed. 2. n. 567. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 321. Weigel Flor. Pom. n. 303. Wilke Flor. Gryph. n. 250. Zinn. Goett. p. 198.*

A. officinarum. *Bergen Flor. Francof. p. 169. Dill. Gies. p. 129. Hoppe Flor. Ger. p. 57. Rupp. Ien. p. 100.*

A. inodora. *Volk. Norimb. p. 15.*

A. seu Eupatorium. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 398.*

A. Dodonaei. *Buxb. Halens. p. 10.*

A. foliis pinnatis, fructibus hispidis. *Hall. Goett. p. 161.*

Agrimonia. *Boehm. Lipf. n. 403.*

Eupatorium veteum siue Agrimonia. *C. Bauh. pin. p. 351.*

Caulis erectus, simplicissimus, bipedalis et altior, villosus. *Folia* alterna, pinnata: *pinnis* ovatis, sessilibus, denticulatis, villosis; *maiores* oppositae; *minores* alternae maioribus immixtae; *impari* petiolata. *Flores* in spicam terminalem, laxam dispositi, alterni, solitarii, breuiter pedunculati, lutei,

T R I G Y N I A:

R E S E D A.

Flor. Germ. p. 203. n. 1. Reseda *Luteola*.

R. foliis lanceolatis integris, basi utrinque videntatis, calycibus quadrifidis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 431. Doerr. Nass. p. 196. Jacq. Vind. p. 81. Nonne Erford. p. 247. n. 1. Plan. Erford. p. 133. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 322. Weigel Flor. Pom. n. 304. Zinn. Goett. p. 123.*

Luteola herba Salicis folio. C. Bauh. pin. p. 100. Bergen Flor. Francof. p. 235. Hall. Goett. p. 94. Hoppe Ger. p. 175. Rupp. Ien. p. 290.

Luteola. Buxb. Halens. p. 198. Dill. Gies. p. 92.

Lutea Plinii quibusdam. Joh. Bauh. hist. 3. p. 465.

Caulis erectus, bipedalis et altior, angulosus, glaber. Folia radicalia in orbem congesta; caulina alterna, sparsa, lineari-lanceolata, obtusiuscula, sessilia, glabra, nitida, integerrima. Flores flui, in spicam terminalem dispositi, solitarii, breviter pedunculati. Calyx quadrifidus. Petala quinque, quorum supremum tenuissime quinquepartitum: lateralia duo trifida; infima duo minima, integra. Stamina viginti et plura.

Variat 1. *Foliis undulatis.*

Luteola foliis crispis. Rupp. Ien. p. 290.

2. *Petalis quatuor.*

Obseru. Dentes supra basin foliorum duo, in *foliis caulinis* non raro deficient; in *radicalibus* autem obseruantur.

Flor. Germ. p. 204. n. 2. Reseda *alba*.

R. foliis pinnatis, floribus tetragynis, calycibus sexpartitis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 433.*

R. maxima. *C. Bauh. pin. p. 433.*

Caulis erectus bi- seu tripedalis, a basi ramosus. Folia alterna, pinnata: pinnis lanceolatis, oppositis decurrentibus, planis, integerrimis, tenuissime ciliatis. Flores in spicam terminalem speciosam dispositi, albi. Calyx (in planta culta) quinque

que partitus. *Petala* quinque. *Styli* quatuor, rarissime tres.

Flor. Germ. p. 204. n. 3. *Reseda lutea*.

R. foliis omnibus trifidis: inferioribus pinnatis. *Linn.* Syft. Plant. T. 2. p. 433. *Jacq.* Vind. p. 81. *Nonne* Erford. p. 247. n. 2. *Plan.* Erf. p. 134. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 569. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 323. *Zinn.* Goett. p. 123.

R. foliis rariter pinnatis, undulatis. *Hall.* Goett. p. 94.

R. vulgaris. *C. Bauh.* pin. p. 100. *Bergen* Flor. Francof. p. 235. *Buxb.* Halens. p. 283. *Dill.* Gief. append. p. 28. *Hoppe* Flor. Ger. p. 175. *Rupp.* len. p. 289.

R. lutea. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 467.

Caulis basi decumbens, diffusus, ramosus, tunc erectus, pedalis et altior, angulosus, hirsutus. *Folia* nitida, glabra, decurva, alterna, in petiolum desinentia, pinnata: *pinnis* lanceolatis, diuaticatis, decurrentibus, non raro bi- seu trifidis, scabris. *Flores* in spicam terminalem, laxam, breuiorem quam in antecedentibus dispositi, lutei, alterni, solitarii, longius pedunculati. *Calyx* sexfidus. *Petala* sex inaequalia. *Styli* plerumque tres.

Variat *Foliis* undulatis.

E V P H O R B I A.

* *Dichotoma.*

Flor. Germ. p. 204. n. 1. *Euphorbia Chamaesyce*.

E. dichotoma, foliis crenulatis subrotundis glabris, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. *Linn.* Syft. Plant. T. 2. p. 442. *Zinn.* Goett. p. 49.

Chamaesyce. *C. Bauh.* pin. p. 293. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 667.

Plantam nondum vidi. *Linne* ita eam describit: *Caulis* depressus, dichotomus. *Folia* opposita, subrotunda, laeuis, subcrenulata, emarginata, basi antica angustiore. *Flores* e dichotomia. *Calyx* rufus. *Petala* alba, crenata.

* * *Umbella trifida.*Flor. Germ. p. 204. n. 2. *Euphorbia Peplus.*

E. umbella trifida: dichotoma, inuolucellis ouatis, foliis integerrimis obouatis petiolatis. *Linn. Syst. Plant. Tom. 2. p. 444. Doerr. Nass. p. 107. Jacq. Vind. p. 81. Nonne Erford. p. 40. n. 1. Plan. Erf. p. 134. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 324. Weigel Flor. Pom. n. 305. Wilke Flor. Gryph. n. 251.*

E. Tithymalus foliis ouatis, inuolucris bifoliis cordatis obtusissimis. *Zinn. Goett. p. 49.*

E. inermis, foliis obuere ouatis integerrimis, umbella uniuersali trifida, triphylla, partialibus dichotomis, diphyllis. *Boehm. Lips. n. 78.*

Efula rotundifolia non crenata. *Rupp. Ien. p. 272. Hoppe Flor. Ger. p. 165.*

Efula folio rotundo. *Volck. Norimb. p. 155.*

Peplus siue Efula rotunda. *C. Bauh. pin. p. 292. Ioh. Bauh. hist. 3. p. 669.*

Tithymalus foliis ouatis, inuolucris bifoliis cordatis obtusissimis. *Hall. Goett. p. 36.*

Tithymalus rotundifolius non crenatus. *Bergen Flor. Francof. p. 49. n. 6. Buxb. Halensf. p. 320. Dill. Giesf. p. 126.*

Caulis plerumque erectus, semipedalis et maior, teres, glaber, superne trichotomus. *Folia* alterna, obouata, in petiolum breuem decurrentia, obtusa, integerrima, apice plerumque subemarginata, glabra. *Umbellae rami* dichotomi. *Flores* solitarii, sessiles, exigui, viridiusculi. *Inuolucris* folia tria, ouata, obtusa. *Inuolucella* duo, opposita, subrotunda, breui plerumque acumine praedita. *Petala* bicornia. *Capsula* tricarinata. *Semina* nitida, reticulata.

Flor. Germ. p. 204. n. 3. *Euphorbia falcata.*

E. umbella trifida: dichotoma, inuolucellis subcordatis mucronatis, foliis lanceolatis obtusiusculis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 444. Jacq. Vind. p. 81.*

Pollichius palat. n. 456. ita plantam describit: *Radix* tenuis, filiformis, alba, fibrosa. *Caulis* erectus, palmaris, pedalis,

pedalis, teres, glaber, summitate in tres, quatuor ramos umbellatim diuisus, qui denuo cum ramis lateralibus bis ter dichotomi. *Folia* caulina alterna, sparsa, sessilia, linearilanceolata, integerrima, anteriora versus latiora; *inferiora* obtusa, *reliqua* in spinulam terminata, *omnia* glabra. *Folia* ad umbellae vniuersalis basin lanceolata, acuminata, reliqua in ramulorum diuisionibus ex subrotundo-ouata, cordata, sessilia, integerrima, apice spinulosa, *omnia* glabra, laete viridia. *Flores* ex dichotomia atque ramulorum apicibus prodeunt. *Germina* ouata, glabra,

Flor. Germ. p. 205. n. 4. *Euphorbia exigua*.

E. umbella trifida: dichotoma, inuolucellis lanceolatis, foliis linearibus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 444. Doerr. Nass. p. 107. Jacq. Vind. p. 82. Nonne Erford. p. 40. n. 2. Plan. Erford. p. 134.*

E. inermis, foliis sessilibus, alternis, linearibus, umbella vniuersali trifida, triphylla, partialibus dichotomis diphyllis. *Boehm. Lips. n. 79.*

E. Tithymalus foliis linearibus, obtusis, petalis argute bicornibus. *Zinn. Goett. p. 49.*

Tithymalus foliis linearibus obtusis, petalis argute bicornibus. *Hall. Gött. p. 36.*

α. *acuta*

Euphorbia exigua, acuta. Leyff. Halens. n. 464. α. Murr. prodr. Goett. p. 56. α. Gmel. Tubing. p. 138. Linn. l. c. α.

Efula tenuifolia siue *exigua. Rupp. Ien. p. 272. Hoppe Flor. Ger. p. 166.*

Efula exigua. Volck. Norimb. p. 155.

Tithymalus siue *Efula exigua. C. Bauh. pin. p. 291. Bergen Flor. Francof. p. 48. n. 5. Leers Herborn. n. 358. α.*

Tithymalus exiguus erectus. Dill. Gies. p. 143.

Tithymalus minimus angustifolius annuus. Joh. Bauh. hist. 3. p. 664. Buxb. Hal. p. 321.

β. *retusa.*

Euphorbia exigua, retusa. Leyff. Halens. n. 464 C. Linn. l. c. C.

Tithymalus siue Efula exigua, foliis obtusis. C. Bauh. pin. p. 291. prodr. p. 132. Leers Herb. n. 358. β. Moench. Hass. n. 395. β.

Caulis teres, glaber. Folia sparsa, linearia, sessilia, integerrima, glabra. Umbella plerumque trifida; radiis dichotomis. Involucri et involucelli foliola ex ovato-lanceolata, basi inaequalia, altero latere latiore. Flores exigui, sessiles. Petala quatuor, semilunaria, bicornia, flauicantia. Capsula laeuis. Semina subreticulata.

α. acuta.

Caulis erectus, palmaris, basi ramosus. Folia acuta.

β. retusa.

Caulis plerumque decumbens, vix digitalis et non raro umbella breuior. Folia truncata, retusa cum acumine breui.

Variat Umbella quadrifida et quinquefida. Weig. obseru. botan. p. 31. obs. 16.

* * * Umbella quadrifida.

Flor. Germ. p. 205. n. 5. Euphorbia Lathyris.

E. umbella quadrifida: dichotoma, foliis oppositis integerrimis. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 445. Doerr. Nass. p. 108.

Tithymalus Lathyris. Scop. Carn. ed. 2. n. 571.

Tithymalus latifolius Cataputia dictus. Buxb. Halens. p. 321. Dill. Gies. p. 126.

Lathyris maior. C. Bauh. pin. p. 293.

Lathyris siue Cataputia minor. Joh. Bauh. hist. 3. append. p. 880.

Caulis tripedalis et altior, erectus, glaber, teres. Folia opposita, lanceolata, sessilia. dura, integerrima, glabra. Umbella plerumque quadrifida; radiis dichotomis, ramosissimis. Involucella sessilia, basi retusa, ovato-lanceolata, opposita, mucronata. Flores solitarii, pedunculati, flavescentes. Styli tres, bifidi. Capsula magna, obtuse trigona. Semina ovata.

**** Vm-

* * * * *Umbella quinquefida.*

Flor. Germ. p. 205. n. 6. *Euphorbia dulcis.*

E. umbella quinquefida: bifida, inuolucellis subouatis, foliis lanceolatis obtusis integerrimis. *Lin.* Syst. Plant. T. 2. p. 448. *Iacq.* Vind. p. 82.

E. umbella quinquefida, bifida, inuolucellis cordatis ferratis; foliis lanceolatis, obtusis, floribus sessilibus, capsulis tuberculosis. *Scop.* Carn. ed. 1. p. 421. n. 3. ed. 2. n. 573. sub *Tithymalo*.

E. Tithymalus foliis ad caulem subhirsutis ellipticis, breuibus, sub floribus binis cordatis, capsularum media parte verrucosa. *Boehm.* Lipf. n. 80.

Efula dulcis. *Rupp.* Ien. p. 272.

Tithymalus montanus non acris. *C. Bauh.* pin. p. 292. *Buxb.* Hal. p. 321.

Caules plures ex vna radice, erecti, pedales, glabri. *Folia* alterna, sessilia, lanceolata, obtusa, supra laeuia, subtus pallidiora, mollissima, ex albido-villosa. *Umbella* quinquefida; *radiis* bifidis, rarius bis dichotomis. *Inuolucrum* pentaphyllum: *foliis* ouato-lanceolatis serrulatis. *Inuolucella* duo, ouato-cordata, acutiuscula, basi truncata, utrinque laeuia, serrulata. *Calyx* quadridentatus, pubescens. *Petala* quatuor subrotunda, integra, flaua. *Capsula* glandulis purpureis conicis muricata. *Semina* ouata laeuia.

Obseru. I. *Flos primarius* ramorum et pedunculorum in semel bifidis fertilis; in bis bifidis autem semper sterilis, obseruante *Leerzio* Herborn. n. 359.

Obseru. II. Rami fertiles ex superioribus foliorum alis aphylli, pedunculis florum simillimi, quorum tres superiores umbellae saepe adeo approximati, vt octofida primo intuitu videatur umbella, octonis inuolucris foliis instructa.

Obseru. III. Epidermis foliorum circa costam saepius secedit et ita subinflata videntur folia.

Flor. Germ. p. 205. n. 7. *Euphorbia Paralias.*

E. umbella subquinquefida: bifida inuolucellis cordato-reniformibus, foliis fursum imbricatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 449. Jacq. Vind. p. 82.*

E. umbella multifida: dichotoma, inuolucellis cordatis, foliis linearibus, capsulis glabris. *Scop. Carn. ed. 1. p. 435. n. II. ed. 2. n. 581. sub Tithymalo.*

E. *Tithymalus* foliis linearibus spinula terminatis, radiis umbellae plurimis reflexis, petalis obtusis. *Zinn. Goett. p. 48.*

Tithymalus foliis linearibus spinula terminatis, radiis umbellae plurimis reflexis. *Hall. Goett. p. 35.*

Tithymalus maritimus. C. Bauh. pin. p. 291.

Tithymalus Paralius. Joh. Bauh. hist. 3. p. 674.

Caulis erectus, ramosus. *Folia* sparsa, linearia, acuminate, glauca. *Umbella* plerumque multifida, raro quinquefida. *Inuolucrum* plerumque polyphyllum: *foliolis* lanceolatis, reflexis. *Inuolucella* cordato-subrotunda, opposita, rubicunda. *Flores* plurimi steriles. *Capsulae* glabrae, erectae.

Flor. Germ. p. 205. n. 8. *Euphorbia segetalis.*

E. umbella quinquefida: dichotoma, inuolucellis cordatis acutis, foliis lineari-lanceolatis; superioribus latioribus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 450.*

E. *Tithymalus* foliis linearibus obtusis, petalis emarginatis? *Zinn. Goett. p. 48?*

Esula folio amygdali angusto? Rupp. Ien. p. 273. Hoppe Fl. Ger. p. 166.

Alypum Mathioli, Tithymalis affine? Joh. Bauh. hist. 3. p. 676.

Tithymalus foliis linearibus, obtusis, petalis emarginatis? *Hall. Goett. p. 35.*

Tithymalus amygdaloides angustifolius? Buxb. Halens. p. 320.

Tithymalo maritimo affinis, Linariae folio? C. Bauh. pin. p. 291.

Caulis erectus, simpliciusculus, pedalis, superne ramosus. *Folia* sparsa, lineari-lanceolata, non raro recurua, in petiolum breuem attenuata, glabra, integerrima; *superiora* et *ramifera* lan-

lanceolata, duplo fere latiora et breuiora inferioribus *Vmbella* quinquefida; radiis bifidis. *Inuoluceri foliola* ex ouari-lanceolata, quinque. *Inuolucella* cordato-subrotunda, breui mucrone terminata. *Petala* lunata. *Capsula* laeuis, angulis scabra.

Obferu. Figura *Iohannis Bauhini* l. c. bene quadrat, at *umbellam* tri- seu quadrifidam repraesentat.

Flor. Germ. p. 206. n. 9. *Euphorbia helioscopia*.

E. umbella quinquefida: trifida: dichotoma, inuolucellis obouatis, foliis cuneiformibus ferratis. *Lin.* Syft. Plant. T. 2. p. 450. *Doerr.* Nass. p. 108. *Iacq.* Vind. p. 82. *Nonne* Erford. p. 41. n. 3. *Plan.* Erford. p. 134. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 325. *Weig.* Fl. Pom. n. 306. *Wilke* Flor. Gryph. n. 252.

E. umbella quinquefida, trifida, dichotoma, inuolucellis ouatis, petalis subrotundis, capsulis glabris. *Scop.* Carn. ed. I. p. 434. n. 9. ed. 2. n. 579. sub *Tithymalo*.

E. inermis, foliis crenatis, umbella vniuersali multifida, polyphylla, partialibus triphyllis, propriustriphyllis. *Boehm.* Lips. n. 77.

E. Tithymalus foliis subrotundis ferratis, radiis umbellae quinque latissimis. *Zinn.* Goett. p. 49.

Edula solifera. *Rupp.* Ien. p. 272. *Hoppe* Flor. Ger. p. 165. *Volck.* Norimb. p. 154.

Tithymalus foliis subrotundis ferratis, radiis umbellae quinque latissimis. *Hall.* Goett. p. 36.

Tithymalus helioscopius. *C. Bauh.* pin. p. 291. *Bergen* Flor. Francof. p. 49. n. 10. *Buxb.* Halens. p. 320.

Tithymalus subrotundis foliis maioribus crenatis. *Dill.* Gies. p. 78.

Caules plures ex vna radice, erecti, palmares, pedales subpilosi. *Folia* sparsa, obouata, obtusa, in petiolum breuem decurrentia, glabra, in margine tenuissime serrulata. *Vmbella* quinquefida: radiis trifidis; ramulis bifidis. *Inuolucrum* pentaphyllum; foliolis obouatis. *Inuolucella* tria et duo magis ouata: omnia serrulata. *Petala* subrotunda, obtusa, viridia, glabra. *Capsula* subrotunda, glabra. *Semina* ex subrotundo-ouata, tenuissime striata, scabriuscula.

Obferu. Ne confundatur cum *Euphorbia Peplo*, a qua differt
 1. *Statura* maiore. 2. *Caule* subpiloso. 3. *Foliis*
 ferrulatis, copiofioribus in caule. 4. *Vmbella* quin-
 quefida; *radiis* trifidis; *ramulis* bifidis; nec um-
 bella trifida, *radiis* dichotomis. 5. *Inuolucro* pen-
 taphyllo. 6. *Inuolucellis* ouatis; nec subrotundis,
 mucronatis. 7. *Petalis* subrotundis: nec femiluna-
 ribus, bicornibus.

Flor. Germ. p. 206. n. 10. *Euphorbia verrucosa*.

E. umbella quinquefida: subtrifida: bifida, inuolucellis oua-
 tis, foliis lanceolatis ferrulatis, villofis, capsulis verrucosis. *Lin.*
Syst. Plant. T. 2. p. 451.

E. umbella quinquefida, bifida, inuolucellis supra medium
 ferratis, ouatis; caulibus diffusis. *Scop. Carn. ed. 1. p. 432. n.*
42. ed. 2. n. 577. sub. Tithymalo.

Tithymalus myrsinites, fructu verrucae similis. *C. Bauh.*
pin. p. 291. Dill. Giesl. append. p. 11

Tithymalus verrucosus. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 673.*

Planta mihi adhucdum ignota *Linne* autem l. c. *Fru-*
ctum verrucosum simulque villosum; *Petala* integra; *Caules* de-
 cumbentes dicit. *Scopoli* ita plantam describit cespitosam, diffu-
 sam, flauescentem. *Caules* plures ex vna radice, teretes, sim-
 plices. *Folia* lanceolata, supra basin denticulata, sessilia, deor-
 sum flexa, superne glabra, subtus tenuissimo tomento adpersa.
Rami floriferi infra umbellam nulli, sed gemmae caulinae. *Um-*
bella quinquefida, flaua: radiis bis bifidis, nunquam trifidis.
Inuolucris foliola oblonga, obtusiuscula; *inuolucella* ouata, fla-
 uescentia: omnia supra medium denticulata. *Flores* inter primas
 dichotomias masculi; *petalis* duobus vel tribus rotundatis. *Flo-*
res alii fertiles saepius dipetali, staminibus omnibus antherife-
 ris. *Germina* verrucosa, non pilosa.

Flor. Germ. p. 206. n. 11. *Euphorbia platyphyllos*.

E. umbella quinquefida: trifida: dichotoma, inuolucris ca-
 rina pilosis. foliis ferratis lanceolatis, capsulis verrucosis. *Lin.*
Syst. Plant. T. 2. p. 453. Doerr. Nass. p. 108. Jacq. Vind.
p. 83. Nonne Erf. p. 41. n. 4. Plan. Erford. p. 134.

E. *Tithymalus* foliis glabris, ferratis, acuminatis, inuolucris bifoliis, cordatis, fructu toto verrucoso. *Zinn. Goett. p. 48.*

Efula latifolia arvensis. Rupp. Ien. p. 272.

Tithymalus platyphyllos. Scop. Carn. ed. 2. n. 578.

Tithymalus foliis glabris, ferratis, acuminatis, inuolucris bifoliis, cordatis, fructu toto verrucoso. *Hall. Goett. p. 34.*

Tithymalus arvensis latifolius germanicus. C. Bauh. pin. p. 291. Buxb. Halens. p. 319.

Tithymalus platyphyllos Fuchsi. Joh. Bauh. hist. 3. p. 670.

Caulis erectus, teres, glaber, pedalis et maior. *Folia* alterna, sessilia, superne glabra, subtus villosa, glauca, ferrulata; *infima* obovata, obtusa, *reliqua* lanceolata, acuminata. *Umbella* quinquefida radiis trifidis; *ramulis* dichotomis. *Inuolucrum* pentaphyllum: *foliis* lanceolatis, deflexis. *Inuolucella* cordato-subrotunda, mucrone exiguo terminata; omnia tenuissime ferrulata. *Rami* infra *umbellam* ex foliorum alis *umbella* trifida terminati. *Flores* plures steriles. *Petala* lutea, suborbiculata, integra. *Capsulae* subrotundae, obsolete trigonae, punctis eminentibus verrucosae.

Variat *Umbella uniuersali* tri- seu quadrifida.

Flor. Germ. p. 206. n. 12. *Euphorbia sylvatica.*

E. *umbella* quinquefida; bifida, inuolucellis perfoliatis subcordatis acutiusculis, foliis lanceolatis integerrimis. *Lim. Syst. Plant. T. 2. p. 457.*

E. *Tithymalus* foliis subhirsutis ad-caulem ellipticis, cymbis florum perfoliatis, petalis lunatis acutis. *Zinn. Goett. p. 47.*

Tithymalus sylvaticus. Scop. Carn. ed. 2. n. 572.

Tithymalus foliis subhirsutis ad caulem ellipticis, cymbis florum perfoliatis, laeuissime bifidis, petalis lunatis acutis. *Hall. Goett. p. 33.*

Tithymalus sylvaticus lunato flore. C. Bauh. pin. p. 290. Dill. Giesl. append. p. 33.

Tithymalus toto anno folia retinens. *Joh. Bauh. hist. 3. p. 671.*

Caulis erectus, vix bipedalis, basi ramosus, teres, rubellus. *Folia* sparsa, obuerse lanceolata, in petiolum decurrentia, integerrima, superne glabra, subtus pubescentia: inferiora maiora; superiora sensim minora. *Umbella* quinquefida: radiis bifidis. *Inuolucrum* pentaphyllum: foliolis ex subrotundo-ouatis, obtusis, integerrimis. *Inuolucella* suborbiculata, connata, perfoliata. *Petala* semilunaria, cornubus conniuentibus aucta. *Stigmata* semibifida. *Corolla* intus villosa. *Pedunculi* etiam alterni ex alis foliorum superiorum infra umbellam.

* * * * * *Umbella multifida.*

Flor. Germ. p. 206. n. 13. *Euphorbia Esula.*

E. umbella multifida: bifida, inuolucellis subcordatis, petalis subbicornibus, ramis sterilibus, foliis vniformibus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 454. Jacq. Vind. p. 83. Nonne Erford. p. 42. n. 5. Plan. Erford. p. 135.*

E. umbella multifida, dichotoma: inuolucellis cordatis, foliis lanceolatis. *Scop. Carn. ed. 1. p. 435. n. 10. ed. 2. n. 580. sub Tithymalo.*

Tithymalus foliis pini, forte *Dioscoridis Pithyusa*. *C. Bauh. pin. p. 292. Bergen Flor. Francof. p. 48. n. 4. Dill. Gies. append. p. 32.*

Caules plures ex vna radice, erecti, basi plerumque incurui, pedales et maiores, teretes, glabri, ramosi. *Folia* sparsa, lineari-lanceolata, sessilia, glauco-viridia, glabra, acuminata, integerrima. *Umbella* multifida, plerumque duodecimfida: radiis bifidis. *Inuolucrum* polyphyllum; foliolis lineari-lanceolatis, acuminatis reflexis. *Inuolucella* cordato-subrotunda, sessilia, acuminata. *Capsula* glabra, trigona, tricanaliculata. *Pedunculi* ex foliorum superiorum alis infra umbellam bifidi. *Semina* ouata, obsolete triquetra, striata, glabra.

Flor. Germ. p. 207. n. 14. *Euphorbia Cyparissias.*

E. umbella multifida: dichotoma, inuolucellis subcordatis, ramis sterilibus, foliis fetaceis, caulinis lanceolatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 254. Doerr. Nass. p. 109. Jacq. Vind. p. 83. Nonne Erford. p. 42. n. 6. Plan. Erford. p. 135.*

E. *Tithymalus* foliis ad caulem linearibus obtusis, radiis umbellae plurimis, petalis lunatis. *Boehm.* Lips. n. 76.

E. umbella multifida, dichotoma: involucellis cordatis; foliis linearibus, capsulis verrucosis. *Scop.* Carn. ed. 1. p. 435. n. 12. ed. 2. n. 582.

E. *Tithymalus* foliis linearibus obtusis confertis, petalis lunatis. *Zinn.* Goett. p. 48.

Efula Rivini et officinarum. *Rupp.* Ien. p. 271. *Hoppe* Fl. Ger. p. 165. *Volk.* Norimb. p. 154.

Tithymalus foliis linearibus obtusis confertis, petalis lunatis. *Hall.* Goett. p. 36.

Tithymalus cyparissias. *C. Bauh.* pin. p. 291. *Berg.* Fl. Francof. p. 48. n. 1. *Buxb.* Halens. p. 320. *Dill.* Gies. append. p. 32.

Caulis erectus, palmaris et maior, teres, glaber, demum ramosus; ramis alternis, patentibus, sterilibus. *Folia caulina* sparsa, linearia, sessilia, obtusiuscula, margine plerumque reflexa, glabra; *ramea* lineari - setacea, confertissima, lactius viridia, acuta. *Umbella* multifida; radiis bifidis. *Involucrum* polyphyllum; *foliolis* linearibus, acuminatis, reflexis longitudine inaequalibus. *Involucella* subcordato - rotunda, acumine breui terminata, extus glauca, intus rubella. *Capsula* subrotunda, trigona, punctis elevatis verrucosa. *Pedunculi* ex summis foliorum alis infra umbellam, bifidi.

Observ. I. Planta primo vere similis *Euphorbiae Efulae*; at umbella marcescente rami laterales in conspectum veniunt plerumque steriles, foliis fere setaceis confertissimis praediti, Pini ramulum referentes, in quo primo intuitu differt ab *E. Efula*, cui folia ramea sunt conformia caulinis. Versus autumnum planta non raro novos iterum e radice protrudit caules plerumque simplices et florentes. Hos absque dubio pro diversa planta habuit *Dillenius*, quam in appendice *Catal. Plant. Giesens.* p. 32. sub nomine *Tithymali linifolii caule non ramoso, tuberculis crebris obsito*, protulit, monente *Reichardo* in *Flor. Moeno - Francof.* part. 2. p. 189.

Observ. II. In omnibus a me in Germania observatis speciminibus *Capsulae* omnino erant evidenter verrucosae,

paulo minores quam in *Euphorbia Esula*, cuius Capsulae glabrae et fere nitidae obseruantur.

Obferu. III. *Tithymalus cyparissias*, foliis punctis croceis notatis *C. Bauh.* pin. p. 291. *Bergen* Flor. Francof. p. 48. n. 3. *Buxb.* Halenf. p. 320. *Leyff.* Halenf. n. 469. β . et *Esula* punctis croceis notata *Rupp.* Ien. p. 271. non est varietas, sed morbosa proles et plerumque sterilis.

Flor. Germ. p. 207. n. 15. *Euphorbia palustris*.

E. umbella multifida, subtrifida: bifida. inuolucellis ouatis, foliis lanceolatis, ramis sterilibus. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 456. *Iacq.* Viind. p. 84. *Nonne* Erford. p. 42. n. 7. *Plan.* Erford. p. 135.

E. inermis, foliis lanceolatis umbella vniuersali multifida polyphylla, partialibus triphyllis, propriis bifidis. *Boehm.* Lips. n. 75.

E. Tithymalus altissimus, laeuis, foliis sub foliis ternis, cordatis, fructu verrucoso. *Zinn.* Goett. p. 47.

Esula palustris. *Rupp.* Ien. p. 272. *Hoppe* Flor. Ger. p. 166. *Volck.* Norimb. p. 156.

Tithymalus laticaulis radiis ternis cordatis, ramis umbellam superantibus. *Hall.* Goett. p. 34.

Tithymalus palustris fruticosus. *C. Bauh.* pin. p. 292. *Bergen* Fl. Francof. p. 49. n. 9.

Tithymalus magnus multicaulis, siue *Esula* maior. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 671. *Buxb.* Hal. p. 319.

Caulis erectus, crassus, teres, glaber, ramosus tri- seu quadripedalis. *Rami* alterni steriles. *Folia* sparsa, lanceolata, glabra, sessilia, integerrima. *Umbella* multifida; radiis tri- et bifidis. *Inuolucra* et *inuolucella* ouata, integerrima, glauca. *Petala* integra, flaua. *Capsulae* verrucosae. *Pedunculi* e foliorum superiorum alis trifidi.

Variat 1. *Ramis sterilibus* caule breuioribus et longioribus, umbellam superantibus.

2. *Foliis* ferratis.

Flor. Germ. p. 207. n. 16. *Euphorbia amygdaloides*.

E. um-

E. umbella multifida: dichotoma, inuolucellis perfoliatis, orbiculatis, foliis obtusis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 257. Jacq. Vind. p. 84. Nonne Erford. p. 43. n. 8. Plan. Erford. p. 135.*

Efula characias amygdaloides vulgaris. Volck. Norimb. p. 155.

Tithymalus characias amygdaloides. C. Bauh. pin. p. 290. Buxb Halensf. p. 220.

Tithymalus amygdaloides latifolius. Knauth. Halensf. p. 32.

Differt ab *Euphorbia sylvatica* 1. *Ramis caulinis lateralibus* etiam umbelliferis 2. *Foliis* magis obtusis remotioribus, tenuioribus, alternis; nec sparsis. 3. *Umbella multifida*: radiis dichotomis. 4. *Caule* herbaceo.

Flor. Germ. p. 207. n. 17. Euphorbia Characias.

E. umbella multifida; bifida, inuolucellis perfoliatis emarginatis, foliis lanceolatis integerrimis, caule frutescente. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 457.*

Efula characias rubens. Volck. Norimb. p. 155.

Tithymalus characias rubens peregrinus. C. Bauh. pin. p. 290.

Tithymalus amygdaloides siue *Characias. Joh. Bauh. hist. 3. p. 672.*

Caulis erectus, teres, subtomentosus, frutescens. *Folia* subtus pallidiora subtomentosa; *inferiora* lanceolata, obtusa cum acumine breui, in petiolum decurrentia; *superiora* remotiora, alterna, ex ouali-lanceolata, attenuata. *Umbella multifida*: radiis bifidis euentius tomentosis. *Inuolucrum* polyphyllum: *foliolis* oualibus, basi attenuatis, obtusis. *Inuolucella* connato-subrotunda, perfoliata, obtusa. *Petala* integra. *Pedunculi* ex superiorum foliorum alis bifidi.

Obseru. Cel. Gmelin circa Tubingam sequentes adhuc obseruauit *Euphorbias* mihi dubias. Vid. *Eiusd. enum. stirp. Tubing. p. 140.*

1. *Euphorbia umbella* quinquefida, bifida; inuolucellis subcordatis, foliis suborbiculatis linearibus obtusiusculis, crenulatis.

2. *Euphorbia* foliis crenatis alternis lanceolatis acutis floribus terminalibus, caulibus erectis.

3. *Euphorbia* herbacea inermis, foliis cochleariformibus crenulatis, floribus congestis terminalibus, involucrellis subrotundis crenulatis.

D O D E C A G Y N I A.

S E M P E R V I V V M.

Flor. Germ. p. 208. *Semperuium tectorum*.

S. foliis ciliatis, propaginibus patentibus. *Linn. Syst. Plant. Tom. 2. p. 459. Doerr. Nass. p. 212. Elwert Flor. Marggr. Baruthin. p. 14. Jacq. Vind. p. 84. Plan. Erford. p. 135. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 326. Weigel Flor. Pom. n. 307. Wilke Flor. Gryph. n. 253.*

S. tectorum maius. *Rupp. Ien. p. 165. Hoppe Flor. Ger. p. 100. Buxb. Halens. p. 300. Dill. Gief. p. 142.*

Sedum tectorum. Scop. Carn. ed. 2. n. 559. Wigg. prim. Flor. Hof. p. 36.

Sedum rosulis sessilibus liberis conniuentibus, foliis ciliatis, in apice purpureis. Hall. Goett. p. 133. Boehm. Lips. n. 412. Nonne Erford. p. 196. n. 6. Zinn. Goett. p. 169.

Sedum seu Semperuium maius officin. Volk, Norimb. p. 346.

Sedum maius vulgare. C. Bauh. pin. p. 283. Ioh. Bauh. hist. 3. p. 687. Bergen Flor. Francof. p. 147. n. 1.

Folia ovato-lanceolata, hinc conuexa, inde plana, glabra, carnosa, margine ciliata: ramorum decumbentium in rosulas congesta primo conniuentia, demum patentia; caulina alterna, sessilia. *Caulis* erectus, pedalis, simplicissimus, apice diuisus. *Flores* purpurei, secundi, in racemos patentes, incuruatos dispositi, solitarii subsessiles, extus hirsuti. *Petala* duodecim ad sedecim. *Stamina* duodecim ad sedecim, rubra, laeua. *Pistilla* plerumque duodecim. *Calyx* plerumque duodecaphyllus.

Omiss. in Flor. Germ. *Semperuium globiferum*.

S. foliis ciliatis, propaginibus globosis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 460. Doerr. Nass. p. 212. Jacq. Vind. p. 84. Flor. Austr. vol. 5. append. p. 50. Tab. 40.*

S. tectorum minus. *Rupp. Ien. p. 165.*

Sedum vulgari magno simile. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 688.*

Bergen. Flor. Francof. p. 148. n. 2.

Differt ab antecedente 1. *Propaginum foliis* conniuentibus, dense imbricatis, globum efficientibus 2. *Calyce* hemisphaerico, in laciniis lineares, aequales, duodecim ad viginti secto. 3. *Petalis* lineari-lanceolatis, calyce triplo fere maioribus, flauis basi subrubentibus, patentissimis.

Variat Petalis sex: Staminibus sex: Pistillis sex.

Obseru. Numero partium floris et fructificationis a *Sedo* tantum differt *Semperuuum*.

 CLASSIS XII.

I C O S A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

P H I L A D E L P H V S.

Flor. Germ. p. 210. *Philadelphus coronarius*.

P. foliis subdentatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 473. Nou-
ne Erford. p. 149. Plan. Erford. p. 137. Zimm. Goett. p. 147.*

Syringa alba siue *Philadelphus Athenaei.* *C. Bauh. pin. p.
399.*

Frutex sexpedalis et maior. *Rami* oppositi. *Folia* oppo-
sita, ovato-oblonga, dentata, acuminata, glabra, breuiter petio-
lata. *Flores* in racemum terminalem dispositi, speciosi, albi,
odoratissimi. *Stylus* florescentiae tempore quadrifidus, in fructu
ad basin fere vique quadripartitus.

P R V N V S.

Flor. Germ. p. 211. n. 1. *Prunus Padus*.

*P. floribus racemosis, foliis deciduis, basi subtus biglandu-
lofis.* *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 483. Doerr. Nass. p. 264.
Elwert Flor. Marggrau. Baruthin. p. 14 Jacq. Vind. p. 85.
Plan. Erf. p. 138. Scop. Carn. ed. 2. n. 589. Weig. Flor. Pom. n.
309. Wilke Fl. Gryph. n. 254. Zimm. Goett. p. 145.*

P. foliis deciduis, floribus racemosis. *Hall. Goett. p. 112.
Cerasus racemosa syluestris, fructu non eduli.* *C. Bauh.
pin. p. 457. Volck. Norimb. p. 96.*

Cerasus racemosa quibusdam, aliis *Padus.* *Ioh. Bauh. hist.
I. p. 228.*

Padus germanica, folio deciduo. *Rupp. Ien. p. 135. Buxb.
Halenf. p. 249. Hoppe Flor. Ger. p. 81.*

Padus glandulis duabus basi foliorum subiectis. *Bergen Fl.
Francof. p. 168. Boehm. Lips. n. 399.*

Padus Theophrasti. *Dill. Gief. p. 66.*

Frutex ad arboris magnitudinem accedens. *Rami* alterni. *Folia* alterna, ovali-lanceolata, serrata, glabra, nervosa, subtus pallidiora, petiolata, basi biglandulosa. *Flores* albi in racemos laterales, laxis, solitarios, nutantes dispositi, parvi, pedunculati. *Petala* denticulata. *Drupa* nigra, magnitudine Pili.

Obseru. *Flores* plures steriles pistillo imperfecto.

Flor. Germ. p. 211. n. 2. *Prunus Mahaleb.*

P. floribus corymbosis terminalibus, foliis ovatis. *Linn.* Syst. Plant. Tom. 2. p. 485. *Crantz* Austr. p. 95. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 588.

Cerasus sylvestris amara, Mahaleb putata. *Job. Bauh.* hist. 1. p. 227.

Ceraso affinis. *C. Bauh.* pin. p. 451.

Frutex ad altitudinem humanam accedens, erectus. *Folia* ex subrotundo - ovata, obtusa, breui mucrone terminata, laete viridia, glabra, conduplicata, serrata. *Corymbi* terminales, multiflori. *Flores* albi. *Calycis lacinae* reflexae. *Drupa* nigra. *Bractee* brevissimae serratae, obtusissimae.

Flor. Germ. p. 211. n. 3. *Prunus Cerasus.*

P. umbellis subpedunculatis, foliis ovato-lanceolatis, glabris conduplicatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 486. *Elwert* Flor. Marggrav. Baruth. p. 14. *Jacq.* Vind. p. 85. *Crantz* stirp. Austr. p. 94. *Weigel* Flor. Pom. n. 309. *Wilke* Flor. Gryph. n. 255.

P. pedunculis simplicibus, foliis ovato-lanceolatis conduplicatis. *Zinn.* Goett. p. 145.

α. austera.

Cerasus austera acidissima, sanguineo succo. *C. Bauh.* pin. p. 450. *Leyff.* Halens. n. 474. *α.*

β. pumila.

Prunus Cerasus. *Pollich* palat. n. 467.

Cerasus pumila. *C. Bauh.* pin. p. 450. *Buxb.* Halens. p. 62. *Leyff.* Halens. n. 474. *β.* *Rupp.* Ien. p. 135.

α. austera.

Frutex ad arboris altitudinem accedens. *Folia* ovata, utrinque attenuata, glabra, aequaliter serrata, conduplicata. *Florum umbellae* sessiles vix pedunculatae. *Calycis lacinae* obtusissimae, demum reflexae. *Drupa* nigro-purpurascens.

β. *pumila*.

Frutex bi- seu tripedalis, vix altior, albo et incano, demum rubello cortice, glabra, vestitus. *Rami* alterni, virgati. *Folia* ovata, acutiuscula aut obtusa, serrata, utrinque glabra, in petiolum brevem decurrentia, vnciam longa et plerumque dimidiam vnciam lata. *Pedunculi* vix vnciales, aut solitarii, aut tres vel quatuor, pedunculo communi brevissimo insidentes. *Bractee* ad pedunculorum basin parvae, subulatae. *Flores* triplo fere minores quam in α. *auspera*. *Drupa* duplo vel quadruplo minor, quam in α.

Flor. Germ. p. 211. n. 4. *Prunus avium*.

P. umbellis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis, subtus pubescentibus conduplicatis. *Lin.* Syst. Plant. T. 2. p. 487. *Doerr.* Natf. p. 264. *Elwert* Flor. Marggr. Baruthin. p. 14. *Nonne* Erford. p. 189. *Plan.* Erford. p. 138. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 327. *Weigel* Flor. Pom. n. 310. *Wilke* Flor. Gryph. n. 256.

P. *Cerasus*. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 587.

Cerasus foliis ovato-lanceolatis. *Boehm.* Lipsf. n. 400. *Hall.* Goett. p. 112.

Cerasus maior et sylvestris, fructu subdulci nigro colore insufficiente. *C. Bauh.* pin. p. 450. *Bergen* Flor. Francof. p. 167. n. I. *Buxb.* Halensf. p. 5. *Dill.* Giesf. p. 45. *Rupp.* Ien. p. 134.

Cerasus sylvestris, fructu nigro et rubro. *Ioh. Bauh.* hist. I. p. 228.

Arbor non raro altissima, cortice cinereo et albo demum rimoso obductus. *Rami* alterni, satis rigidi. *Folia* ovata, acuminata, inaequaliter serrata, glabra, subtus venis reticulata, laeviter pubescentia. *Flores* corymbosi, pedunculo communi destituti, aut solitarii, plures abortientes, pedunculati. *Drupa* purpurea, demum nigrescens.

Obferu. In altioribus arboribus Folia ob petiolorum debilitatem flaccida et pendula obferuantur.

Flor. Germ. p. 212. n. 5. *Prunus domestica.*

P. pedunculis subfoliariis, foliis lanceolato-ouatis conuolutis, ramis muticis. *Linn. Syft. Plant. T. 2. p. 488. Jacq. Vind. p. 85.*

P. inermis, foliis lanceolato-ouatis. *Boehm. Lipf. n. 402.*

Prunus. C. Bauh. pin. p. 443.

Frutex ad arboris altitudinem accedens. *Folia* ferrata, vtrinque pubefcentia, breuiter petiolata. *Pedunculi* folitarii, aut gemini, vnciales, hirsuti. *Calycis lacinae* denticulatae, extus hirsutae.

Obferu. Pleres *Linneus* l. c. enumerauit varietates quae praecipue a fructus qualitate et figura dependent, minus autem spontaneae.

Flor. Germ. p. 212. n. 6. *Prunus infititia.*

P. pedunculis geminis, foliis ouatis, subtus villosis, conuolutis, ramis spinefcentibus. *Linn. Syft. Plant. T. 2. p. 489. Jacq. Vind. p. 85. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 328.*

P. fylueftris praecox altior. *Bergen Flor. Francof. p. 165. n. 2. Buxb. Halenf. p. 271. Rupp. Ien. p. 133.*

Pruna fylueftria, praecocia. C. Bauh. pin. p. 444. Volck. Norimb. p. 344.

Frutex ad arboris altitudinem accedens. *Rami* alterni spinefcentes. *Folia* ouata, alterna, petiolata, subtus villosa, non raro conuoluta. *Pedunculi* gemini e quauis gemma. *Drupa* rotunda, nigra.

Flor. Germ. p. 212. n. 7. *Prunus spinofa.*

P. pedunculis folitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis spinofis. *Linn. Syft. Plant. T. 2. p. 489. Elwert Flor. Margrav. Baruthin. p. 14. Jacq. Vind. p. 45. Nonne Erford. p. 190. n. 2. Plan. Erford. p. 139. Scop. Carn. ed. 2. n. 586. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 329. Weigel Flor. Pom. n. 311. Wilke Flor. Gryph. n. 257.*

P. spi-

P. spinosa, foliis lanceolatis. *Hall.* Goett. p. 112. *Boehm.* Lipsf. n. 401. *Zinn.* Goett. p. 144.

P. Acacia. *Crantz* stirp. Austr. p. 193.

P. fyluestris. *C. Bauh.* pin. p. 44. *Bergen* Flor. Francof. p. 165. n. 1. *Buxb.* Halensf. p. 271. *Dill.* Giesl. p. 48. *Rupp.* Ien. p. 133.

Acacia germanica. *Volck.* Norimb. p. 6.

Differt ab antecedente 1. *Foliis* ovato-lanceolatis, seu lanceolatis, glabris. 2. *Pedunculis* solitariis. 3. *Fructu* duplo minore.

DIGYNIA.

C R A T A E G V S.

Flor. Germ. p. 212. n. 1. *Crataegus Aria.*

C. foliis ovatis incilis ferratis subtus tomentosis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 491. *Doerr.* Nassf. p. 256. *Iacq.* Vind. p. 86. *Plan.* Erf. p. 139.

C. alpinus Alni folio incano. *Rupp.* Ien. p. 136.

Mespilus Aria floribus digynis, foliis ovaris, subtus tomentosis. *Scop.* Carn. ed. 1. p. 584. n. 4. ed. 2. n. 591.

Sorbus Aria foliis ovalibus ferratis, facie splendentibus dorso tomentosis, fructu biloculari. *Crantz* stirp. Austr. p. 86. Tab. 2. fig. 2.

Sorbus foliis ovatis, inaequaliter ferratis, subtus tomentosis. *Hall.* Goett. p. 111.

Sorbus alpina. *Ioh. Bauh.* hist. 1. p. 65.

Alni effigie, lanato folio maior. *C. Bauh.* pin. p. 452.

Frutex ad arboris altitudinem accedens, cortice e bruno albedo obductus. *Rami* alterni. *Folia* ovata, inciso-ferrata, supra viridia, glabra, subtus albo tomento vestita, petiolata. *Flores* corymbosi, terminales, albi. *Pedunculi* tomentosi. *Calyx* albo tomentosus. *Petala* subrotunda, obtusa. *Bacca* ovata, subtomentosa, rubra.

Variat 1. *Foliis* pinnatifidis. *Pollich* palat. n. 470. *β.* *Oeder* Flor. Dan. Tab. 301?

2. *Petalis* sex.
3. *Stylis* tribus.

Flor. Germ. p. 213. n. 2. *Crataegus torminalis*.

C. foliis cordatis septangulis: lobis infimis diuaticatis. *Linn.* Syft. Plant. T. 2. p. 492. *Doerr.* Nass. p. 256. *Elwert* Flor. Marggrav. Baruthin. p. 14. *Iacq.* Vind. p. 86. *Nonne* Erf. p. 191. n. 1. *Plan.* Erf. p. 139. *Weigel* Flor. Pom. n. 312.

C. folio laciniato. *Rupp.* Ien. p. 136. *Hoppe* Flor. Ger. p. 81. *Bergen* Flor. Francof. p. 172. n. 1. *Buxb.* Halens. p. 87. *Dill.* Gief. p. 66.

Mespilus Apii folio fyluestris non spinosa, siue Oxyacantha. *Volck.* Norimb. p. 288.

Mespilus torminalis. *Wigg.* prim. Flor. Holf. p. 38.

Sorbus torminalis folio septangulo, fructu ouato biloculari. *Crantz* stirp. Austr. p. 85.

Sorbus Crataegus folio septangulo subtus hirsuto. *Hall.* Goett. p. 110. *Zinn.* Goett. p. 142.

Sorbus torminalis et Crataegus Theophrasti. *Ioh. Bauh.* hist. 1. p. 63.

Mespilus, apii folio, non spinosa, seu Sorbus torminalis. *C. Bauh.* pin. p. 454.

Frutex ad arboris altitudinem accedens, rubro cortice abductus. Folia alterna, subrotunda, setemloba, serrata, duriuscula, obtusa, supra glabra, subtus pubescentia. Petioli tomentosi. Flores in scorymbos ramosos terminales amplos dispositi, albi. Calyx lanatus, albidus. Bacca fusca, ouata, villosa.

Variat *Stylis* tribus.

Flor. Germ. p. 213. n. 3. *Crataegus Oxyacantha*.

C. foliis obtusis subtrifidis serratis. *Linn.* Syft. Plant. T. 2. p. 494. *Doerr.* Nass. p. 256. *Elwert* Flor. Marggr. Baruth. p. 14. *Iacq.* Vind. p. 86. *Nonne* Erf. p. 192. n. 2. *Plan.* Erford. p. 139. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 330. *Weigel* Flor. Pom. n. 313. *Wilke* Flor. Gryph. p. 258.

C. spinosa, foliis obtusis, saepe trifidis. *Boehm.* Lips. n. 404.

C. spi.

C. spinosa, foliis obtusis bis trifidis. *Bergen Flor. Francof.* p. 172. n. 2.

Mespilus Oxyacantha. *Wigg. prim. Flor. Holfat* p. 38.

Mespilus Oxyacantha spinosa, drupa ouata, monosperma. *Crantz stirp. Austr.* p. 82.

Mespilus Oxyacantha floribus digynis, foliis obtusis, bitrifidis, ferratis. *Scop. Carn. ed. 1.* p. 585. n. 5. *ed. 2.* n. 590.

Mespilus Apii folio syluestris spinoso, seu *Oxyacantha*. *C. Bauh. pin.* p. 454. *Buxb. Halens.* p. 216. *Dill. Gief.* p. 66. *Volck. Norimb.* p. 289.

Oxyacantha vulgaris. *Rupp. Ien.* p. 136. *Hoppe Flor. Ger.* p. 82.

Oxyacantha vulgaris siue spina alba. *Ioh. Bauh. hist. I.* p. 49.

Sorbus spinosa, foliis obtusis, saepe trifidis. *Hall. Goett.* p. III.

Sorbus Crataegus spinosa, foliis obtusis, saepe trifidis. *Zinn. Goett.* p. 142.

Frutex ad arboris altitudinem accedens, aculeatus. *Folia* ouata, obtusa, glabra, in petiolum subdecurrentia, obtusa, triloba, ferrata; lobo intermedio trifido. *Flores* albi, fasciculato-corymbosi, pedunculati. *Petala* subrotunda, concaua, crenulata. *Antherae* roseae. *Bacca* elliptico-subrotunda, rubra, plerumque disperma.

Variat 1. *Stylis* tribus seu quatuor.

2. *Foliis* integris.

3. *Foliis* pinnatifidis.

T R I G Y N I A.

S O R B V S.

Flor. Germ. p. 213. n. 1. *Sorbus Aucuparia*.

S. foliis pinnatis vtrinque glabris. *Linn. Syst. Plant. T. 2.* p. 495. *Doerr. Nass.* p. 273. *Elwert Flor. Marggr. Baruth.*

p. 14. *Jacq.* Vind. p. 86. *Nonne* Erford. p. 192. n. 1. *Plan.* Erford. p. 139. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 331. *Weigel* Flor. Pom. n. 314. *Wilke* Flor. Gryph. n. 259.

S. foliis pinnatis, glabris, fructu minimo. *Boehm.* Lipf. n. 405. *Zinn.* Goett. p. 142.

S. foliis pinnatis, glabris, fructu glabro ineduli. *Hall.* Goett. p. 110.

S. foliis pinnatis, fructu pomiformi quinqueloculari. *Crantz* stirp. Austr. p. 88. Tab. 1. fig. 4.

S. Aucuparia. *Ioh. Bauh.* hist. 1. p. 62. *Bergen* Flor. Francof. p. 172. n. 1. *Buxb.* Halensf. p. 308. *Dill.* Gief. p. 65. *Hoppe* Flor. Ger. p. 84.

S. sylvestris, foliis domesticae similis. *C. Bauh.* pin. pag. 415.

Aucuparia Rivin. *Rupp.* Ien. p. 140.

Mespilus Aucuparia. *Wigg.* prim. Flor. Holf. p. 38.

Mespilus Aucuparia floribus trigynis: foliis pinnatis glabris. *Scop.* Carn. ed. 1. p. 584. n. 3. ed. 2. n. 593.

Frutex ad arboris magnitudinem accedens, cortice cinereo obductus. *Rami* alterni. *Folia* pinnata, subpubescentia: *pinnis* oppositis, sessilibus, lanceolatis, acuminatis, serratis; *terminali* maiore petiolata. *Flores* albi, in Corymbum conuexam, ramosum, magnum dispositi. *Calyx* extus pubescens. *Petala* subrotunda, obtusa, concava, integerrima. *Bacca* globosa, glabra, rubra, plerumque trisperma.

Flor. Germ. p. 213. n. 2. *Sorbus hybrida.*

S. foliis semipinnatis, subtus tomentosis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 496. *Grimm.* Hénac. in Nov. Act. A. N. C. Tom. 5. p. 144. *Oeder* Flor. Dan. Tab. 302. fig. altera cum fructu.

Plantam nondum vidi. At *Linneus iunior* in Plant. rar. Hort. Vpsal. Fasc. 1. p. 11. descriptionem, et Tab. 6. figuram nobis reliquit.

Arbor mediocris, cortice fusco obducta. *Rami* alterni, breues, rigidi, recti. *Folia* alterna, patentissima approximata, petiolata, oblongo-ouata, obtusa, semipinnata: *foliolis infimis* ad basin usque diuisis; *imis* confluentibus; oblongis, acutis aequaliter serratis: supra glaberrima; subtus tomentosa, albida.

Flor. Germ. Vol. II. P. I.

M 11

Flores

Flores albi, magnitudine *Sorbi Aucupariae*. in corymbos terminales ramulorum, erectos, compositos digesti. *Bacca* ovata, glabra, rubra, intus lutea, magnitudine *Crataegi Ariae*, trisperma.

Obseru. Collata Icone Celeberrimi *Oederi* l. c. cum illa *Linnei*, prior *Oederi*, ob folium inciso-ferratum tantum, minus quadrare videtur. Cum figura et descriptione *Linnei* l. c. optime conuenire videtur Icon *Oederi* Flor. Dan. Tab. 301.

Flor. Germ. p. 214. n. 3. *Sorbus domestica*.

S. foliis pinnatis, subtus villosis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 497.* *Iacq. Vind. p. 86.* *Nonne Erford. p. 192. n. 2.* *Plan. Erford. p. 140.*

S. foliis pinnatis, fructu pyriformi quinqueloculari. *Crantz stirp. Austr. p. 87. Tab. 2. fig. 3.* fructum repraesentat.

S. fatiua. *C. Bauh. pin. p. 415.* *Bergen Flor. Francof. p. 172.* *Rupp. Ien. p. 140.*

Similis *Sorbo Aucupariae* sed differt *Foliis* subtus villosis, *Fructu* multo maiore, pyriformi, e viridi flauo aut subrubro. *Grandaeua* arbor et plerumque post sexagesimum annum primum fructificat.

P E N T A G Y N I A.

M E S P I L V S.

Flor. Germ. p. 214. n. 1. *Mespilus germanica*.

M. inermis, foliis lanceolatis subtus tomentosis, floribus sessilibus solitariis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 497.* *Iacq. Vind. p. 87.* *Nonne Erford. p. 197.* *Plan. Erford. p. 140.*

M. foliis lanceolatis integerrimis subtomentosis, calycibus acuminatis. *Boehm. Lips. n. 416.*

M. foliis oblongis argute ferratis, bacca pyriformi truncata. *Crantz stirp. Austr. p. 80.*

M. germanica, folio laurino non ferrato. *C. Bauh. pin. p. 453.* *Buxb. Halens. p. 216.*

Mespi-

Mespilus vulgaris. *Ioh. Bauh. hist. I. p. 69. optima.*

Frutex ad arboris altitudinem accedens, cortice cinereo et bruniusculo obductus. *Rami* alterni, diuergentes; *iuniores* tomentosi, *spinis* axillaribus solitariis, fere semiuncialibus, validis, nitidissimis, rectis armati. *Folia* alterna, oblongo-lanceolata, tenuissime ferrata, breuiter petiolata, mollia, subtus tomentosa. *Flores* terminales, solitarii, speciosi, subsessiles, albi. *Calycis lacinae* lanceolatae, vtrinque pubescentes. *Petala* subrotunda, basi appendiculata. *Germen* inferum, oblongum, tomentosum. *Fructus* obouatus, fuscus, truncatus, villosus, plerumque pentaspermus. *Bractea* ad basin germinis, lineari-lanceolata, in petiolum decurrens, longitudine floris et fructus.

Obseru. Spontanea planta semper spinosa, cultura autem deponit spinas atque inermis obseruatur. Hinc *Linnei* differentia specifica erit mutanda.

Flor. Germ. p. 214. n. 2. *Mespilus Amelanchier.*

M. inermis, foliis ovalibus, ferratis, subtus hirsutis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 498. Doerr. Nass. p. 262. Jacq. Vind. p. 87.*

M. floribus pentagynis; racemis terminalibus, foliis ouatis, obtusis, ferratis, caule inermi. *Scop. Carn. ed. I. p. 584. n. 2. ed. 2. n. 595.*

M. alpina folio Alni lanato minor. *Rupp. Ien. p. 138. Hoppe Flor. Ger. p. 83.*

Alni effigie, lanato folio, minor. *C. Bauh. pin. p. 452.*

Sorbus Amelanchier foliis ovalibus, ferratis carinatis, fructu globofo, multiloculari. *Crantz stirp. Austr. p. 90.*

Frutex erectus, sexpedalis et maior, cortice cinereo obductus. *Rami* alterni; *iuniores* tomentosi. *Folia* ovalia, obtusa, dentata, supra glabra, subtus, praecipue iuniora, albido-tomentosa. *Petioli iuniores* tomentosi, aetate glabri. *Corymbi* racemosi. *Flores* albi, speciosi. *Calycis lacinae* lineares, exiguae, rubellae cum germine villosae. *Petala* obuerse lanceolata, obtusa, integerrima. *Styli* quinque. *Bacca* globofa, primo viridis, maturitate caerulea aut nigricans, succulenta, glaberrima, polysperma. *Bractee* lineares cum pedunculis et foliorum stipulis villosissimae.

Obferu. Rami iuniores cum foliis, petiolis, ftipulis, pedunculis, germine et Calyce villofo-tomentofa, aetate tomentam dimittunt.

Flor. Germ. p. 214. n. 3. *Mefpilus Cotoneafter.*

M. inermis, foliis ouatis integerrimis fubtus tomentofis. *Linn. Syft. Plant. T. 2. p. 500. Dorr. Naff. p. 263. Elwert Flor. Margrav. Baruth. p. 14. Grimm Henac. in Nov. Act. Acad. N. C. T. 3. append. p. 321. Jacq. Viind p. 87. Scop. Carn. ed. 2. n. 594. Weig. Flor. Pom. n. 315. Wilke Flor. Gryph. n. 260.*

M. foliis ouato-acuminatis integerrimis, fubtus lanatis, bacca globofa. Crantz ftirp. Auflr. p. 81. Cotoneafter folio rotundo non ferrato. C. Bauh. pin. p. 452.

Cotoneafter. Ioh. Bauh. hift. 1. p. 73. Rupp. Ien. p. 137.

Sorbus Mefpilus, foliis ouatis integerrimis. Hall. Goett. p.

III.

Frutex quadri feu quinquepedalis, cortice cinereo obductus. *Rami* alterni, diuergentes. *Folia* ouata, acutiufcula, integerrima, fupra glabra, reticulata, fubtus albo-tomentofa, breuiter petiolata. *Pedunculi* aut fimplices vniflori, aut plerumque rami, quadri feu quinqueflori, laterales, fubtomentofi. *Flores* parui, albi, fubnantes. *Petala* fubrotunda. *Calycis lacinae* ouato-lanceolatae, obtufae. *Styli* plerumque tres, rarius quatuor feu quinque. *Bacca* rubra, fiborbiculata, plerumque trifperma, rarius tetra- feu pentaperma.

Obferu. *Crataegus, Sorbus* et *Mefpilus* commode omnino, monente *Wiggersio* prim. Flor. Holfat. p. 39. in vnum genus poffunt coire. Generum horum diuerfitas a ftylorum et feminum fructus numero folummodo dependet, qui in omnibus fpeciebus maxime variabilis obferuatur. Piffilla enim duo ad quinque cum totidem plerumque feminibus in Bacca adfunt cum calyce quinquefido, fupero petalifque quinque.

P Y R V S.

Flor. Germ. p. 215. n. 1. *Pyrus communis.*

P. foliis ferratis laevibus, floribus corymbosis. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 500. Doerr Nass. p. 265. Elwert Flor. Marggrav. Baruth. p. 14. Jacq. Vind. p. 87. Nonne Erford. p. 198. n. 1. Plan. Erford. p. 140. Scop. Carn. ed. 2. n. 598. Weigel Flor. Pom. n. 316. Wilke Flor. Gryph. n. 261.

P. pyrafter. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 332.

P. foliis ferratis, pomis basi productis. Boehm. Lips. n. 417. Hall. Goett. p. 111. Zinn. Goett. p. 143.

P. fyluestris. C. Bauh. pin. p. 439. Bergen Flor. Francof. p. 169 n. 1. Buxb. Halenl. p. 275. Rupp. Ien. p. 140. Volk. Norimb. p. 348.

Sorbus Pyrus foliis ferratis, fructu turbinato quinqueloculari. Crantz stirp. Austr. p. 93.

Frutex aut plerumque *arbor* spinescens cortice griseo demum rimoso obducta. *Folia* ovali s. brotunda acuminata, glabra, nitida, pendula, crenulata, longe petiolata, venis reticulata: *juniora* pubescentia. *Flores* corymbosi, albi. *Pomum* obuerie conicum aut subrotundum carnosum.

Flor. Ger. p. 215. n. 2. *Pyrus Pollveria.*

P. foliis ferratis subtus tomentosis, floribus corymbosis. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 501.

P. irregularis foliis ovatis acute ferratis, floribus cymosis. Onomast. Botan. Vol. 7. p. 611. Munchhausen Hauivat. Vol. 5. p. 246.

P. Pollvilleriana. Joh. Bauh. hist. 1. p. 59.

Differt ab antecedente 1. *Ramis junioribus* tomentosis. 2. *Foliis* maioribus, conduplicatis, argute ferratis, subtus cum petiolis albo-tomentosis. 3. *Corymbis* elongatis, vel cymosis. 4. *Pedunculis* calycibusque tomentosis. 5. *Floribus* minoribus.

Flor. Germ. p. 215. n. 3. *Pyrus Malus.*

P. foliis ferratis, umbellis sessilibus. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 501. Doerr. Nass. p. 265. Elwert Flor. Marggrav. Baruth. p. 14. Jacq. Vind. p. 87. Nonne Erford. p. 198. n. 2. Plan. Erford. p. 140. Scop. Carn. ed. 2. n. 599. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 333. Weigel Flor. Pom. n. 317. Wilke Flor. Gryph. n. 262.

P. foliis ferratis, pomis basi concavis. *Hall. Goett. p. III. Boehm. Lipsf. n. 418. Zimm. Goett. p. 143.*

Malus syluestris. C. Bauh. pin. p. 443.

Malus syluestris, fructu valde acerbo. Buxb. Hal. p. 208. Berg. Flor. Francof. p. 170. n. I. Rupp. Ien. p. 141.

Malus syluestris acido fructu. Dill. Gies. p. 53.

Sorbus Malus foliis, ferratis fructu sphaerico quinqueloculari. Crantz stirp. Austr. p. 93.

Frutex aut arbor, spinescens. Folia ouata, ferrata, glabra, petiolata. Flores fasciculati, pedunculati, plures abortientes, ex albo-purpurascens, speciosi. Pomum subrotundum, basi concavum.

Flor. Germ. p. 215. n. 4. Pyrus Cydonia.

P. foliis integerrimis, floribus solitariis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 503. Jacq. Vind. p. 87.*

P. foliis integerrimis. *Boehm. Lipsf. n. 419.*

Malus cotonea syluestris. C. Bauh. pin. p. 435.

Sorbus Cydonia foliis rotundis integerrimis, fructu lanato quinqueloculari. Crantz. stirp. Austr. p. 93.

Frutex ad arboris magnitudinem accedens. Rami alterni, iuniores tomentosi. Folia ouata, obtusiuscula, integerrima, petiolis tomentosis insidentia, supra glabra, subtus albo-tomentosa. Flores terminales, albi, solitarii, speciosi, magni, breuiter pedunculati. Calyx tomentosus cum germine: laciniis ouato-lanceolatis, ferratis. Pomum tomentosum, luteum, quinqueloculare: loculis polyspermis. Stipulae in ramis iunioribus ad petiolorum basin oppositae, ouatae, ferratae.

Obseru. *Pyrus* differt a *Crataego*, *Sorbo* et *Mespilo* Pomo insigniter carnosum.

S P I R A E A.

* *Fruticosae.*

Flor. Germ. p. 215. n. 1. Spiraea salicifolia.

S. foliis lanceolatis obtusis ferratis nudis, floribus duplicato-racemosis. *Linn. Syst. Plant. Tom. 2. p. 520. Elwert Flor. Marg-*

Marggrav. Baruthin. p. 14. *Weigel* obseru. botan. pag. 31. §. 18.

Frutex spicatus, foliis ferratis salignis. *C. Bauh.* pin. p. 475.

Frutex tri- ad quinquepedalis, erectus. *Rami* alterni, angulati, glabri. *Folia* alterna, lanceolata, vtrinque a tenuata, obrufuscula, in petiolum breuem desinentia, glabra, serrata. *Racemus* terminalis, compositus pedunculis iterum racemosis. *Flores* rosei, pedunculati.

* * *Herbaceae.*

Flor. Germ. p. 216. n. 2. *Spiraea Aruncus.*

S. foliis supradecompositis, spicis paniculatis, floribus dioicis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 522. Elwert Flor. Marggrau. Baruthin' p. 14. Jacq. Vind. p. 88. Plan. Erford. p. 140. Scop. Carn. ed. 2. n. 601. Verzeichniss der Pflanzen, welche nach der Anz. und Beschaff. ihrer Geschlechtsth. nicht in den geher. Class und Ordn. stehen. p. 152. Zinn. Goett. p. 119. Crantz stirp. Austr. p. 109.*

Barba caprae, foliis oblongis. *C. Bauh.* pin. p. 163. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 488. bona.*

Drymopogon. *Buxb. Halensf. p. 58. Rupp. Ien. p. 124.*

Filipendula sexubus tota planta diuisis. *Hall. Goett. p. 90.*

Filipendula sexu distincta foliis aequalibus. *Bergen. Flor. Francof. p. 149. n. 2.*

Caules plures ex vna radice, quadripedales et maiores, erecti, alba medulla farcti. *Folia* subradecomposita, vtrinque glabra: *foliolis* ouatis, longe mucronatis, duplicato-ferratis: *terminali* longius petiolato et non raro trifido aut trilobo. *Panicula* terminalis, composita spicis filiformibus, erectis ramosis, nudis. *Flores* albi, parui, breuiter pedunculati, sparsi, aut etiam conferti. *Bractee* ad paniculae dichotomias solitariae, capillares, trifidae, aut tenuissime diuisae. *Calycis* quinquefidi *laciniae* tenuissimae, flauo-fuscae, *corolla* breuiores. *Petala* flauo-albida, ouata.

α. *Masculus* planta.

Panicula speciosa. *Stamina* plura, ad viginti. *Filamenta* capillaria, calyci inserta. *Pistillum* nullum, aut imperfectum.

β. *Planta foeminea.*

Panicula minor. *Flores* duplo minores. *Stamina* nulla. *Styli* quatuor seu quinque, filiformes. *Stigmatta* capitata. *Capsulae* quatuor seu quinque, nitidae, non spirales, subdiapermae.

Variat *Pistillis* *capsulisque* tribus.

Obseru. Plantam masculam et hermaphroditam, hinc polygamam, obseruarunt nonnulli Botanici. In *Germania* autem semper huc vsque dioica visa est.

Flor. Germ. p. 216. n. 3. *Spiraea Filipendula.*

S. foliis pinnatis: foliolis vniformibus serratis caule herbaeco, floribus corymbosis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 523. *Crantz.* Stirp. Austr. p. 109. *Elwert* Flor. Marggrau. Baruthin. p. 14. *Iacq.* Vind. p. 88. *Plan.* Erford. p. 141. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 602. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 334. *Weig.* Fl. Pom. n. 318. *Zinn.* Goett. p. 119.

Filipendula foliis longis angustis, extremo trilobato, minimis pinnulis intermixtis. *Hall.* Goett. p. 90.

Filipendula foliis pinnatis, foliolis vniformibus. *Nonne* Erf. p. 248.

Filipendula vulgaris, an Molon Plinii? *C. Bauh.* pin. p. 163. *Bergen* Fl. Francof. p. 150. n. 3. *Buxb.* Halensf. p. 111. *Volck.* Norimb. p. 168.

Filipendula officinarum. *Rupp.* Jen. p. 161.

Filipendula. *Ioh. Bauh.* hist. 3. Lib. 27. p. 189. (Descriptio, non figura, quae *Sison verticillatum* repraesentat. At p. 9. sub *Dauco* pratensi *Dalechampii* figura exstat. exclusa descriptione.) *Boehm.* Lipsf. n. 542. *Dill.* Giesf. append. p. 18.

Radix ex napulis subrotundis vtrinque in fila attenuatis composita. *Caulis* tetripedalis et altior, erectus, simplex. *Folia* pinnata, longa: *radicalia* in orbem digesta; *caulina* alterna: *pinnis* lanceolatis, inciso-dentatis, quibus *minores* palmatae intermixtae. *Stipulae* amplexicales, dentatae. *Flores* albi in paniculam terminalem, ramolam, cymosam dispositi. *Calycis lanceolatae*

ciniae reflexae. Petala oblonga. Pistilla decem et plura. Capsulae piloso-hispidae, apicibus reflexis, capitatis.

Flor. Germ. p. 216. n. 4. *Spiraea Vlmaria.*

S. foliis pinnatis: impari maiore lobato, floribus cymosis
Lim. Syst. Plant. t. 2. p. 523. Crantz flup. Austr. p. 109. Elwert Flor. Marggrau. Baruthin. p. 14. Jacq. Vind. p. 88. Plan. Erford. p. 141. Scop. Carn. ed. 2. n. 603. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 335. Weigel Fl. Pom. n. 319. Wilke Flor. Gryph. n. 263. Zimm. Goett. p. 119.

Filipendula Vlmaria dicta Clusio. Bergen Flor. Francof. p. 149. n. 1.

Filipendula foliis ex ovatis acutis, extremo trilobato, minimis pinnulis intermixtis. Hall. Goett. p. 90.

Barba caprae floribus compactis. C. Bauh. pin. p. 164.

Vlmaria. Ioh. Bauh. hist. 3. p. 488 Boehm. Lips. n. 421. Buxb. Hal. p. 340. Dill. Giesl. p. 97. Hoppe Flor. Ger. p. 59. Rupp. Ien. p. 101.

Vlmaria vulgaris. Volck. Norimb. p. 403.

Caulis erectus, tripedalis et maior, angulosus. Folia pinnata, supra glabra, subtus incana subtomentosa: pinnis subsessilibus, ovatis, acuminatis, inaequaliter ferratis, quibus minimae immixtae: impari maxima, triloba. Stipulae amplexicaules, subrotundae, dentatae. Flores albi, in cymam terminalem dense congesti. Calycis lacinae exiguae, reflexae. Petala subrotunda. Styli plerumque quinque seu sex. Capsulae glabrae, spiraliter intortae.

P O L Y G Y N I A.

R O S A.

* *Germinibus subglobosis.*

Flor. Germ. p. 217. n. 1. *Rosa Eglantheria.*

R germinibus globosis pedunculisque glabris, caule aculeis sparsis rectis, petiolis scabris, foliolis acutis. *Lim. Syst.*

Plant. T. 2. p. 524. *Elwert* Flor. Marggrav. Baruthin. p. 14.
Plan. Erford. p. 141.

R. lutea simplex. *C. Bauh.* pin. p. 483. *Buxb.* Halens.
 p. 287. *Rupp.* Ien. p. 139.

R. lutea. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 47. bona.

Frutex quinquepedalis et altior, cortice rubefcente et aculeis paucioribus sparsis rectis praeditus. *Foliorum* pinnae ovato-oblongae, vtrinque glabrae, duplicato et acute serratae. *Petiolii* piloso - scabri. *Stipulae* lanceolatae, dentato - glandulosae, diuergentes, versus basin petiolorum. *Pedunculi* solitarii, vni-flori, sparsi, glabri. *Germen* globosum, fuscum. laeue. *Calycis lacinae* extus pilosae, lanceolatae: tribus pinnatifidis seu appendicibus linearibus praeditis. *Petala* magna, flaua, venosa, subemarginata.

Variat I. *Germinibus* subaculeato

2. *Calycis laciniis* extus ad basin aculeatis.

Flor. Germ. p. 217. n. 2. *Rosa cinnamomea*.

R. germinibus globosis pedunculisque glabris, caule aculeis stipularibus, petiolis subinermibus. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 525.

R. odore cinnamomi simplex. *C. Bauh.* pin. p. 483.

R. cinnamomea, floribus subrubentibus, spinosa. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 30.

Differt ab antecedente 1. *Aculeis* ad basin cuiusque ramuli et stipulae duobus oppositis. 2. *Stipulis* oblongis duplo vel triplo minoribus, subcoloratis. 3. *Foliis* subtus pallidioribus, villosis. 4. *Calycis laciniis* integerrimis. 5. *Petalis* extus flauis, intus e croceo purpurascensibus.

Flor. Germ. p. 217. n. 3. *Rosa aruensis*.

R. germinibus globosis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis, floribus cymosis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 526. *Plan.* Erf. p. 141.

R. aruensis candida. *C. Bauh.* pin. p. 484. *Rupp.* Ien. p. 139. Not. *Halleri*.

R. sylvestris, folo glabro, flore plane albo. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 44.*

Frutex non raro decempedalis, robustus, aculeis validis, incurvis, sparsis, corticeque viridi aut purpurascente laevi praeditus. *Foliorum pinnae* ovatae, vtrinque attenuatae, serratae, glabrae, subtus pallidiores, scabriusculae. *Petiali* tomentosi, subtus aculeati. *Stipulae* breues, pubescentes, margine tenuissime ferrato-glandulosae. *Pedunculi* tres ad quinque in cymam seu corymbum dispositi, approximati, glabri, simplices, uniflori, basi foliis duobus suboppositis inuolucrati. *Germen* glabrum, subrotundum. *Calycis lacinae* lanceolatae, in acumen desinentes, reflexae, pinnatifidae, extus pilosae. *Fructus* globosi, magnitudine fere *Cerasi*.

Observ. In ramis floriferis vix aculei sparsi, semper fere axillares seu stipulares obseruantur.

Flor. Germ. p. 217. n. 4. *Rosa spinosissima*.

R. germinibus globosis glabris, pedunculis hispidis, caule petiolisque aculeatissimis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 526. Elwert Flor. Marggrav. Baruthin. p. 14. Weigel Flor. Pom. n. 322. Wilke Flor. Gryph. n. 265. Oeder Flor. Dan. Tab. 398.*

R. germinibus globosis glabris, pedunculis, caule petiolisque aculeis confertis. *Crantz stirp. Austr. p. 84.*

R. campestris spinosissima, flore albo odorato. *C. Baub. pin. p. 483. Bergen Flor. Francof. p. 173. n. 3. Buxb. Hal. p. 285. Rupp. Ien. p. 139.*

R. pumila, spinosissima, foliis Pimpinellae glabris, flore albo. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 40. Dill. Gies. p. 103.*

R. calycis foliolis indivisis, pomis globosis. *Boehm. Lips. n. 451.*

Frutex humilis, cortice rubello, et aculeis rectis validis simulque minoribus, flexilioribus interiectis confertissimis praeditus. *Foliorum pinnae* fere orbiculatae seu obouatae, subsessiles, glabrae, paruae, serratae, subtus reticulatae. *Petoli* aculeati. *Pedunculi* terminales, solitarii, uniflori, plerumque aculeati. *Germen* globosum, glabrum. *Calycis lacinae* integerrimae. *Petala* alba. *Fructus* globosus, purpureus, demum niger.

Observ. Quenam differentia est inter *Rosam spinosissimam* et *Pimpinellifoliam*? *Rosam spinosissimam* *Pollichii* palat.

lat. n. 487. ob pedunculos globros certe pro *R. Pimpinellifolia* Lin. habuiffem, nifi ipfe *Linneus* l. c. pedunculos nunc inaequos, nunc aculeatos in *R. spinosiffima* dixiffet.

Flor. Germ. p. 217. n. 5. *Rofa villofa*.

R. germinibus globofis pedunculisque hispidis, caule aculeis fparfis, petiolis aculeatis, foliis tomentofis. Linn Syft. Plant. T. 2. p. 527. Doerr. Naff. p. 267. Elwert Flor. Marggrav. Baruthin. p. 14. Weig. Fl. Pom. n. 320.

R. foliis vtrinque villofis, fructu fpinofa. Hall. Goett. p. 110. Zinn. Goett. p. 140.

R. fylueftris pomifera maior. C. Bauh. pin. p. 484. Buxb. Hal. p. 286. Dill. Gief. p. 103. Rupp. Ien. p. 139. Volk. Norimb. p. 359.

R. pomo fpinofa, folio hircuto. Ioh. Bauh. hift. 2. p. 38. C. molliffima.

R. germinibus fubglobofis glabris, pedunculis hispidis, caule petiolisque aculeatis, foliis tomentofis. Willdenow prodr. Berol. p. 437. n. 1237.

Frutex quinque- feu fexpedalis et altior, aculeis fparfis, validis praeditus, plerumque incuruis. Rami iuniores villofi. Foliolorum pinnae ouatae, vtrinque attenuatae, duplicato-ferratae, tomentofae, praecipue fubtus. Petioli cum cofa tomentofi, fubtus aculeati. Pedunculi terminales aut folitarii aut bini, vniflori, hispidi. Germen globofum, hispidum. Calycis lacinae pilofa hispidae; tribus femipinnatis. Petala emarginata, pallide rubra. Fructus inaximus, hispidus.

β. molliffima.

Differt tantummodo *Germine fructuque glabro.*

Flor. Germ. p. 218. n. 6. *Rofa femperuirens.*

R. germinibus globofis pedunculisque hispidis, caule petiolisque aculeatis, floribus fubumbellatis. Linn. Syft. Plant. T. 2. p. 528.

R. umbellata germinibus ouatis, glabris, capitatis, fubumbellatis, caule aculeatiffimo. Leers Herb. n. 380. et aduenda pag. 286.

R. mo.

R. moschata semperuirens. *C. Bauh.* pin. p. 482.

R. semperuirens Clusio. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 48.

Frutex mediocris, cortice ex viridi rubente, aculeisque recuruis, in ramulis autem floriferis numerosioribus, rectis, purpurascens praeditus. *Folia* semperuirentia odorata: *pinnis* plerumque quinis, ouatis, duplicato-serratis, alternis, subpetiolatis, ciliatis, supra glabris, subtus villosis glandulisque adspersis tamen viridibus. *Petioli* aculeati, glanduloso-viscidi. *Pedunculi* terminales, tres ad septem subumbellati, aculeis rectis hispidi; *intermedio* nudo; *lateralibus* bracteis duabus oppositis, lanceolato-acuminatis, margine glandulosis, notatis. *Germen* subglobosum, aculeatum. *Calycis lacinae* tres pinnatifidae aut appendicibus linearibus praeditae: *omnes* intus villosae, extus hispidae. glanduloso-viscosae. *Petala* incarnata, emarginata. *Fructus maturus* subglobosus, nigricans, aculeatus.

Flor. Germ. p. 218. n. 7. Rosa foecundissima.

R. germinibus globosis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis: aculeis axillaribus geminis, foliolis ouato-oblongis, subtus villosis.

R. calycibus integris, germinibus globosis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis: aculeis geminis axillaribus, foliolis ouato-oblongis, subtus villosis. *Onomat. Botan.* Tom. 7. p. 943.

R. germinibus globosis, pedunculis calyceque nudis, calycis foliolis indiuisis, foliis septenis glabris lanceolato-oblongis, aculeis geminis axillaribus. *Münchhausen Hausuat* Vol. 5. p. 254.

R. minor, rubello flore, quae vulgo a Mense Maio, maialis dicitur. *C. Bauh.* pin. p. 483. *Rupp.* Ien. p. 139.

Frutex tri- seu quinquepedalis et altior, cortice purpureo, nitido obductus, aculeis raro sparsis, plerumque axillaribus, apice subcuruis praeditus. *Foliorum pinnae* plerumque septenae, ex ouato-oblongae, obtusiusculae, versus basin angustiores, subintegerrimae, supra medium simpliciter et argute serratae, supra saturate virides, nervis exaratae, subtus villosae, incanae, nervis eminentioribus reticulatae: *infimo pari* minimo; *reliquis* sensim maioribus; *impari* maxima, petiolata. *Petioli* cani, tomentosi, subtus plerumque aculeati. *Stipulae* submembranaceae,

ceae, venis reticulatae, subciliatae, superne ferrulatae. *Pedunculi* terminales, solitarii purpurei, glabri, vniiflori, breues, ante efflorescentiam vix plane e stipula vaginante floralis folii egredientes, illaque breuiores. *Germen* exiguum, globosum, glabrum. *Calycis laciniæ* rubrae, margine albidæ, tomentosæ; elongatae, in medio angustatae superne latiores, plerumque integerrimæ: *tribus* plerumque flore superne latiores, plerumque integerrimæ: *tribus* plerumque flore duplo longioribus. *Corolla* parua, pallide rubra, spontanea semper plena, vel femiplena. *Fructus* globosus, paruus, glaber, rubicundus.

- Variat** 1. *Aculeis* axillaribus ternis vel quaternis.
 2. *Foliolis* quinis et septenis in eodem Ramo.
 3. *Calycis laciniis* apice diuisis, seu appendiculis linearibus auctis.
 4. *Calycis laciniis* longitudine fere aequalibus; omnibus flore duplo fere longioribus.

Obferu. Rosa minor rubello multiplicato flore, asperis spinis armata *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 38.* proxime accedit nostrae plantae, praecipue quoad folia. At nimis aculeata delineata est et flores terminales terni non, nisi raro in culta planta, obseruantur.

* * *Germinibus outais.*

Flor. Germ. p. 218. n. 8. Rosa *rubiginosa*.

R. germinibus globosis aculeatisque; aculeis recuruis, foliis subtus rubiginosis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 525. Elwert Flor. Margg. Baruth. p. 14. Plan. Erford. p. 141.*

R. aculeata, foliis odoratis subtus rubiginosis. *Nonne Erf. p. 207. n. 1. Zinn. Goett. p. 140.*

R. foliis subtus rubiginosis, odoratis. *Hall. Gött. p. 110.*

R. *Eglanteria.* *Leers Herborn. n. 379.*

R. syluestris foliis odoratis. *C. Bauh. pin. p. 483. Dill. Gies. p. 103. Rupp. Ien. p. 139. Not. Halleri.*

R. syluestris foliis odoratis Eglantina dicta. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 41. Buxb. Hal. p. 285. Volck. Norimb. p. 358.*

Frutex sexpedalis et altior, aculeis sparsis incuruis validis armatus. *Foliorum pinnae* ouatae, acuminatae, subpetiolatae, sub-

subtus villoso-rubiginosae, viscosae, odoratae, ferraturis glandulosis. *Petioli* pilis capitatis, glutinosis adspersi, subtus aculeati. *Stipulae* ovatae, acuminatae, amplexicaules, glabrae, margine ciliatae. *Pedunculi* terminales, solitarii, simplices aut divisi vni - ad triflori, setis rigidis, capitatis scabri. *Germen* ovatum glabrum, basi hispidum. *Calycis lacinae* lanceolatae, intus tomentosae, extus pilis capitatis glutinosis hispidae: *tribus* plerumque pinnatifidis. *Petala* carnea; vngue flavo. *Fructus* ovatus, basi hispidus.

Flor. Germ. p. 218. n. 9. *Rosa gallica*.

R. germinibus ovatis pedunculisque hispidis, caule petiolisque hispido-aculeatis. *Linm. Syst. Plant. T. 2. p. 529. Jacq. Vind. p. 88.*

R. *austriaca* germinibus ovatis pedunculisque hispidis, petiolis medioque caule aculeatis. *Crantz stirp. Austr. p. 86.*

R. *austriaca* calycibus semipinnatis; germinibus ovatis pedunculisque hispidis, caulibus subunifloris. *Pollich palat. n. 484.*

R. sylvestris rubella, paruo frutice. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 35.*

Plantam nondum vidi. Ex scriptoribus itaque botanicis allegatis suppeditabo descriptionem.

Fruticulus pedalis raro altior, inferne ramosus, aculeis rarioribus oblectus, superne aculeis plurimis dense congestis, aetate incurviusculis praeditus. *Foliorum pinnae* quinae seu ternae, ovato-lanceolatae, acuminatae, ferratae, subtus pallidiores. *Petioli* subtus rubelli, aculeati. *Pedunculus* terminalis, hispidus, vniflorus. *Germen* ovatum, basi praecipue hispidum. *Calycis lacinae* intus villosae, extus hispidae; *tribus* pinnatifidis. *Flos* in caule plerumque vnicus, magnus, purpurascens.

Omiss. in Flor. Germ. *Rosa alpina*.

R. germinibus ovatis glabris, pedunculis petiolisque hispidis, caule inermi. *Linm. Syst. Plant. T. 2. p. 529. Jacq. Flor. Austr. v. 3. Tab. 279. Plan. Erford. p. 142.*

R. *rupestris* germinibus glabris, pedunculis hispidis, caule petiolisque inermibus. *Crantz stirp. austr. p. 85.*

R. campestris, spinis carens, biflora. *C. Bauh. pin. p. 484.*

R. rubello flore simplici non spinosa. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 39.*

Frutex mediocris, inermis, cortice fusco, in ramis iunioribus viridi, glabro obductus. *Rami* diuaticati, tenues. *Foliorum pinnæ* plerumque septenae glabrae, ouatae, obtusiusculae, duplicato-ferratae, ciliatae, ferraturis mucronatis, subtus nervis pubescentes. *Petioli* villosi, subtus hispidiusculi. *Stipulae* lanceolatae, obtusiusculae cum breui mucrone, quasi falcatae, tenuissime ciliatae. *Pedunculi* terminales, solitarii, filiformes, pilis breuibus scabri. *Germen* exiguum, ouatum, glabrum. *Calycis lacinae* lanceolato-lineares, elongatae, in medio tenuissimae, superne latiores, flore duplo vel triplo longiores, integerrimae, margine albo-tomentosae. *Petala* obcordata, purpurascens.

Variat 1. *Foliolis* ouato-lanceolatis, acuminatis.

2. *Foliolis* nouenis, basi obliquis.

Flor. Germ. p. 218. n. 10. Rosa *canina*.

R. germinibus ouatis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 530. Doerr. Nass. p. 267. Etwert Flor. Marggrau. Baruthin. p. 14. Jacq. Vind. p. 88. Plan. Erford. p. 142. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 336. Weigel Flor. Pom. n. 321. Wilke Flor. Gryph. n. 264.*

R. caule aculeato, petiolis inermibus, calycibus semipinnatis. *Boehm. Lips. n. 450. Nonne Erford. p. 207. n. 2.*

R. fructu laevi, calycis foliolis diuisis. *Hall. Goett. p. 109. Zinn. Goett. p. 140.*

R. calycibus semipinnatis; caule aculeato, erecto; ramis multifloris. *Scop. Carn. ed. 1. p. 587. n. 4. ed. 2. n. 604.*

R. *syluestris*. *Crantz stirp. austr. p. 84.*

R. *syluestris* vulgaris flore odorato incarnato. *C. Bauh. pin. p. 483. Bergen Flor. Francof. p. 173. n. 1. Buxb. Hal. p. 285. Dill. Giesl. p. 90. Rupp. Ien. p. 139. Not. Halleri.*

R. *syluestris* inodora seu *canina*. *Volck. Norimb. p. 358.*

R. *syluestris* alba cum rubore, folio glabro. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 43.*

β. *syluestris*.

Rosa sylvestris spinis recuruis, foliis glabris septenis, calycibus tomentosis, segmentis subpinnatis, tubis longis barbatis. *Pollich* palat. n. 485.

Frutex decempedalis et altior, aculeis validis, aduncis, sparsis armatus. *Foliorum pinnae* quinae et septenae, ouato-acuminatae, duplicato-ferratae, vtrinque glabrae. *Petioli* subtus aculeati. *Stipulae* glabrae, margine tenuissime ciliatae. *Pedunculi* terminales, plerumque solitarii, uniflori, glabri. *Germen* ouatum, glabrum. *Calycis laciniae* lanceolatae, margine laeuissime ciliatae, caeterum glabrae: tribus pinnatifidis. *Fructus* ouatus, glaber, ruber. *Petala* incarnata.

β. sylvestris.

Differt 1. *Pedunculo* saepe hispido. 2. *Germinibus* non raro subhispido. 3. *Calycis laciniis* tribus vix semipinnatis, aut plane integris, aut appendiculis exiguis linearibus auctis, apice non latoribus, sed breui acumine terminatis, extus non raro pilosis. 4. *Petalis* plerumque albis. 5. *Stylis* staminum magnitudine.

Obseru. *Rosae sylvestris Pollichii* differentiae, excepta stylorum longitudine, inconstantes, non sufficere videntur pro specie diuersa, hinc varietatis solummodo nomine *Rosae caninae* hic protuli.

Flor. Germ. p. 219. n. 11. *Rosa pendulina.*

R. germinibus ouatis glabris, pedunculis caeleque hispidis, petiolis inermibus, fructibus pendulis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 531.*

Planta mihi adhucdum ignota.

Flor. Germ. p. 219. n. 12. *Rosa alba.*

R. germinibus ouatis glabris, pedunculis hispidis, caele petiolisque aculeatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 531. Crantz stirp. Austr. p. 85. Jacq. Vind., p. 88.*

R. alba, vulgaris, maior. *C. Bauh. pin. p. 482. Buxb. Halens. p. 286.*

Frutex quinquepedalis et altior, cortice viridi aculeisque incuruis, sparsis obductus. *Foliorum pinnae* ouatae, acute ferratae, glabrae, subtus villosae. *Petioli* villosi, subtus aculeati.

Pedunculi terminales, solitarii, uniflori, hispidi: *Germen* ovatum, glabrum. *Calycis lacinae* ad basin appendiculatae, seu pinnatifidae, lanceolatae. *Petala* alba, magna.

* * * * *

Cel. *Gmelin* sequentes adhuc prope *Tubingam* observavit
Rosas:

1. *Rosa* germinibus ovatis, caule, petiolis, pedunculis et foliis glaberrimis Flor. Tubing. p. 151.

Foliola subsessilia, argute serrata, plerumque septena, sublanceolata. *Stipulae* ciliatae, sublanceolatae. *Petala* alba.

2. *Rosa* germinibus ovatis, petiolis pedunculisque hispidis, caule glaberrimo inermi. *Gmel* l. c.

Pedunculi saepe glabri. *Calycis lacinae* inaequales, medio attenuatae, utroque fine latiores: *binae* integerrimae; *tres* pinnatifidae: *pinnis* ciliatis, inaequalibus et numero et magnitudine, subparallelis, quasi appensis.

3. *Rosa* germinibus ovatis, petiolis pedunculisque hispidis, caule aculeato. *Gmel* l. c.

Calycis lacinae intus glabrae, virides, extus hispidae, rubrae: *binae* integerrimae, margine tomentosae, apice subulatae; *tres* appendiculatae, ciliatae; appendicibus sublinearibus, angulo acuto oriundis, denticulato-ciliatis. *Germen* supra glabrum rubens infra hispidum viride. *Petala* emarginata, rosea. *Bractee* ciliatae.

4. *Rosa* germinibus ovatis, versus caulem hispidis, caule petiolisque aculeatis, pedunculis hispidis. *Gmel* l. c.

Flores suaveolentes, incarnati, parvi, in summitate caulis solitarii, bini aut terni. *Folia* scabra; *foliolis* subrotundis, serratis.

Rosa germinibus ovatis et caule aculeatis, petiolis pedunculisque hispidis. *Gmel* l. c. p. 152.

R V B V S.

* *Frutescentes*.

Flor. Germ. p. 219. n. 1. RVBVS. *Idaeus*.

R. foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 532. Crantz stirp. Austr. p. 81. Doerr. Nass. p. 268. Elwert Flor. Marggrau. Baruthin. p. 14. Jacq. Vind. p. 89. Plan. Erford. p. 142. Scop. Carn. ed. 2. n. 611. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 337. Weigel Flor. Pom. n. 323. Wilke Flor. Gryph. n. 266.*

R. foliis ternatis et quinatis, subtus tomentosis, fructu rubro villoso. *Hall. Goett. p. 109. Boehm. Lips. n. 447. Zinn. Goett. p. 139.*

R. idaeus spinosus. *C. Bauh. pin. p. 479. Bergen Flor. Francof. p. 139. n. 4. Buxb. Halensf. p. 287. Dill. Giesf. p. 89. Rupp. Ien. p. 142. Volck. Nerimb. p. 361.*

R. idaeus spinosus fructu rubro. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 59.*

Frutex tripedalis et altior, aculeis sparsis rectis armatus. Folia inferiora plerumque quinato-pinnata, superiora ternata: foliolis ovatis, acute serratis, supra glabris, subtus albido-tomentosis. Petioli pilosi et aculeati. Pedunculi terminales et laterales, ramosi, decurvi, hispidi, tri-ad quinqueflori. Receptaculum villosum.

Variat 1. Caule inermi.

Rubus Idaeus laevis. *C. Bauh. pin. p. 479. Bergen Flor. Francof. p. 140. n. 5. Leers Herborn. n. 386. β. Leyff. Halensf. n. 496. γ.*

Rubus Idaeus non spinosus. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 60. Buxb. Halensf. p. 288. Rupp. Ien. p. 142.*

2. Fructu albo

Rubus Idaeus fructu albo. *C. Bauh. pin. p. 479. Buxb. Halensf. p. 288. Léyff. Halensf. n. 496. β.*

Flor. Germ. p. 219. n. 2. Rubus caesijs.

R. foliis ternatis subnudis: lateralibus bilobis, caule aculeato tereti. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 534. Doerr. Nass. p. 268. Elwert Flor. Marggrav. Baruth. p. 14. Jacq. Vind. p. 89. Plan. Erford. p. 142. Scop. Carn. ed. 2. n. 612. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 338. Weigel Flor. Pom. n. 324. Wilke Flor. Gryph. n. 267.*

R. foliis ternatis nudis, caule aculeato. *Boehm. Lips. n. 449. Hall. Goett. p. 109. Nonne Erford. p. 206. n. 1. Zinn. Goett. pag. 139.*

R. repens fructu caesio. *C. Bauh.* pin. p. 479. *Buxb.* Halens. p. 287. *Dill.* Gies. p. 65. *Hoppe* Flor. Ger. p. 87. *Rupp.* Ien. p. 143.

R. minor fructu coeruleo. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 59. *Volck.* Norimb. p. 361.

Frutex procumbens diffusus, longus, ramosus, teres, strigoso-aculeatus. *Rami* alterni, iuniores subangulosi, strigosi. *Folia* alterna, omnia ternata: *folioli* ovatis, inaequaliter dentatis, rugosis, laevibus aut pubescentibus: *duobus* *lateralibus* sessilibus saepe bilobis; *impari* petiolato. *Petiolus* cum costis pubescens aculeis sparsis rarioribus armatus. *Stipulae* lineares ad petioli basin. *Flores* in racemum terminalem corymbosum dispositi. *Pedunculi* alterni, uniflori, villosissimi, aculeati. *Bractee* lineares ad pedunculorum basin, non raro diuisae. *Flores* albi vel rosei, speciosi. *Calycis lacinae* lanceolatae. *Acini* nigro-coerulei quasi nebula obducti.

Variat *Flore* pleno.

Observ. *Foliola* *duo* *lateralia* non semper biloba, hinc minus valent pro caractere specifico, praecipue cum in frequenti *R. fruticoso* foliola lateralium foliorum ternatorum non raro etiam biloba occurrant, ideoque differentia specifica melius ita audiret: *R.* foliis ternatis subnudis, caule teretiusculo, strigoso-aculeato, racemo corymboso.

Flor. Germ. p. 220. n. 3. *Rubus fruticosus.*

R. foliis quinato-digitatis, ternatisque, caule petiolisque aculeatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 534. *Doerr.* Nass. p. 268. *Elwert* Flor. Marggrav. Baruthin. p. 14. *Iacq.* Vind. p. 89. *Nonne* Erf. p. 206. n. 2. *Plan.* Erf. p. 142. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 613. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 339. *Weig.* Flor. Pom. n. 325. *Wilke* Flor. Gryph. n. 268.

R. foliis ternatis et quinatis, casta spinosa, fructu nigro et laevi. *Hall.* Goett. p. 109. *Boehm.* Lips. n. 448. *Zinn.* Goett. p. 139. *Crantz* stirp. Austr. p. 82.

R. vulgaris, seu *Rubus* fructu nigro. *C. Bauh.* pin. p. 479. *Bergen* Flor. Francof. p. 139. n. 1. *Dill.* Gies. p. 72. *Hoppe* Flor. Ger. p. 87. *Rupp.* Ien. p. 142.

R. vulgaris maior. Volck. Norimb. p. 361.

R. maior fructu nigro. Joh. Bauh. hist. 2. p. 57.

Differt ab antecedente 1. *Caule* maiore, robustiore magis fruticoso, angulato, sulcato minus ramoso, plerumque glabro. 2. *Aculeis* in caule, ramis, petiolis pedunculisque maioribus, validioribus magisque aduncis. 3. *Foliis* quinato-digitatis ternatisque, subtus plerumque albo tomentosus. 4. *Racemo* oblongo. 5. *Bracteis* semper trifidis. 6. *Calycis laciniis* magis ex ovato-acuminatis. 7. *Acinis* nigris, nitidissimis.

Variat 1. *Foliis* vtrinque viridibus, pubescentibus.

2. *Foliolis* lateralibus ternatorum foliorum bilobis, vel laciniatis.

3. *Acinis* albis.

Rubus fructu albo flore carneo. Berg. Fl. Francof. p. 139. n. 2. Zinn. Goett. 1. c. β.

4. *Flore* pleno.

Rubus vulgaris flore pleno rubro. Bergen Flor. Francof. 1. c. n. 3. Hall. Goett. 1. c. β.

* * *Herbacei.*

Flor. Germ. p. 220. n. 4. *Rubus saxatilis.*

R. foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 536. Crantz stirp. Austr. p. 82. Doerr. Nass. p. 269. Elwert Flor. Marggrav. Baruth. p. 14. Iacq. Vind. p. 89 et 245. Nonne Erf. p. 206. n. 3. Plan. Erf. p. 142. Scop. Carn. ed. 2. n. 614. Weig. Flor. Pom. n. 326. Wilke Flor. Gryph. n. 269.

R. foliis ternatis, flagellis nudis reptantibus herbaceis. Schreber Spic. Flor. Lips. p. 33.

R. alpinus humilis. Joh. Bauh. hist. 2. p. 61. Buxb. Hal. p. 287. Dill. Gief. p. 56. Hoppe Flor. Ger. p. 87. Rupp. Ien. p. 142.

Chamaerubus saxatilis. C. Bauh. pin. p. 479.

Caules nonnulli ex una radice, simpliciusculi, erecti, palmares et semipedales, herbacei, basi sublignosi, glabri, superne pilosi aculeisque paucis obsiti. *Flagella* sesquipedalia et longiora,

reptantia, pilosa. et subnucleata. *Folia* ternata, alterna: *foliis* ovatis obliquis, altero latere latioribus, pilosis, inciso-ferratis, subtus pallidioribus. *Petioles* pilosi. *Stipulae* lanceolatae, oppositae. *Flores* in corymbum terminalem tri- ad sexflorum, pedunculatum dispositi, albidi. *Calyces lacinae* lanceolatae. *Fructus* acinis rubris, tribus ad quinque valde distinctis compositus.

Variat *Florum corymbo* subsessili.

Omiss. in Flor. Germ. Rubus *Chamaemorus*.

R. foliis simplicibus lobatis, caule inermi unifloro. *Lin.* Syst. Plant. T. 2. p. 536. *Oeder* Flor. Dan. Tab. 1.

Rubus alpinus, foliis Ribes. *Rupp.* Ien. p. 143.

Chamaemorus noruegica. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 62.

Chamaerubus foliis Ribes. *C. Bauh.* pin. p. 480.

Differt ab antecedente 1. *Caule* inermi, glabro, bifolio, unifloro, simplicissimo. 2. *Foliis* simplicibus, semiquinquelobis, subrotundis, basi emarginatis. 3. *Stipulis* ovatis, obtusis. 4. *Pedunculo* solitario, unifloro; nudo. 5. *Flore* multo maiore, candido. 6. *Fructu* primo rubro, maturo flavo.

Variat sed rarius *Caule* trifolio.

Observ. I. *Ruppini* in altioribus *Hassiae* sylvis e. c. in monte *Weissner* et in *Dueckenruck* inter *Rotenburg* et *Cassel* hanc plantam observavit.

Observ. II. Sub *Rubo Chamaemoro Linnei* duas diuersas species latere suspicor, alteram hermaphroditam, de qua hic sermo fuit, alteram caulibus dioicis, radice sub terra in plantam monoicam unitis, ad quam pertinet *Rubo Idaeo* affinis *Chamaemorus Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 62. Hic *Rubus Ioh. Bauhini* numero et figura foliorum etiam diuersus videtur a nostro.

TORMENTILLA.

Flor. Germ. p. 220. n. 1. *Tormentilla erecta*.

T. caule erectiusculo, foliis sessilibus. *Lin.* Syst. Plant. Tom. 2. p. 550. *Doerr.* Nass. p. 233. *Elwert* Flor. Marggr. Baruthin. p. 14. *Iacq.* Vind. p. 90. *Plan.* Erford. p. 144. *Timm.*

Timm prodr. Flor. Megapol. n. 340. *Weigel* Flor. Pom. n. 332.
Wilke Flor. Gryph. n. 275.

T. caule erecto. *Nonne* Erf. p. 150. n. 1,

T. sylvestris. *C. Bauh.* pin. p. 326. *Rupp.* Ien. p. 67.
Hoppe Flor. Ger. p. 38.

Tormentilla. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 598. *Boehm.* Lipf. n.
 306. *Buxb.* Halens. p. 322. *Dill.* Gief. p. 68.

T. vulgaris. *Volk.* Norimb. p. 385.

Fragaria Tormentilla officinarum. *Crantz* stirp. Austr.
 p. 80.

Potentilla Tormentilla officin. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 620.

Potentilla foliis quinatis, flore tetrapetalo, caule erecto.
Hall. Goett. p. 107. *Bergen* Flor. Francof. p. 163. n. 10.
Zinn. Goett. p. 136.

Radix tuberosa, crassa. *Caules* plures ex una radice, decumbentes, rarius erectiusculi, palmares, pedales, teretes pubescentes, dichotomi, diuaticati. *Folia* alterna, ad caulis dichotomiam plerumque opposita, subtus praecipue bubescencia, plerumque quinata: *foliis* ex ouali lanceolatis, dentatis vel profundius incis: *tribus intermediis* maioribus, subpetiolatis; *lateralibus* stipularibus, sessilibus, plerumque minoribus. *Pedunculi* laterales et terminales, solitarii, longi, filiformes, uniflori. *Flores* flauae, tetrapetali.

Variat 1. *Petalis* quinque.

2. *Flore* pleno. *Boehm.* Lipf. 1. c. Var.

3. *Foliis* profunde incis et laciniatis, *caule* fere sesquipedali, erecto.

Tormentilla cassubica maior. *Dill.* Gief. append.
 p. 34.

Flor. Germ. p. 220. n. 2. *Tormentilla reptans.*

T. caule repente, foliis petiolatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2.
 p. 350. *Plan.* Erford. p. 144.

T. caule repente. *Nonne* Erford. p. 150 n. 2.

T. radice repente. *Hoppe* Flor. Ger. p. 38. *Rupp.* Ien.
 p. 67.

Potentilla radice repente. *Bergen* Flor. Francof. p. 163. n. 10.

Plantam nondum vidi. Differt autem praecipue ob antecedente *Caule* repente, radicante. *Foliis* petiolatis.

D R Y A S.

Obferu. Differt a *Tormentilla* 1. *Calycis laciniis* aequalibus, 2. *Petalis* plerumque octo. 3. *Seminibus* caudatis, pilosis,

Flor. Germ. p. 221. *Dryas octopetala*,

D. floribus octopetalis, foliis simplicibus. *Lin.* Syst. Plant. T. 2. p. 553. *Jacq.* Vind. p. 90. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 631.

Geum chamaedrifolium flore erecto octopetalo, fructu oblongo, aristis lanigeris. *Crantz* stirp. Austr. p. 70. n. 4.

Radix lignosa, *Caulis* digitalis, palmaris, teres, tomentosus, nudus, uniflorus, superne incrassatus, fusco-nigricans, villosus. *Folia* in orbem congesta, petiolata, ouata, obtusa, obtuse crenata, rugosa, supra glabra, subtus albo-tomentosa. *Calycis lacinae* lanceolatae, obtusiusculae, villosae, margine ciliatae. *Petala* calyce maiora, subrotunda, alba. *Receptaculum* villosum.

Variat *Petalis* quinque ad decem.

F R A G A R I A.

Obferu. *Fragaria* differt a *Rubo* 1. *Calycis laciniis* decem, alterne angustioribus. 2. *Receptaculo* feminum succulento, baccato, deciduo.

Flor. Germ. p. 221. *Fragaria vesca*,

F. flagellis reptantibus. *Lin.* Syst. Plant. T. 2. p. 537. *Doerr.* Nass. p. III. *Elwert* Flor. Marggray. Baruth. p. 14. *Jacq.* Vind. p. 90. *Nonne* Erford. p. 201. *Plan.* Erford. p. 142. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 341. *Weigel* Flor. Pom. n. 327. *Wilke* Flor. Gryph. n. 270. *Zinn.* Goett. p. 138.

F. vulgaris. *C. Bauh.* pin. p. 326. *Bergen Flor. Francof.* p. 162. n. 1. *Buxb. Halensf.* p. 116. *Dill. Giesf.* p. 50. *Rupp. Ien.* p. 108. *Volck. Norimb.* p. 172.

Fragaria. *Hall. Goett.* p. 108.

F. reptans flagellis, fructu eduli. *Crantz stirp. Austr.* p. 81. n. 16.

Potentilla vesca flagellis reptans; foliis ternatis. *Scop. Carn. ed. 2.* n. 625. *Boehm. Lipsf.* n. 423.

Caulis erectus, digitalis et maior, teres, pilosus, inferne nudus, superne diuisus, foliosus. Folia ternata, longe petiolata: foliolis ovalibus, obtusis, sessilibus, serratis, vtrinque pubescentibus. Flagella longa, reptantia, radicantia. Pedunculi terminales. Flores albi. Calyx basi planus, pilosus. Petala ouata, crenata, breuissime vnguiculata. Germen hemisphaericum, luteum. Styli vix obseruabiles.

Variat 1. *Fructu hirsuto,*

Fragaria. *Hall. l. c. β. Zinn. Goett. l. c. α.*

F. foliis hispida. *C. Bauh.* pin. p. 327. *Dill. Giesf.* p. 40. *Rupp. Ien.* p. 108.

2. *Fructu albo.*

Fragaria fructu albo. *C. Bauh.* pin. p. 326. *Buxb. Halensf.* p. 116. *Dill. Giesf.* p. 50. *Rupp. Ien.* p. 108.

F. fructu maiore candicante, oblongiusculo. *Volck. Norimb.* p. 172.

Obseru. *Fragaria sterilis Linn.* ob fructum persistentem, exsuccum, a *Fragaria* remota et ad *Comarum* relata est.

P O T E N T I L L A.

Obseru. Differt *Potentilla* a *Tormentilla* 1. *Calyce* decemfido, qui in illa octofidus. 2. *Petalis* quinque; nec quatuor.

* *Foliis pinnatis,*

Flor. Germ. p. 221. n. 1. *Potentilla Anserina.*

P. foliis pinnatis ferratis, caule repente, pedunculis unifloris. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 539. Doerr. Nass. p. 168. Elwert Flor. Marggrav. Baruthin. p. 14. Jacq. Vind. p. 90. Nonne Erford. p. 199. n. 1. Plan. Erford. p. 143. Scop. Carn. ed. 2. n. 615. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 342. Weigel Flor. Pom. n. 328. Wilke Flor. Gryph. n. 271. Zinn. Gött. p. 136.*

P. repens, scapo nudo unifloro, pinnis plurimis confertis, minoribus intermixtis. *Hall. Goett. p. 105. Bergen Fl. Francof. p. 162. n. 6.*

P. foliis pinnatis, caule repente. *Boehm. Lips. n. 422.*

Potentilla. *C. Bauh. pin. p. 321.*

P. seu Argentina. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 398.*

Fragaria Anserina. Crantz stirp. Austr. p. 71.

Pentaphylloides argenteum, alatum, seu Potentilla. *Buxb. Halens. p. 253. Dill. Gies. p. 84. Hoppe Flor. Germ. p. 62. Rupp. Jen. p. 107.*

Anserina. *Volk. Norimb. p. 34.*

Caules plures ex vna radice, repentes, palmares, pedales, teretes, pubescentes. Folia pinnata, pilis sericeis candidis adspersa: radicalia in orbem digesta; caulina alterna: pinnis obtusis, ferratis; inferioribus subrotundis; superioribus maioribus, ovato-lanceolatis, quibus inmixtae minores. Pedunculi alterni, solitarii, uniflori, nudi, villosi. Flores flavi.

Flor. Germ. p. 222. n. 2. Potentilla rupestris.

P. foliis pinnatis alternis: foliolis quinque ovatis crenatis, caule erecto. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 541. Doerr. Nass. p. 186. Scop. Carn. ed. 2. n. 616.*

P. foliis pinnatis, pinnis septenis subrotundis, crenatis, albo flore. *Hall. Goett. p. 106. Zinn. Goett. p. 136.*

P. caule erecto multifloro, foliis septenis conjugatis subrotundis ferratis. *Bergen. Flor. Francof. p. 163. n. 8.*

Fragaria rupestris Crantz stirp. Austr. p. 72.

Pentaphylloides erectum. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 398. Buxb. Halens. p. 253.*

Quinquefolium fragiferum. *C. Bauh. pin. p. 326.*

Caulis bipedalis et altior, erectus, superne diuisus, pubescens, scabriusculus, purpurascens, teres. *Folia radicalia et caulina inferiora* pinnata, pubescentia: *foliolis* ex ouali-subrotundis, obtusis, in petiolum breuem attenuatis, hinc latioribus, inciso-dentatis, quinis, septenis et nouenis, minoribus immixtis; *ramea* ternata, minora, *supremis* non raro oppositis. *Stipulae* lanceolatae, acuminatae, ad *ramea* folia ouatae, dentatae. *Flores* in dichotomia caulis solitarii, terminales fasciculati, albi.

Flor. Germ. p. 222. n. 3. *Potentilla supina*.

P. foliis pinnatis, caule dichotomo, decumbente. *Linnaeus*. *Syst. Plant.* T. 2. p. 542. *Iacq.* *Vind.* p. 90. *Nonne* *Erf.* p. 199. n. 2. *Plan.* *Erford.* p. 143.

P. foliis pinnatis, stipulis ad petiolum ouatis, integris, caule diffuso. *Boehm.* *Lips.* n. 431.

Pentaphylloides supinum. *Ioh. Bauh.* *hist.* 2. p. 398. *Buxb.* *Halenf.* p. 253. *Rupp.* *Ien.* p. 107.

Quinquefolio fragifero affinis. *C. Bauh.* *pin.* p. 326.

Fragaria supina. *Crantz* *stirp.* *Austr.* p. 73.

Caulis palmaris et maior, procumbens, pubescens dichotomus. *Folia* alterna, pinnata, summa non raro opposita, ternata, laeuiter pubescentia: *pinnis* sessilibus, ouato-oblongis, ferratis. *Stipulae* ouatae, acutae, ciliatae, integerrimae. *Pedunculi* pubescentes, *floriferi* erecti; *fructiferi* decurui. *Flores* parui, flau.

* * *Foliis digitatis.*

Flor. Germ. p. 222. n. 4. *Potentilla recta*.

P. foliis septenatis lanceolatis ferratis, vtrinque subpilosis, caule erecto. *Linnaeus*. *Syst. Plant.* T. 2. p. 542. *Doerr.* *Nass.* p. 186. *Iacq.* *Vind.* p. 90. *Scop.* *Carn.* ed. 2. n. 618.

P. foliis digitatis, inciso-ferratis, caule erecto. *Boehm.* *Lips.* n. 427. *Hall.* *Goett.* p. 107.

Pentaphyllum rectum maius. *Ioh. Bauh.* *hist.* 2. p. 598.

Quinquefolium rectum album? *Rupp.* *Ien.* p. 106.

Quinquefolium rectum luteum. *C. Bauh.* pin. p. 325 *Volck.* Norimb. p. 349.

Fragaria recta foliis septenis quinatisque ferratis vtrinque pilosis: caule erecto corymboso. *Crantz* stirp. Austr. p. 79.

Caulis erectus, sesquipedalis et maior, teres villosus, superne diuisus, corymbosus. *Folia radicalia* in orbem digesta, longe petiolata, digitata, quinata vel septenata: *foliolis* parum obuerse lanceolatis, obtusis, aequaliter et profunde dentatis, apice tridentatis, vtrinque villosis: *caulina* alterna, breuius petiolata, *ramea summa* plerumque opposita, laciniata. *Flores* in corymbum terminalem laxum dispositi, sulphurei, erecti, solitarii et fasciculati. *Calyx* hirsutissimus. *Petala* emarginata, obtusa, obcordata. *Fructus* erectus.

Obseru. Aetate folia villositatem amittunt fere omnem.

Flor. Germ. p. 222. n. 5. *Potentilla argentea.*

P. foliis quinatis cuneiformibus incisus subtus tomentosus, caule erecto. *Lim.* Syst. Plant. T. 2. p. 543. *Doerr.* Nass. p. 187. *Elwert* Flor. Marggrav. Baruthin. p. 14. *Iacq.* Vind. p. 91. *Nonne* Erford. p. 200. n. 3. *Plan.* Erford. p. 143. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 619. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 343. *Weigel* Flor. Pom. n. 329. *Wilke* Flor. Gryph. n. 272.

P. foliis quinatis, angustissimis subtus tomentosus, caule erecto. *Hall.* Goett. p. 107. *Boehm.* Lips. n. 430. *Zinn.* Goett. p. 137.

P. foliis digitatis, caule erecto corymboso. *Bergen* Flor. Francos. p. 162. n. 4.

Pentaphyllum rectum, foliis profunde sectis, subtus argenteis, flore luteo. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 398. *Buxb.* Halens. p. 254.

Quinquefolium folio argenteo. *C. Bauh.* pin. p. 325. *Dill.* Gies. p. 74. *Hoppe* Flor. Ger. p. 62. *Rupp.* Ien. p. 106. *Volck.* Norimb. p. 348.

Fragaria argentea foliis quinatis cuneiformibus et cuneiformiter incisus, subtus tomentosus, caule firmo erecto. *Crantz* stirp. Austr. p. 73.

Caulis plures ex vna radice, basi non raro procumbentes, erecti, duri, villosi aut tomentosi, pedales et maiores, ramosi.

Folia radicalia in orbem digesta; *caulina* alterna, digitata, quinata, petiolata, supra nitida, villosa, subtus albo-tomentosa: *foliolis* cuneiformibus, profunde dentatis, apice trifidis: *summa ramea* tripartita, vel simplicia dentata. *Flores* corymbosi, lutei. *Calyces* albo tamentosi.

Flor. Germ. p. 223. n. 6. *Potentilla intermedia* deleatur. Non enim sponte nascitur in *Germania*. Planta *Halleri*, quam pro *P. intermedia* habui, ad *Potent. rectam* pertinet.

Flor. Germ. p. 223. n. 7. *Potentilla opaca*.

P. foliis radicalibus quinatis cuneiformibus ferratis; *caulinis* suboppositis, ramis filiformibus decumbentibus. *Linm. Syst. Plant. T. 2. p. 544.*

P. dubia foliis radicalibus septenatis, caulinis quinatis ternatisque, petalis emarginatis. *Moench. Hass. n. 433.*

Pentaphyllum minus, molli lanugine pubescens, flore luto. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 399. Buxb. Halens. p. 254.*

Quinquefolium minus, repens, lanuginosum, luteum. *C. Bauh. pin. p. 325. Rupp. Ien. p. 106. Dill. Gies. p. 40.*

Fragaria rubens foliis quinatis angustis cuneiformibus et cuneiformiter ferratis, pilosis, caulibus filiformibus rubentibus? *Crantz stirp. Austr. p. 75.*

Caules plures ex vna radice, filiformes, ramosi, decumbentes, in cespitem congesti, digitales, palmares et maiores, hirsuti, rubelli. *Folia radicalia* plerumque septenata aut nouenata, rarius quinata, in orbem digesta; *caulina* plerumque quinata, alterna, breuius petiolata: *ramea superiora* ternata, subopposita, sessilia, non raro laciniata: *foliolis* cuneiformibus, obtusis, versus apicem dentatis, vtrinque pilosis, subtus praecipue sericeis margine ciliatis. *Pedunculi* filiformes, vnciales, copiosi, vniflori, quasi paniculati. *Calyces* pilosi. *Petala* obtusa, emarginata, lutea, macula fusca ad vnguem plerumque notata.

Flor. Germ. p. 223. n. 8. *Potentilla verna*.

P. foliis radicalibus quinatis acute ferratis, retusis; *caulinis* ternatis, caule declinato. *Linm. Syst. Plant. T. 2. p. 544. Doerr. Nass. p. 187. Elwert Flor. Marggr. Baruthin. p. 14. Jacq. Vind. p. 91. Nonne Erford. p. 200. n. 6. Plan. Erf. p. 143. Scop. Carn. ed. 2. n. 621. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 344. Weigel Flor. Pom. n. 330. Wilke Flor. Gryph. n. 273.*

P. fo-

P. foliis quinatis, obtuse in apice ferratis, pedalis cordatis. *Hall. Goett. p. 107. Bergen Flor. Francof. p. 162. n. 2. Boehm. Lipf. n. 429. Zinn. Goett. p. 137.*

Pentaphyllum paruum hirsutum. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 399. Buxb. Halenf. p. 254.*

Quinquefolium minus repens luteum. *C. Bauh. pin. p. 325. Hoppe Flor. Ger. p. 62. Rupp. Ien. p. 106.*

Quinquefolium minus aureum repens. *Volck. Norimb. p. 348.*

Fragaria verna foliis ternatis quinatisque, subtus canis: caulinis ternatis. *Crantz stirp. Austr. p. 74. Tab. 1. fig. 1.*

Differt ab antecedente, cui proxime accedit 1. *Caulibus* duplo fere brevioribus, crassioribus, minus ramosis, magisque ex albido tomentosus. 2. *Foliis radicalibus* omnibus quinatis; *caulinis* plerumque ternatis: *foliis* latioribus, supra tantum laeviter pubescentibus et fere glabris, evidenter nervosis, subtus albido - vel incano - tomentosus, infra medium dentatis. 3. *Pedunculis* brevioribus, crassioribus, paucioribus, tomentosus. 4. *Flo-ribus* duplo fere maioribus. 5. *Calycibus* albido - tomentosus.

Variat *Petalis* obovatis, obtusis, integris, basi ad vnguem macula fusca notatis.

Flor. Germ. p. 223. n. 9. Potentilla alba.

P. foliis quinatis apice connuente - ferratis, caulibus filiformibus procumbentibus, receptaculis hirsutis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 546. Jacq. Vind. p. 91. Nonne Erford. p. 200. n. 4. Plan. Erford. p. 143. Boehm. Lipf. n. 428.*

P. foliis quinatis, palmatis, sericeis, ferratis. *Hall. Gött. p. 107. Zinn. Goett. p. 137.*

P. nitida. Scop. Carn. ed. 2. n. 624.

Pentaphyllum album. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 398. Buxb. Hal. p. 254.*

Quinquefolium Lupini folio argenteo, flore albo. *Rupp. Ien. p. 106.*

Quinquefolium album maius alterum. *C. Bauh. pin. p. 325.*

Fragaria alba petiolis et foliis quinatis, caule procumbente fere altioribus. *Crantz stirp. austr. p. 82.*

Caules plures ex vna radice decumbentes, tunc erecti, superne diuisi, albo-tomentosi, digitales et palmares. *Folia radicalia* in orbem digesta, quinata: *foliolis* ellipticis, obtusis, ad apicem serraturis conniuentibus sericeis praeditis, supra viridibus, pubescentibus, subtus pilis sericeis albidis; *petiolis* tomentosis, longitudine plerumque caulium: *caulina infima* et *rameum primum* ternata vel quaternata; *ramea* reliqua simplicia, parua. *Stipulae* lanceolatae, mucronatae, margine albae, ciliatae; *foliorum radicalium* ferrugineae, reliquis longiores. *Pedunculi* albido-tomentosi, vniflori, *floriferi* erecti, *fructiferi* recurui. *Flores* candidi, masculi.

Flor. Germ. p. 223. n. 10. *Potentilla reptans*.

P. foliis quinatis, caule repente, pedunculis vnifloris. *Linu.* Syst. Plant. T. 2. p. 547. *Doerr.* Nass. p. 187. *Elwert* Flor. Marggrav. Baruthin. p. 14. *Iacq.* Vind. p. 91. *Nonne* Erf. p. 200. n. 5. *Plan.* Erford. p. 143. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 622. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 345. *Weigel* Flor. Pom. n. 331. *Wilke* Flor. Gryph. n. 274.

P. foliis quinatis, longe petiolatis, caule repente. *Hall.* Goett. p. 107. *Berg.* Fl. Francof. p. 162. n. 1. *Boehm.* Lipf. n. 426. *Zimm.* Goett. p. 137.

Pentaphyllum siue Quinquefolium vulgare repens. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 397. *Buxb.* Halens. p. 254.

Quinquefolium maius repens. *C. Bauh.* pin. p. 325. *Dill.* Giesl. p. 97. *Hoppe* Flor. Ger. p. 62. *Rupp.* Ien. p. 106.

Quinquefolium vulgare. *Volck.* Norimb. p. 348.

Fragaria Pentaphyllum. *Crantz* stirp. Austr. p. 80.

Caules filiformes, pedales et longiores, repentes, geniculati, pubescentes, ramosi. *Folia* quinata, petiolata: *foliolis* obuersis lanceolatis, obtusis, serratis, rugosis, pubescentibus, vtrinque laete viridibus. *Stipulae* ovatae, acutiusculae. *Pedunculi* axillares, solitarii, vniflori, petiolis longiores, erecti. *Flores* flauis, maiores plerumque, quam in *Potentilla Anserina*.

G E V M.

Obseru. Differt a *Dryade*, cui proxime accedit *Geum* 1. *Calyce* decemfido; *laciniis alternis* minimis. 2. *Petalis* quinque. 3. *Seminum* *arista* geniculata.

Flor.

Flor. Germ. p. 224. n. 1. *Geum urbanum*.

G. floribus erectis, fructibus globosis villosis: aristis vncinatis nudis, foliis lyratis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 551. Doerr. Nass. p. 120. Elwert Flor. Marggr. Baruth. p. 14. Jacq. Vind. p. 92. Nonne Erford. p. 202. n. 1. Plan. Erf. p. 144 Timm prodr. Flor. Megapol. n. 346. Weigel Flor. Pom. n. 333. Wilke Flor. Gryph. n. 276. Zinn. Goett. p. 134. Crantz. Stirp. Austr. p. 69.*

Caryophyllata urbana. Scop. Carn. ed. 2. n. 628.

Caryophyllata pinnis paucioribus, rhomboideis, tubarum sine vncinato. *Hall. Goett. p. 104.*

Caryophyllata floribus erectis, feminibus vncinatis. *Böhm. Lips. n. 433.*

Caryophyllata vulgaris. *C. Bauh. pin. p. 321. Bergen Flor. Francof. p. 161. n. 1. Buxb. Halens. p. 58. Dill. Giesl. p. 97. Hoppe Flor. Ger. p. 63. Rupp. Ien. p. 108. Volck. Norimb. p. 89.*

Caryophyllata vulgaris, paruo flore luteo. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 398. descriptio, non figura.*

Caulis erectus, bipedalis et altior, angulosus, villosus, scabriusculus. superne ramosus. Folia radicalia pinnata: pinnis inferioribus minoribus; terminalibus tribus approximatis, maximis; omnibus ovatis, acutiusculis, inciso-dentatis, rugosis, hirsutiusculis: caulina alterna, ternata, vel profunde tripartita; floralia plerumque simplicia, lanceolata. Stipulae magnae, ovato-subrotundae, amplexicaules, profunde inciso-dentatae, sessiles. Pedunculi terminales, longi uniflori, teretes, villosi. Flores erecti, lutei. Fructus ovatus, calyce reflexo. Semina ovata, plumosa, arista longiore, nuda, apice vncinata praedita. Receptaculum ovatum subsessile.

Flor. Germ. p. 224. n. 2. *Geum rivale*.

G. floribus nutantibus, fructu oblongo; aristis plumosis tortis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 552. Doerr. Nass. p. 120. Elwert Flor. Marggr. Baruthin. p. 14. Jacq. Vind. p. 92. Nonne Erford. p. 202. n. 2. Plan. Erford. p. 144. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 347. Weig. Fl. Pom. n. 334. Wilke Flor. Gryph. n. 277. Zinn. Goett. p. 135.*

G. nutans. *Crantz* stirp. Austr. p. 70.

Caryophyllata floribus nutantibus, feminibus plumosis.
Boehm. Lips. n. 432.

Caryophyllata pinnis frequentioribus; extrema femitrifida, flore connuente nutante. *Hall.* Goett. p. 105.

Caryophyllata rivialis. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 629.

Caryophyllata aquatica, nutante flore. *C. Bauh.* pin. p. 321.
Bergen Flor. Francof. p. 161. n. 3. *Buxb.* Halensf. p. 58. *Dill.*
Giesl. p. 60. *Hoppe* Flor. Ger. p. 63. *Rupp.* Ien. p. 108.

Caryophyllata aquatica nutante flore purpureo, calathi effigie. *Volck.* Norimb. p. 89.

Caryophyllata aquatica, flore rubro striato. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 398.

Differt ab antecedente 1. *Caule* simpliciore, tereti. 2. *Foliorum pinnis* maioribus minoribus immixtis; *impari* trifida. 3. *Stipulis* multo-minoribus, ovato-lanceolatis, dentatis. 4. *Flore* duplo maiore, nutante. 5. *Calyce* fusco-rubro, maiore, *fructifero* non reflexo. 6. *Petalis* rubicundis, striis purpurascensibus, longe unguiculatis, persistentibus, duplo maioribus. 7. *Semisum aristis* duplo fere longioribus, tortilibus, plumosis. 8. *Receptaculo* oblongo, pedunculato.

Variat *Floribus* ex latere proliferis. *Leers* Herborn. n. 398.

C O M A R V M.

Obseru. *Comarum* differt a *Potentilla*: *Receptaculo* carnosio, ovato, exsucco.

Flor. Germ. p. 224. n. 1. *Comarum fragarioides.*

C. foliis ternatis, petalis calyce maioribus.

Fragaria sterilis caule decumbente, ramis floriferis laxis.
Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 538. *Botan. Abhandl. und Beobacht.*
p. 31. n. 23. *Doerr.* Nass. p. 111. *Leers* Herborn. n. 392.
Leyff. Halensf. n. 502. *Moench* Hall. n. 430. *Pollich* palat. n.
492. *Reichard* Flor. Moeno - Francof. append. n. 1003. *Wigg.*
prim. Flor. Hoffat. p. 40.

Fragaria sterilis. *C. Bauh.* pin. p. 327. *Buxb.* Halensf.
p. 116. *Dill.* Giesl. p. 60. *Hoppe* Flor. Ger. p. 63.

Flor. Germ. Vol. II, P. I.

O O

Fra-

Fragaria non fragifera vel non vesca. Joh. Bauh. hist. 2. n. 395.

Potentilla foliis ternatis, petalis albis subrotundis. Boehm. Lipf. n. 424.

Planta similis *Fragariae vescae* Flor. Germ. p. 221. Differt autem 1. *Defectu* flagellorum. 2. *Caulibus floriferis* laxis, decumbentibus. 3. *Foliis* laxioribus; *folioliis* obouatis, apice quasi trifidis, *ferratura intermedia* minore lateralibus, hinc retusis. 4. *Calyce* basi incrassato, pilosissimo. 5. *Petalis* obcordatis, vnguibus longioribus, margine integris. 6. *Germine* ouato, laete viridi. 7. *Stylis* stamina superantibus, filiformibus. 8. *Fructu* minori, exsucco, persistente.

Obferu. I. Celeb. *Boehmerus*, *Crantz* et *Scopoli* *Tormentillam*, *Fragariam*, *Potentillam* et *Comarum* ad vnum genus reducerunt, quamuis partium floris numero fructuque inter se differant. *Linneus* in constituendis hisce generibus, Calycis laciniarum et petalorum numerum simulque receptaculi feminum conditionem respexit et tamen *Comarum* nostrum *fraganoides*, *Fragariae* generi, ob habitum externum simillimum, fructu tamen diuersissimum, adscripsit. *Fragariae* character essentialis consistit in receptaculo feminum baccato cum feminibus deciduo; at in *Fragaria sterili* *Linnei* Receptaculum feminum exsuccum, persistens, maius tamen quam in *Tormentilla* et *Potentilla*. Quando itaque *Linneana* genera enumerata retineamus, *Fragaria sterilis* nullo modo cum *Fragariae* genere coniungi potest, sed ab illo remouenda et cum *Comaro* coniungenda erit.

Obferu. II. Semina difficillime a receptaculo secedunt, sed fructus, pedunculo post florescentiam reflexo, demum marcescente et demortuo, terram petit et femina germinant.

Flor. Germ. p. 224. n. 2. *Comarum palustre*.

C. foliis pinnatis, petalis calyce minoribus.

Comarum palustre. Linn. Syst. Plant. Tom. 2. p. 554. Doerr. Nass. p. 85. Elwert Flor. Marggrau. Baruthin. p. 14. Hall.

Hall Gött. p. 105. *Jacq.* Vind. p. 92. *Nonne* Erford. p. 201.
Plan Erford. p. 144. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 348.
Weig. Flor. Pom. n. 335. *Wilke* Flor. Gryph. n. 278. *Zinn.*
Goett. p. 135.

Fragaria palustris foliis pinnatis subhirsutis, petalis minimis. *Crantz* stirp. Austr. p. 73.

Potentilla palustris. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 617.

Potentilla calyce colorato, petalis maiore. *Boehm.* Lipf. n. 425.

Potentilla palustris, flore rubro, quinquefolium palustre rubrum. *Bergen* Flor. Francof. p. 163. n. 7.

Pentaphylloides palustre rubrum. *Buxb.* Hal. p. 253. *Dill.* Gies. p. 80. *Rupp.* Ien. p. 107.

Pentaphyllum vel potius heptaphyllum flore rubro. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 398.

Quinquefolium palustre rubrum. *C. Bauh.* pin. p. 325. *Hoppe* Flor. Ger. p. 63. *Volck.* Norimb. p. 349.

Caulis basi repens, radicans, tunc erectus, pedalis et maior, saepe purpurascens, superne bubescens ramosus. *Folia* pinnata: pinnis approximatis, elliptico-lanceolatis, acute serratis, venis reticulatis, subtus incanis, pubescentibus, supra glabris: *stipulae* ternatae vel simplicia. *Stipulae inferiores* lanceolatae; *superiores* ovato-subrotundae. *Pedunculi* terminales, pubescentes, longi, uniflori. *Flores* magni, purpurei, erecti. *Petala* quinque plerumque, lanceolata, acuta, calyce minora, subaristata. *Stamina* nigra.

Variat 1. *Calycis laciniis* quatuordecim.

2. *Petalis* sex, septem.

 CLASSIS XIII.

P O L Y A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

P A P A V E R.

* *Capsulis hispida.*Flor. Germ. p. 226. n. 1. *Papauer hybridum.*

P. Capsulis subglobosis torosis hispida, caule folioso multifloro *Linn. Syft. Plant. T. 2. p. 571. Nonne Erford. p. 147. n. 1. Plan. Erford. p. 147. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 349.*

P. erraticam capitulo breuiore. *Buxb. Hal. p. 150.*

P. Argemone dictum capitulo hirsuto rotundo, torulis canaliculato. *Volk. Norimb. p. 318.*

Argemone capitulo breuiore. *C. Bauh. pin. p. 172.*

Argemone capitulo breuiore hispido. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 396.*

Caulis erectus, statim a basi ramosus, dichotomus, fetis adpressis armatus. Folia alterna, ternato-pinnatifida. Pedunculi longi, uniflori. Flores puniceae. Capsula ovata, torulis canaliculata, fetis rigidis, incuruis dense obfessa.

Flor. Germ. p. 227. n. 2. *Papauer Argemone.*

P. capsulis clauatis hispida, caule folioso multifloro. *Linn. Syft. Plant. T. 2. p. 571. Elwert Flor. Marggrau. Baruthin. p. 14. Nonne Erf. p. 148. n. 2. Plan. Erford. p. 147. Scop. Carn. ed. 2. n. 636. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 350. Weigel Flor. Pom. n. 338. Wilke Flor. Gryph. n. 280.*

P. foliis pinnatifidis hispida, fructu elliptico hispido. *Hall. Goett. p. 88. Zinn. Goett. p. 115.*

P. erraticum capite oblongo hispido. *Buxb. Halens. p. 250. Dill. Gie. p. 75. Rupp. Ien. p. 71.*

P. Argemone dictum, capitulo tenuiore longiore hirsuto. *Volk. Norimb. p. 318.*

Argemone capitulo longiore. *C. Bauh.* pin. p. 172.

Argemone capitulo longiore spinoso. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 396.

Similis antecedenti. Differt autem praecipue *Capsula* oblonga, fere semiunciali, superne crassiore, clauata, fetis rarioribus obfessa.

Variat *Stigmatibus* quinque, sex, septem, coeruleis.

* * *Capsulis glabris.*

Flor. Germ. p. 227. n. 3. Papauer *Rhoeas*.

P. capsulis glabris globosis, caule piloso multifloro, foliis pinnatifidis incis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 572. Doerr. Nass. p. 170. Elwert Flor. Marggrav. Baruthin. p. 14. Iacq. Vind. p. 92. Nonne Erford. p. 148. n. 3 Plan. Erf. p. 147. Scop. Carn. ed. 2. n. 638 Timm prodr. Flor. Megapol. n. 351. Weigel Fl. Pom. n. 340. Wilke Flor. Gryph. n. 281. Crantz stirp. austr. p. 137. n. 1.*

P. foliis pinnatifidis hispida, fructu subrotundo. *Boehm. Lips. n. 303. Hall. Goett. p. 88. Zinn. Goett. p. 115.*

P. erraticum maius. *C. Bauh.* pin. p. 171. *Bergen Flor. Francof. p. 126. n. 1. Buxb. Halens. p. 250. Rupp. Ien. p. 70.*

P. erraticum *Rhoeas* siue sylvestre. *Volck. Norimb. p. 317.*

P. erraticum rubrum campestre. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 395. *Dill. Giel. p. 98.*

Caulis erectus, sesquipedalis et altior, pilis patentibus hispida, ramosus. *Folia* alterna, pinnatifida, incisa, hispida. *Pedunculi* longi, hispidi, uniflori. *Petala* purpurea, integra, subrotunda. *Capsula* ouato-globosa, glabra.

Variat *Caule* minori, vix pedali.

Papauer erraticum minus. *C. Bauh.* pin. p. 171. *Bergen Fl. Francof. l. c. n. 2. Buxb. Halens. p. 250. Dill. Giel. p. 68. Leyff. Halens. n. 516. β. Rupp. Ien. p. 71.*

Flor. Germ. p. 227. n. 4. Papauer *dubium*.

P. capsulis oblongis glabris, caule multifloro fetis adpressis, foliis pinnatifidis incisis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 573. Elwert Flor. Marggrau. Baruthin. p. 14. Jacq. Vind. p. 93. Nonne Erford. p. 148. n. 4. Plan. Erford. p. 148. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 352. Weigel Fl. Pom. n. 339. Wilke Flor. Gryph. n. 282.*

P. foliis pinnatifidis hispidis, fructu elliptico glabro. *Hall. Goett. p. 88*

P. erraticum capite longissimo glabro. *Buxb. Halens. p. 250. Rupp. Jen. p. 71.*

Differt ab antecedente 1. *Caule* pilis adpressis. 2. *Floribus* paulo maioribus. 3. *Capsula* ex oblongo - ouata, fere semiuncialis.

Flor. Germ. p. 227. n. 5. Papauer somniferum.

P. calycibus capsulisque glabris, foliis amplexicaulibus incisis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 574.*

P. nigrum fatium. *Buxb. Halens. p. 249.*

P. vulgare, cuius capitula foraminibus hiant, semine incano. *C. Bauh. pin. p. 170. Dill. Gies. p. 127.*

Caulis, Folia, Pedunculi, Calyces, Capsulae glabra. *Folia* amplexicaulia, incisa. *Capsula* ouato-subglobosa, magna.

Obseru. I. Planta copiose in agris culta fere *Germaniae* indigena facta est.

Obseru. II. Papauera omnia vix flore aperto calycem deiciunt.

C H E L I D O N I V M.

Obseru. Differt a *Papauere* *Capsula* lineari dissiliente.

Flor. Germ. p. 228. n. I. Chelidonium maius.

C. pedunculis umbellatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 569. Doerr. Nass. p. 78. Elwert Flor. Marggrau. Baruthin. p. 15. Jacq. Vind. p. 93. Nonne Erford. p. 149. n. 1. Plan. Erford. p. 147. Scop. Carn. ed. 2. n. 634. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 353. Weig. Fl. Pom. n. 337. Witke Fl. Gryph. n. 279.*

C. foliis sabrotundis. *Hall. Goett. p. 89. Boehm. Lips. n. 305. Zinn. Goett. p. 117.*

C. floribus ex filiquis breuissimis. Crantz stirp. Austr. p. 141.

C. maius vulgare. C. Bauh. pin. p. 144. Bergen Flor. Francof. p. 123. Buxb. Halens. p. 68. Dill. Gief. p. 56. Volk. Norimb. p. 102.

C. siue Chelidonia. Ioh. Bauh. hist. 3. p. 482. Rupp. Ien. p. 71.

β. laciniatum.

Chelidonium maius, foliis et flore laciniatis. Boehm. Lipf. n. 305. Var. 2.

C. folio laciniato. Ioh. Bauh. hist. 3. p. 483. bona.

C. maius, foliis quernis. C. Bauh. pin. p. 144. Linn. l. c. β.

Caulis bipedalis, et altior, dichotomus, erectus, villosus. Folia pinnata, supra glabra, subtus pubescentia: pinnis confluentibus, obtuse lobatis. Costæ cum petiolo triquetra, villosa. Flores terminales, tubumbellati, pedunculati, lutei. Petalæ ouata, obtusa, integra. Capsulæ erectæ, lineares, fere triunciales, glabræ.

β. laciniatum.

Differt 1. Toto habitu teneriore. 2. Foliis bipinnatifido-multifidis, profundius tenuiusque incis; pinnis solutis, pinnulis confluentibus. 3. Flore plerumque semipieno. 4. Petalis incis.

Flor. Germ. p. 228. n. 2. Chelidonium Glaucium.

C. pedunculis unifloris, foliis amplexicaulibus sinuatis, caule glabro. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 569. Nonne Erford. p. 149. n. 2. Plan. Erford. p. 147.

Glaucium flavum caule glabro, filiquis cornutis deflexis. Crantz stirp. Austr. p. 141.

Glaucium luteum. Scop. Carn. ed. 2. n. 635.

Glaucium flore luteo. Rupp. Ien. p. 71.

Papauer corniculatum luteum. C. Bauh. pin. p. 171. Ioh. Bauh. hist. 3. p. 398.

Caulis tripedalis et maior, ramosissimus, diuaticatus, teres, glaber. Folia alterna, amplexicaulia, sinuata, ciliata, laciniis obtusis, acuto mucrone breui terminatis, supra pilis breuissimis scabriuscula, subtus glabra, quasi nebula obducta. Pedunculi ex alis foliorum solitarii, nudi, uniflori, glabri. Flos flavus, magni-

tudine fere *Papaveris Rhocados*. *Petala* fabrotunda, integra. *Capsula* decurva, longissima, fere pedalis, linearis, toruloso-scabriuscula, capitulo triangulari terminata, crassitie pedunculi.

A C T A E A.

Flor. Germ. p. 228. *Actaea spicata*.

A. racemo ovato, fructibus baccatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 567.* *Crantz stirp. Austr. p. 142.* *Doerr. Nass. p. 33.* *Elwert. Flor. Maregrav. Baruthin. p. 14.* *Iacq. Vind. p. 93.* *Nonne Erford. p. 149.* *Plan. Erford. p. 147.* *Scop. Carn. ed. 2. n. 633.* *Timm prodr. Flor. Megapol. n. 354.* *Weigel Flor. Pom. n. 335.*

Aconitum bacciferum. *C. Bauh. pin. p. 183.*

Aconitum racemosum. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 660.*

Christophoriana. *Hall. Goett. p. 89.* *Zinn. Goett. p. 117.* *Buxb. Halens. p. 71.*

Christophoriana vulgaris. *Volk. Norimb. p. 103.*

Christophoriana vulgaris nostras racemosa et ramosa. *Ber-gen Flor. Francof. p. 163.* *Hoppe Flor. Ger. p. 54.* *Rupp. Jen. p. 94.*

Christophoriana fructu nigro. *Dill. Gies. p. 56.*

Caulis erectus, pedalis et altior, teres, glaber, geniculatus, basi squamosus. *Folia* alterna, magna, tri- seu quadri-pinnata, rugosa, nitida, glabra: *foliolis* ovato-cordatis, inciso-ferratis. *Racemus* ovatus, terminalis, pedunculis unisporis compositus. *Bractee* ovato-acuminatae, glabrae. *Flores* albi, patentes. *Baccae* rotundae, glabrae, succulentae, nigrae.

C I S T V S.

Flor. Germ. p. 228. n. 1. *Cistus Fumana*.

C. suffruticosus procumbens exstipulatus, foliis alternis linearibus margine scabris, pedunculis unisporis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 595.* *Crantz stirp. Austr. p. 102.* *Iacq. Vind. p. 93.* *Flor. Austr. v. 3. Tab. 252.* *Scop. Carn. ed. 2. n. 644.*

Chamoecistus angustifolia. *C. Bauh. pin. p. 466.* *Knauth Halens. p. 63.*

Chamaecistus angustifolius flore luteo Clusii. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 17.*

Helianthemum angustifolium luteum. *Buxb. Halens. p. 152.*

Planta a me nondum visa, auctoritate tantum *Buxbaumii* et *Knauthii* adduxi.

Omiss. in Flor. Germ. *Cistus guttatus.*

C. herbaceus exstipulatus, foliis oppositis lanceolatis trinerviis, racemis ebracteatis. *Linm. Syst. Veget. p. 499. Syst. Plant. T. 2. p. 599.*

C. flore pallido punicante macula insignito. *C. Bauh. pin. p. 465. Ioh. Bauh. hist. 2. p. 13.*

Helianthemum flore maculoso. *Rupp. Flor. Ien. p. 120. Linneus* ita describit plantam, quam *Ruppius* in ericetis prope *Wittenbergam* obseruauit.

Caulis erectus ut tota planta pilis patentibus obsessus. *Folia* sessilia, oppositionibus tribus seu quatuor. *Racemus* fistiformis, saepe ebracteatus; deflorati flores penduli. *Flos* et *Fructus* erecti. *Petalorum basis* macula rubra. *Calyx* foliolis duobus patulis.

Flor. Germ. p. 229. n. 2. *Cistus serpyllifolius.*

Obseru. Accuratiore indagine speciminum prope *Halam Saxonum* 1777 lectorum, ob defectum praecipue stipularum plenarium, *Cistum serpyllifolium Linnei* non esse, mihi persuasissimum habeo. Erit potius, ni fallor

Cistus oelandicus.

C. suffruticosus procumbens exstipulatus, foliis oppositis oblongis vtrinque glabris: petiolis ciliatis, petalis emarginatis. *Linm. Syst. Veget. p. 498. Syst. Plant. T. 2. p. 598.*

C. serpyllifolius. *Beitraege zur Botan. Th. 2. p. 140. ad finem. Botan. Abhandl. und Beobacht. p. 13. n. 18.*

C. alpestris suffruticosus, procumbens, exstipulatus, foliis oppositis ciliatis, calycibus laeuis. *Crantz stirp. Austr. p. 103. n. 4. Tab. 6. fig. 1. (Icon optime conueniens cum nostra planta.)*

C. alpestris suffruticosus, procumbens exstipulatus, foliis oppositis pilosis ciliatis; floribus racemosis. *Iacq.* Vind. p. 93 et p. 248. *Flor. Austr.* v. 4. Tab. 399. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 645. Tab. 23. (figura rudis.)

Chamaecistus repens serpyllifolia lutea. *C. Bauh.* pin. p. 466. *Knauth* Flor. Halenf. p. 63.

Chamaecistus serpyllifolio nigricante et hirsuto, flore aureo odorato. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 17. (fig. bona, sed nimis glabra depicta.)

Helianthemum serpyllifolio, flore maiore aureo odorato. *Buxb.* Halenf. p. 152. *Hoppe* Flor. Ger. p. 68. *Rupp.* Ien. p. 119.

Caules tenues, lignosi, prostrati, ramosi, palmares et longiores, cicatricibus foliorum amissorum articulati; *iuniores* lanuginosi canescentes *Folia* hirsuta, ciliata, oblonga, obtusa, cauli approximata opposita, breuiter petiolata: *caulina superiora* remotiora, paulo angustiora, obovato-lanceolata. *Stipulae* nullae. *Flores* lutei, pedunculati, remoti, in racemum terminalem, laxum, tri- seu plerumque quadriflorum dispositi; ante anthesin approximati. *Calycis foliola* tria ovata, obtusissima, striata; *duo exteriora* minora, lineari lanceolata, obtusa: *omnia* exius piloso-cana, *Petala* subrotunda, vix crenulata. *Bractea* ad quemvis pedunculum solitaria, lanceolata, parua; *suprema* linearis.

Obseru. *Linneus* in differentia specifica *Cisti oelandici* folia dicit vtrinque glabra et petala emarginata. At neque in *Cisto alpestri* *Celeber.* *Iacquinii*, *Crantzii* et *Scopolii*, neque in nostra planta pro *Cisto serpyllifolio* falso habita ita obseruantur folia et petala.

Flor. Germ. p. 229. n. 3. *Cistus Helianthemum.*

C. suffruticosus procumbens, stipulis lanceolatis foliis oblongis reuolutis subpilosis. *Linn* Syst. Plant. T. 2. p. 603. *Doerr.* Nass. p. 82. *Elwert* Flor. Marggrav. Baruth. p. 14. *Iacq.* Vind. p. 94. *Nonne* Erford. p. 189. *Pian.* Erford. p. 149. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 649. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 355. *Zinn.* Goett. p. 440.

C. stipulatus, foliis subhirsutis, ellipticis, obtuse acuminatis. *Crantz* stirp Austr. p. 100.

C. humilis vulgaris flore luteo. *Volck.* Norimb. p. III.

Chamaecistus vulgaris, flore luteo. *C. Bauh.* pin. p. 465.

Helianthemum foliis subhirsutis, longe ellipticis. *Hall.* Goett. p. 114. *Boehm.* Lipf. n. 398.

Helianthemum vulgare flore luteo. *Ioh. Bauh.* hist. 2. p. 15. *Bergen* Flor. Francof. p. 137. *Buxb.* Halens. p. 152. *Dill.* Gies. p. 82. *Hoppe* Flor. Ger. p. 69. *Rupp.* Ien. p. 119.

Caules decumbentes, ramosi, palmares et maiores, scabriusculi. *Folia* opposita, oblongo-lanceolata, obtusiuscula, margine reflexo, pilosa. *Stipulae* oppositae, lanceolatae. *Racemus* terminalis, laxus, nutans, pilosus, quinque seu sexflorus. *Pedunculi* pubescentes. *Calycis foliola* villosa: tria maiora ovata costata. *Petala* flava, obtusa. *Bractea* lineari-lanceolata, solitariae.

* * * * *

Observ. *Helianthemum alpinum foliis Aingae.* *Rupp.* Ien. p. 119. quod prope *Baldstaedt* et *Lauche* in asperis et apricis crescere asserit auctor, quatenus *Cisti* species sit, non audeo determinare. *Hallerus* dicit, quod folia elliptica hinc glabra sint et inde incana.

T I L I A.

Flor. Germ. p. 229. *Talia europaea.*

T. floribus nectario destitutis. *Lim.* Syst. Plant. T. 2. p. 585. *Crantz.* stirp. Austr. p. 96. *Elwert* Flor. Marggrau. Baruth. p. 14. *Iacq.* Vind. p. 94. *Nonne* Erford. p. 188. *Plan.* Eriord. p. 148. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 356. *Weigel* Flor. Pom. n. 343. *Wilke* Flor. Gryph. n. 285. *Zinn.* Goett. pag. 147.

T. foliis amplioribus, mollibus, subhirsutis. *Boehm.* Lipf. n. 397.

T. femina, folio maiore. *C. Bauh.* pin. p. 426. *Bergen* Flor. Francof. p. 137. n. 1. *Buxb.* Halens. p. 319. *Hoppe* Flor. Ger. p. 58. *Rupp.* Ien. p. 100. *Hall.* Goett. p. 113. &c.

T. vulgaris platyphyllos. *Ioh. Bauh.* hist. 1. p. 133. *Dill.* Gies. p. 80.

T. oemina maior. *Volk.* Norimb. p. 383.

T. platyphyllos. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 641.

Arbor variae altitudinis. *Folia* alterna, cordato-subrotunda, mucronata, ferrata, glabra. *Pedunculi* subtriflori, *bractea* lanceolata, obtusa, submembranacea decurrente aucti. *Flores* albido-lutei. *Capsula* tubinato-globosa, pubescens, plerumque unilocularis, monosperma, feminibus quatuor abortientibus.

Variat I. *Foliis* maximis.

Tilia montana, maximo folio. *C. Bauh.* pin. p. 426.

Boehm. l. c. Var. *Rupp.* ten. p. 100.

T. maximo folio. *Ioh. Bauh.* hist. 1. l. c. *Volck.*

Norimb. p. 384.

I. *Folis* minoribus.

Tilia femina folio minore. *C. Bauh.* pin. p. 426.

Bergen Flor. Francof. p. 138. n. 2. *Hall. Goett.* p.

113. *Leyff.* Hal. n. 521. 3.

T. folio minore. *Ioh. Bauh.* hist. 1. p. 137. *Buxb.*

Halenf. p. 319. *Dill. Gies.* p. 115. *Rupp.* ten. p.

100.

T. ulmifolia. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 642.

N Y M P H A E A.

Flor. Germ. p. 229. *Nymphaea lutea.*

N. foliis cordatis integerrimis, calyce petalis maiore pentaphyllo. *Linn. Syst. Plant. T. 2.* p. 578. *Doerr. Nass.* p. 159. *Elwert Flor. Marggrav. Baruth.* p. 14. *Iacq. Vind.* p. 94. *Nonne Erford.* p. 249. n. 1. *Plan. Erford.* p. 148. *Scop. Carn. ed. 2.* n. 639. *Timm prodr. Flor. Megapol.* n. 357. *Weigel Flor. Pom.* n. 341. *Wilke Flor. Gryph.* n. 283.

N. calyce magno pentaphyllo. *Boehm. Lips.* n. 544.

N. calyce magno pentaphyllo, fructu piriformi. *Hall. Goett.* p. 87. *Zinn. Goett.* p. 114.

N. lutea maior. *C. Bauh.* pin. p. 183. *Bergen Flor. Francof.* p. 147. n. 1. *Buxb. Halenf.* p. 236. *Dill. Gies.* p. 112. *Hoppe Flor. Ger.* p. 98. *Rupp. ten.* p. 162. *Volck. Norimb.* p. 305.

N. lutea. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 771.

Caules longi, crassi, spongiosi, nodosi, in aqua paludosa repentes. *Folia* natantia cordata, ex ovato subrotunda, magna, cori-

coriacea, laete viridia, nitida, glabra, integerrima, longe petiolata, subtus venis reticulata. *Pedunculi* toltarii, longi, uniflori, erecti, extra aquam eminentes. *Flos* luteus. *Calyx* pentaphyllus, corollam superans: *foliolis* subrotundis, obtusis. *Petala* duodecim ad sedecim, calyce multo minora, crenata, sulcata. *Stamina* plurima, reflexa. *Germen* ovatum. *Stylus* crassus, brevis. *Stigma* capitatum, radiatum.

Flor. Germ. p. 230. n. 2. *Nymphaea alba*.

N. foliis cordatis integerrimis, calyce quadrifido. *Lin.* Syst. Plant. T. 2. p. 578. *Crantz* stirp. Austr. p. 142. *Elwert* Flor. Marggrau. Baruth. p. 14. *Jacq.* Vind. p. 94. *Nonne* Erford. p. 249. n. 2. *Plan.* Erford. p. 148. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 640. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 358. *Weigel* Flor. Pom. n. 342. *Wilke* Flor. Gryph. n. 284.

N. calyce tetraphyllo, corolla multiplici. *Boehm.* Lips. n. 545.

N. calyce tetraphyllo, fructu rotundo. *Hall.* Goett. p. 87. *Zinn.* Goett. p. 114.

N. alba maior. *C. Bauh.* pin. p. 193. *Bergen* Flor. Francof. p. 147. n. 2. *Buxb.* Halens. p. 236. *Hoppe* Flor. Ger. p. 98. *Rupp.* Ien. p. 162. *Volk.* Norimb. p. 305.

N. alba. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 770.

Differt ab antecedente 1. *Foliis* cordo-orbicularibus. 2. *Flore* speciosissimo, triplo vel quadruplo maiore, semipleno, albo, calyce maiore. 3. *Calyce* tetraphyllo, *foliolis* ovato-lanceolatis, obtusis, patentibus. 4. *Germine* tubrotundo.

Variat *Flore* minore, duplo tantum maiore quam in N. *lutea*.

Nymphaea alba minor. *C. Bauh.* pin. p. 193. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 773. *Dill.* Gies. p. 163. *Volk.* Norimb. p. 305.

D E L P H I N I V M .

Flor. Germ. p. 230. *Delphinium Consolida*.

D. nectariis monophyllis, caule subdiuifo. *Lin.* Syst. Plant. T. 2. p. 611. *Crantz* stirp. Austr. p. 131. *Doerr.* Nass. p. 94.

p. 94. *Elwert* Flor. Marggrau. Baruth. p. 14. *Iacq.* Vind. p. 94. *Nonne* Erford. p. 247. *Plan.* Erford. p. 149. *Scop* Carn. ed. 2. n. 651. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 359. *Weigel* Flor. Pom. n. 344. *Wilke* Flor. Gryph. n. 286. *Zinn.* Goett. p. 121.

D. nectario monopetalo. *Boehm.* Lips. n. 541.

D. flore vnifiliquo, foliis tenuissime diuisis. *Hall.* Goett. p. 92.

D. segetum, flore coeruleo. *Bergen* Flor. Francof. p. 238. n. 1. *Rupp.* Ien. p. 290.

D. aruense. *Buxb.* Halens. p. 95.

Delphinium. *Dill.* Gief. p. 133.

Consolida regalis aruensis flore coeruleo. *C. Bauh.* pin. p. 142.

Consolida regalis flore minore. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 210.

Consolida regia. *Volk.* Norimb. p. 119.

Caulis erectus, pedalis et altior, dichotomus, pubescens. *Folia* alterna, multifida, laeuiter pubescentia: *foliolis* linearibus, integerrimis. *Flores* coeruleo-violacei, in racemum terminalem, laxum, pauciflorum dispositi, postice cornu nectarifero, vniciali, vix curuo producti. *Bractee* alternae, lineares. *Capsula* ouato-oblonga, subulata, hinc ventricosa, inde apice dehiscens.

Variat *Flore* pleno.

Obseru. *Linneus* *Delphinium* ad ordinem Trigyniam huius Classis retulit, cum nonnullae huius generis species extraneae Pistillis capsulique tribus gaudeant. At in *Delphin.* *Consolida* semper Pistillum cum. Capsula vnicum obseruatur.

T R I G Y N I A.

A C O N I T V M.

Flor. Germ. p. 231. n. 1. *Aconitum* *Lycoctonum.*

A. foliis palmatis multifidis villosis. *Linneus* Syst. Plant. T. 2. p. 615. *Crantz.* stirp. Austr. p. 131. n. 3. *Elwert* Flor. Marggrau. Baruth. p. 14. *Iacq.* Vind. p. 94. *Koelle* de Aconito.

nito. p. 23. n. 10. *Nonne* Erf. sp. 212. *Plan.* Erford. p. 149.
Scop. Carn. ed. 2. n. 653.

A. foliis peltatis multifidis villosis, petalo supremo cylindraceo. *Zinn.* Goett. p. 121.

A. casside longissima. *Hall.* Goett. p. 92.

A. lycoctonum luteum. *C. Bauh* pin. p. 183. *Berg.*
Flor. Francof. p. 237. n. 1. *Volk.* Norimb. p. 10.

A. folio Platani flore luteo pallefcente. *Ioh. Bauh.* hist. 3.
 p. 652. *Dill.* Gies p. 97.

Napellus flore luteo. *Buxb.* Halensf. p. 233. *Hoppe* Flor.
 Ger. p. 175. *Rupp.* Ien. p. 290.

Caulis erectus, bipedalis et altior, dichotomus, teres, superne praecipue pubescens. *Folia* palmato-subrotunda, quinquepartita, hirsuta, ciliata: *laciniis* plerumque trifidis, laciniato-dentatis. *Flores* pallide lutei, villosi, pedunculati, in racemum terminalem longum simplicem dispositi. *Galea* elongata in cornu nectariferum cylindricum, obtusum. *Capulae* glabrae, tres. *Bractee* lineares, solitariae.

Variat *Caulis* palmari aut vix pedali plerumque unifolio et paucifloro.

Aconitum Lycoctonon humilium, foliis durioribus, floribus pallidis. *Volk.* Norimb. p. 10.

Flor. Germ. p. 231. n. 2. Aconitum *Napellus*.

A. foliorum laciniis linearibus superne latioribus, linea exaratis. *Linn.* Syst. Plant. Tom. 2. p. 615 *Iacq.* Vind. p. 95.
Koelle de Acon. p. 14. n. 1. c. Icone bona. *Dörr.* Nass. p. 32.
Weig. Fl. Pom. n. 345. *Wilcke* Flor. Gryph. n. 287.

A. coeruleum siue Napellus. *C. Bauh.* pin. p. 183.

A. magnum purpureo flore seu Napellus. *Ioh. Bauh.* hist.
 3. p. 655.

Napellus verus, flore coeruleo. *Buxb.* Halensf. p. 233.

Caulis erectus, simplicissimus, inferne dense foliosus, teres, glaber, superne diuisus. *Folia* alterna, petiolata, utrinque glabra, obscure viridia, nitida, digitato-quinquepartita; *foliolis* lineari-lanceolatis, laciniatis, remote dentatis, supra linea exaratis. *Flores* coerulei, glabri, in racemum terminalem, speciosum, inferne ramosum dispositi. *Galea* fornicata, antrorsum

sum breuiter rostrata. *Cornu nectariferum* nullum. *Capsulae* quatuor seu quinque glabrae, nitidae. *Bractee* inferiores plerumque tripartitae, subdentatae; *supremae* obuerse lanceolatae, integrae.

Omiss. in Flor. Germ. *Aconitum Camarum*.

A. floribus subpentagynis, foliorum laciniis cuneiformibus incisus acutis. *Linn. Syst. Veget. p. 504. Syst. Plant. T. 2. p. 617. Koelle de Acon. p. 17. n. 5. Jacq. Flor. Austr. v. 5. Tab. 424.*

A. violaceum, seu *Napellus secundus*. *C. Bauh. pin. p. 183.*

Caulis erectus, infirmus, gracilis, dichotomus. *Folia* laxa sparsa, breuiter petiolata, glabra, subpalmato-quinque- seu tripartita: *foliolis* latiusculis plerumque tripartitis, dentatis; *dentibus* cuneiformibus, breuiusculis, obtuse acutis. *Flores* magni, dilute coerulei glabri, in racemum laxum, terminalem dispositi. *Galea* maxima, superne elongata, antrorsum longius rostrata. Prope *Streitherg Muggendorff* etc. *Marggrauatus Baruthini* crescere asserit *Cel. Koelle* l. c. quod autem me ibidem obseruasse, non recordor.

P E N T A G Y N I A.

A Q V I L E G I A.

Flor. Germ. p. 231. *Aquilegia vulgaris*.

A. nectariis incuruis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 619. Crantz. stirp. Austr. p. 130. Doerr. Nass. p. 47. Elwert Flor. Marggr. Baruthin. p. 14. Jacq. Vind. p. 95. Nonne Erford. p. 250. Plan. Erford. p. 149. Timm prodr. Flor. Megapol. n. 360. Weig. Fl. Pom. n. 346. Zinn. Goett. p. 120.*

A. foliis rotunde lobatis, flore simplici. *Hall. Goett. p. 91.*

A. syluestris. *C. Bauh. pin. p. 144. Bergen Flor. Francof. p. 238. n. 1. Buxb. Halens. p. 25. Dill. Gies. p. 82. Hoppe Flor. Ger. p. 100. Rupp. Ien. p. 164.*

A. vulgaris flore simplici. *Volck. Norimb. p. 41.*

Caulis erectus, bipedalis et altior, angulosus, pubescens, dichotomus. *Folia* triangularia, decomposita: *foliolis* bi- seu trilo-

trilobis, obtusis, obtuse dentatis. *Pedunculi* terminales, ramosi. *Flores* nutantes, dilute coerulei. *Nectarifera cornua* inter petala, sursum directa, incurva.

Variat I. *Flore* albo.

Aquilegia sylvestris simplici flore albo. *Buxb.* Halens. p. 26.

2. *Flore* virescente.

Aquilegia degene virescens. *C. Bauh.* pin. p. 145. *Leyff.* Halens. n. 527. γ.

3. *Flore* nectaris destituto.

Aquilegiae vulgaris varietas? *Magazin für die Botan.* St. 2. p. 18. n. 13.

Aquilegia hortensis multiplici flore inuerso. *C. Bauh.* pin. p. 145. *Leyff.* Halens. n. 527. β.

Obseru. Notabilis sane varietas, *Aquilegiae vulgaris* caule et foliis simillima. *Nectarifera* autem *cornua* nulla, sed corolla basi plana, polypetala; *petalis exterioribus* latioribus, violaceo-viridibus, calycem mentientibus. *Filamenta* basi lata, membranacea, superne capillaria. *Pistilla* plerumque decem.

N I G E L L A.

Flor. Germ. p. 231. n. 1. *Nigella damascena.*

N. floribus inuolucro folioso cinctis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 621. *Nonne* Erford. p. 196. n. 1. *Plan.* Erf. p. 150.

N. flore foliis nidulato. *Crantz* stirp. Austr. p. 133.

N. angustifolia, flore maiore simplici coeruleo. *C. Bauh.* pin. p. 145. *Buxb.* Halens. p. 235. *Dill.* Gies. p. 159.

Melanthium capite et flore maiore. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 207.

Caulis erectus, pedalis et maior, subramosus, striatus, glaber. *Folia* supradecomposita, linearia, sessilia, alterna. *Flos* terminalis, solitarius, foliis plerumque quinque reliquis similibus inuolucratu, pallide coeruleus. *Petala* quinque, vtrinque attenuata.

Variat *Flore* pleno.

Flor. Germ. Vol. II. P. I.

P p

Ni.

Nigella flore maiore pleno coeruleo. *C. Bauh.* pin. p. 145. *Dill.* Gief. p. 151.

Flor. Germ. p. 232. n. 2. *Nigella fatiua.*

N. pistillis quinis, capsulis muricatis subrotundis, foliis subpilosis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 621. *Nonne* Erford. p. 197. n. 2. *Plan.* Erford. p. 150.

N. petalis subtricuspidatis, foliis subpilosis. *Böhm.* Lips. n. 414.

N. flore minore simplici candido. *C. Bauh.* pin. p. 145. *Bergen* Flor. Francof. p. 146. n. 2. *Buxb.* Halens. p. 235. *Hoppe* Flor. Ger. p. 99. *Rupp.* Ien. p. 164.

Melanthium calyce et flore minore, femine nigro et luteo. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 208.

Differt ab antecedente 1. *Caule* pubescente. 2. *Foliorum laciniis* duplo fere latioribus, lineari-lanceolatis, pubescentibus, ciliatis, obtusiusculis. 3. *Floribus* nudis, seu inuolacro folioso destitutis, minoribus, albis, seu flavescentibus. 4. *Capsulis* subrotundis, muricatis.

Flor. Germ. p. 232. n. 3. *Nigella aruensis.*

N. pistillis quinis, petalis integris, capsulis turbinatis. *Linn.* Syst. Plant. T. 2. p. 621. *Doerr.* Nass. p. 159. *Elwert* Flor. Marggr. Baruth. p. 14. *Iacq.* Vind. p. 95. *Nonne* Erf. p. 197. n. 3. *Plan.* Erf. p. 150. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 657.

N. flore foliis nudo, pistillis corollam aequantibus. *Hall.* Goett. p. 95. *Boehm.* Lips. n. 415. *Zinn.* Goett. p. 124.

N. flore foliis nudo. *Crantz* stirp. Austr. p. 132. n. 1.

N. aruensis cornuta. *C. Bauh.* pin. p. 145. *Bergen* Flor. Francof. p. 145. n. 1. *Buxb.* Halens. p. 235. *Dill.* Gief. p. 142. *Hoppe* Flor. Ger. p. 99. *Rupp.* Ien. p. 163. *Volck.* Norimb. p. 303.

Melanthium sylvestre siue aruense. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 209.

Differt ab antecedentibus 1. *Caule* ramosiore, breuiore, diuariato, tenuiore. 2. *Flore* minore. 3. *Petalis* longe unguiculatis, minoribus. 4. *Capsulis* tricoelatis, intra medium distinctis, hinc latioribus, dehiscentibus, longius corniculatis.

Obferu. Numerus Pistillorum hoc in genere valde variat. In *N. Damascena* et *fatina* Pistilla quinque ad septem cum capsulis fere totis connexis; in *N. aruensi* autem Pistilla duo ad quinque, raro plura obseruantur cum Capsulis versus basin tantum connexis.

P O L Y G Y N I A.

C L E M A T I S.

* *Scandentes.*

Flor. Germ. p. 232. n. I. Clematis *Vitalba*.

C. foliis pinnatis: foliolis cordatis scandentibus. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 643. Elwert Flor. Marggrav. Baruthin. p. 15. Jacq. Vind. p. 95. Nonne Erford. p. 151. n. I. Plan. Erford. p. 151. Scop. Carn. ed. 2. n. 669.*

C. scandens, foliis longe petiolatis pinnatis aut dentatis. *Crantz stirp. Austr. p. 126. n. I.*

C. syluestris latifolia. *C. Bauh. pin. p. 300.*

C. syluestris latifolia seu Viorna? *Volck. Norimb. p. 113.*

C. latifolia, integra. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 125.*

Flammula sepium foliis integris. *Buxb. Halens. p. 114. Rupp. Ien. p. 68.*

Caules scandentes, angulosi, sulcati, glabri. *Rami* oppositi. *Folia* opposita, pinnata, glabra, petiolata: *pinnis* cordato-ouatis, integerrimis: *floralia* plerumque simplicia. *Petioles* flexuosi et non raro volubiles. *Flores* in paniculam terminalem, ramosam, dichotomam, diuarcitam dispositi. *Paniculae rami* cum pedunculis tomentosi. *Petala* tomentosa, oblonga, obtusa, griseo - albicantia. *Seminum cauda* plumosa, sericea, longa.

Variat *Foliolis* crenatis.

Clematis latifolia dentata. *Ioh. Bauh. hist. 2. p. 125. Leyff. Halens. n. 531. C. Bergen Fl. Francos. p. 128. n. 2.*

C. foliis pinnatis, foliolis cordatis, inaequaliter incis, ferratis. *Hall. Goett. p. 104. Zimm. Gött. p. 153.*

Flammula sepium, foliis dentatis. *Buxb. Halens.*
p. 114. *Rupp. Ien.* p. 68.

Flor. Germ. p. 232. n. 2. Clematis *Flammula*.

C. foliis inferioribus pinnatis laciniatis: summis simplicibus integerrimis lanceolatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2.* p. 643.

C. siue Flammula scandens tenuifolia alba. *Ioh. Bauh. hist.*
2. p. 127. *Hoppe Flor. Ger.* p. 38.

C. Flammula repens. *C. Bauh. pin.* p. 300.

Flammula. *Buxb. Hal.* p. 114. *Rupp. Ien.* p. 68.

Differt ab antecedente 1. *Habitu* teneriore. 2. *Pinnis* ouato-lanceolatis, laciniatis, plerumque trilobis: *summis* lanceolatis, integerrimis. 3. *Petalis* lanceolatis, lineatis, albis.

* * *Erectae.*

Flor. Germ. p. 232. n. 3. Clematis *erecta*.

C. foliis pinnatis: foliolis ouato-lanceolatis integerrimis, caule erecto, floribus pentapetalis tetrapetalisque. *Linn. Syst. Plant. T. 2.* p. 644. *Nonne Erf.* p. 152. n. 2. *Plan. Erford.* p. 151. *Scop. Carn. ed. 2.* n. 667.

C. foliis pinnatis, foliolis ouato-lanceolatis, integerrimis. *Boehm. Lips.* n. 309.

C. seu Flammula surrecta alba. *Ioh. Bauh. hist.* 2. p. 127.

Flammula recta. *C. Bauh. pin.* p. 330. *Buxb. Hal.* p. 115.

Caulis terectus, bi- seu tripedalis, striatus, glaber. *Folia* opposita, pinnata, glabra; *iuuora* pubescentia: *pinnis* ouato-lanceolatis, oppositis, petiolatis, integerrimis; *floralia* etiam pinnata, sed minora, *foliolis* plerumque ternis. *Flores* in paniculam terminalem ramosam, erectam dispositi, albi, vix minores quam in antecedentibus; *pedunculis* subumbellatis, simplicibus, unifloris, longitudine fere aequalibus, basi bracteis nonnullis linearibus inuolucrati. *Petala* plerumque quinque, obuersa lanceolata, obtusissima, trinerviis, venosa, extus laeuiter pubescentia. *Semina* cordato-subrotunda, cauda longiore, reflexa plumosa terminata.

T H A L I C T R V M.

Obferu. Differt a *Clematide* Seminibus ecaudatis, fubmuticis, nudis.

Flor. Germ. p. 233. n. 1. *Thalictrum minus*.

T. foliis fexpartitis, floribus cernuis. *Lin.* Syft. Plant. T. 2 p. 646. *Doerr.* Naff. p. 230. *Elwert* Flor. Marggrav. Baruthin. p. 15. *Iacq.* Vind. p. 96. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 674. *Weigel* Flor. Pom. n. 352.

T. foliis latis rotunde tridentatis, caule nudo, laxiffime paniculato. *Hall.* Gött. p. 90. *Zinn.* Goett. p. 118.

T. caule glabro, panicula reclinata, floribus cernuis. *Crantz* ftirp. Auftr. p. 107. n. 4.

T. minus. *C. Bauh.* pin. p. 333. *Bergen* Flor. Francof. p. 127. n. 1. *Buxb.* Halenf. p. 316.

T. montanum. *Rupp.* Ien. p. '69.

T. minus, feu Rutae pratensis genus; femine ftriato. *Ioh. Bauh.* hift. 3. p. 487.

T. foliis parulis: foliolis imis obtufe trilobis; fupremis acutis, panicula diffusa, floribus nutentibus. *Leyff.* Halenf. n. 533.

Caulis erectus, bipedalis et altior, ftriatus, glaber, plerumque ramofus. *Folia* alterna, glabra, fupradecompoftita: *foliolis* cordato-fubrotundis, trifidis, obtufe mucronatis, fubtus venofo-reticulatis: *terminalibus* duplo fere maioribus, non raro incifis. *Petioli* bafi vaginantes, ad diuifiones nodofi, angulofi. *Panicula* terminalis, ampla, ramofa, diuaticata. *Pedunculi* capillares, nudi. *Flores* parui, cernui. *Germina* quatuor feu quinque ad nouem. *Semina* ouata, ftriata.

Obferu. In fpeciminibus meis paffim collectis in *Germania* ne vnum quidem folium feu foliolum fexpartitum inuenire potui, quocum contentientes habeo Floriftas germanicos, quamuis *Linneus* dicat fexpartita. An itaque vera diuerfitas inter hoc *Thalictrum minus* et *Th. fibiricum* locum habeat?

Flor. Germ. p. 233. n. 2. *Thalictrum anguftifolium*.

T. foliolis lanceolato-linearibus integerrimis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 647. Jacq. Vind. p. 96. Nonne Erford. p. 151. n. 1. Plan. Erford. p. 151. Scop. Carn. ed. 1. p. 554. n. 4. ed. 2. n. 676. Zinn. Goett. p. 118.*

T. caule folioso, foliis angustissimis, non dentatis. *Boehm. Lips. n. 308.*

T. *Baubini* foliis angustissimis aequè latis integerrimis. *Crantz stirp. Austr. p. 105. n. 1.*

T. pratense, angustissimo folio. *C. Bauh. pin. p. 337. prodr. p. 146.*

T. angustifolium pratense. *Buxb. Halens. p. 316.*

Caulis erectus, pedalis et altior, simpliciusculus, angulosus, striatus, glaber, superne diuisus. *Folia* alterna, cauli approximata, bipinnata: *inferiora* petiolis breuibus, superne fulcatis, basi vaginantibus praedita; *superiora* sessilia: *pinnis* linearibus, longis, plerumque integerrimis, ternis plerumque, in communi petiolo sessilibus, rigidiusculis, splendentibus, subtus pallidioribus. *Stipularum loco* membrana vtrinque ad foliorum basin, lacera, fusca. *Flores* parui, albi, in paniculam terminalem, ramosam, nudiusculam, fasciculatim dispositi.

Flor. Germ. p. 233. n. 3. *Thalictrum flauum.*

T. caule folioso fulcato, panicula multiplici erecta. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 648. Flwert Flor. Marggrav. Baruthin. p. 15. Jacq. Vind. p. 96. Nonne Erford. p. 151. n. 2. Plan. Erford. p. 152. Scop. Carn. ed. 2. n. 673. Tumm prodr. Flor. Megapol. n. 362. Weigel Flor. Pom. n. 353. Wilke Flor. Gryph. n. 292. Zinn. Goett. p. 118.*

T. caule folioso, striato, panicula multiplici terminatrice. *Hall. Goett. p. 90. Boehm. Lips. n. 307.*

T. maius, siliqua angulosa seu striata. *C. Bauh. pin. p. 336. Bergen Flor. Francos. p. 127. n. 1. Buxb. Hal. p. 315. Dill. Gies. p. 130. Rupp. Ien. p. 69.*

T. nigrius, caule et semine striato. *Ioh. Bauh. hist. 3. p. 487. β. speciosissimum.*

Thalictrum caule anguloso, foliis linearibus bifidis trifidisque panicula multiplici erecta. *Linn. l. c. β. Leyff. Hal. n. 535. β. Doerr. Nass. p. 231.*

T. maius, flavum, staminibus luteis, vel glauco folio. *C. Bauh.* pin. p. 336. *Bergen Flor. Francof.* p. 127. n. 2. *Buxb.* Hal. p. 316.

T. speciosissimum, glaucum, semine et caule striato. *Ioh. Lauh.* hist. 3. p. 487.

Caulis erectus, bipedalis et altior, angulosus, sulcatus, glaber. *Folia* alterna, glabra, bipinnata: *foliis* cuneiformibus acute trifidis, venosis, rugosis, subtus nervis eminentibus venisque reticulatis. *Flores* in paniculam terminalem, densam erectam dispositi, flavi, erecti.

β. *speciosissimum*.

Differt *Foliis* angustioribus, *Panicula* maiore ramosiore.

Flor. Germ. p. 233. n. 4. *Thalictrum aquilegifolium*.

T. fructibus pendulis triangularibus, rectis, caule tereti. *Lim.* Syst. Plant. T. 2. p. 649. *Elwert Flor. Marggr. Baruth.* p. 15. *Iacq.* Vind. p. 96. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 672.

T. fructibus triangularibus, pedicellatis, pendulis. *Crantz stirp. Austr.* p. 107. n. 3.

T. maius florum staminibus purpurascens. *C. Bauh.* pin. p. 337. *Buxb.* Halens. p. 316. *Hoppe Flor. Ger.* p. 39.

T. maius, folliculis angulosis, caule laevi. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 487.

Caulis erectus, teres, glaber, laeviter striatus. *Folia* alterna, glabra, supradecomposita: *foliis* ovato-subrotundis, incisuris obtusis, *Aquilegiae* similibus. *Petioles* ad quamvis ramificationem squama membranacea, fusca, cincti. *Flores* in paniculam terminalem, corymbosam, densissimam dispositi, purpurascens, erecti, *pedunculis* umbellatis. *Petala* fugacia. *Stamina* plurima. *Pistilla* septem ad decem, pedunculata. *Semina* triangularia, rostrata, pedunculata, pendula.

Variat *Floribus* albis.

Thalictrum alpinum maius *Aquilegiae* foliis. florum staminibus albis, caule viridi. *Bergen Flor. Francof.* p. 127. n. 4.

HELLEBORUS.

Flor. Germ. p. 234. n. 1. *Helleborus viridis*.

H. caule bifido, ramis foliis bifloris, foliis digitatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 672. Doerr. Nass. p. 123. Jacq. Vind. P. 97.*

H. vaginis foliaceis, digitatis, flore virente. *Hall. Goett. p. 97. Zinn. Goett. p. 125.*

H. foliis digitatis, flore viridi. *Crantz stirp. austr. p. 134.*

H. necrosis obconicis filamentis staminum triplo brevioribus. *Scop. Carn. ed. 1. p. 556. ed. 2. n. 697.*

H. niger hortensis, flore viridi. *C. Bauh. pin. p. 185.*

H. flore viridi aperto. *Rupp. Ien. p. 163.*

H. niger vulgaris, flore viridi vel herbaceo, radice diuturna. *Joh. Bauh. hist. 3. p. 636.*

Caulis erectus, semipedalis et paulo altior, glaber, inferne nudus. in medio bifidus: ramis plerumque iterum bifidis bifloris. *Folia radicalia* longepetiolata, digitata, glabra, dura: *foliolis* lanceolatis, serratis: *lateralibus* palmato-*tri-* seu *quatripartitis*, basi angustioribus: *caulina* subsessilia, basi ramum vaginantis, *tri-* seu *quadrupartita*. *Flores* solitarii, terminales, cernui, virides. *Pistilla* plerumque tria, raro plura.

Flor. Germ. p. 234. n. 2. *Helleborus foetidus*.

H. caule multifloro, foliis pedatis. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 672. Doerr. Nass. p. 123.*

H. vaginis pallidis, vix serratis, flore virente. *Zinn. Goett. p. 125.*

H. niger foetidus. *C. Bauh. pin. p. 185. Bergen Flor. Francof. p. 153. n. 3. Volk. Norimb. p. 207.*

H. flore viridi clauso. *Rupp. Ien. p. 163.*

H. niger, sylvestris, adulterinus, etiam hyeme virens. *Joh. Bauh. hist. 3. p. 864. figura mala.*

Caulis bipedalis et altior, erectus, ramosus, dichotomus, vix pubescens, superne corymbosus. *Folia radicalia* fere nulla; *caulina* petiolaria, pedata, ennea- seu dodecaphylla; *foliolis* lanceolatis, utrinque attenuatis, duris, glabris, serratis: *ramea*
eua-

ouato-lanceolata, sessilia, amplexicaulia, colorata, integerrima. *Pedunculi* axillares et terminales, solitarii, uniflori. *Flores* virides, subnutantes. *Petalis* obouata, robusta. *Pistilla* duo, vel tria.

CALTHA.

Obseru. Differt ab *Helleboro*: Defectu nectariorum et *Petalis* deciduis.

Flor. Germ. p. 234. *Caltha palustris*.

Caltha. Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 673. *Crantz* stirp. Austr. p. 136. *Dorr.* Nass. p. 63. *Elxeri* Flor. Marggrau. Baruthin. p. 15. *Jacq.* Vind. p. 97. *Nonne* Erford. p. 206. *Pian.* Erford. p. 155. *Timm* prodr. Flor. Megapol. n. 363. *Weig.* Fl. Pom. n. 369. *Wilke* Flor. Gryph. n. 307. *Zinn.* Goett. p. 127.

C. palustris, flore simplici. *C. Bauh.* pin. p. 276. *Ioh. Bauh.* hist. 3. p. 470. *Buxb.* Halens. p. 50. *Hoppe* Fl. Ger. p. 78. *Rupp.* Ien. p. 132. *Vokk.* Norimb. p. 78.

Populago. *Boehm.* Lips. n. 446. *Dill.* Gies. p. 52. *Hall.* Goett. p. 97.

Populago palustris. *Scop.* Carn. ed. 2. n. 698.

Populago flore maiore. *Bergen* Flor. Francof. p. 154.

Caules basi plerumque decumbentes, erecti, pedales, dichotomi, glabri. *Folia* orbiculata fere, obtusa, crenata, nitida, glabra, longe petiolata; *caulina superiora* subsessilia. *Pedunculi* terminales, uniflori. *Flores* magni, lutei.

Variat 1. *Flore* minore

Populago flore minore. *Boehm.* Lips. n. 446. Var. 1.

2. *Flore* pleno

Caltha palustris flore pleno. *C. Bauh.* pin. p. 276. *Hoppe* Flor. Ger. p. 78.

Populago flore pleno. *Boehm.* Lips. l. c. Var. 2.

ANEMONE.

* *Hepaticae. Flore subcalyculato.*Flor. Germ. p. 235. n. 1. Anemone *Hepatica*.

A. foliis trilobis integerrimis. *Linn Syst. Plant. T. 2. p. 631.* *Crantz stirp. Austr. p. 121.* *Elwert Flor. Marggrav. Baruthin. p. 14.* *Iacq. Vind. p. 97.* *Plan. Erford. p. 150.* *Scop. Carn. ed. 2. n. 658.* *Timm prodr. Flor. Megapol. n. 364.* *Weig. Flor. Pom. n. 348.*

Hepatica. Bergen Fl. Francof. p. 159. *Nonne Erford. p. 251.*

Hepatica flore simplici coeruleo. Buxb. Halensf. p. 153. *Hoppe Flor. Ger. p. 97.* *Rupp. Ien. p. 159.*

Hepatica nobilis, seu trifolia. Volck. Norimb. p. 208.

Trinitas. Hall. Goett. p. 99.

Trifolium hepaticum. C. Bauh. pin. p. 339.

Trifolium hepaticum, siue Trinitatis herba, flore coeruleo. Joh. Bauh. hist. 2. p. 389.

Flores longe pedunculati, coerulei, ante folia e radice progredientes, plures, solitarii. *Involucrum* triphyllum flori approximatum: *foliolis* ovatis, obtusis, cum pedunculo villosis. *Folia* in cespitem digesta, longe petiolata, cordato-triloba, triangula, integerrima, supra glabra, subtus cum petiolis villosa. *Semina* ecaudata.

Variat 1. *Involucro* tetraphyllo.

2. *Flore* purpureo.

Hepatica flore purpureo. Buxb Halensf. p. 154. Leyff. Halensf. n. 538. β. Rupp. Ien. p. 160.

3. *Flore* albo.

Hepatica flore albo. Buxb. Hal. l. c. Leyff. Halensf. l. c. γ. Rupp. Ien. p. 160.

Observ. *Anemones* character genericus calycem non agnoscit; recedere itaque videtur ab hoc genere A. *Hepatica*, cui plures botanici auctores calycem attribuunt. *Folia* autem tria sub flore, non pro calyce sed pro *Involucro* potius habenda sunt. Non enim corollae annexa, sed paululum remota, ita ut supra hoc

hoc Inuolucrum pedunculus breuissimus obseruetur, qui post florescentiam, vt in plerisque Anemones speciebus, supra Inuolucrum elongatur magisque in conspectum venit.

* * *Pulsatillae. Pedunculo inuolucrato, seminibus caudatis.*

Omiss. in Flor. Germ. *Anemone patens.*

A. pedunculo inuolucrato, foliis digitatis multifidis. *Linn. Syst. Veget. p. 509. Syst. Plant. T. 2. p. 631.*

Pulsatilla folio Anemones secundae, seu subrotundo. C. Bauh. pin. p. 177. prodr. p. 94. Bergen Flor. Francof. p. 156. n. 6.

Plantam nunquam vidi, *Linne* autem ita eam describit: *Folia radicalia* ternato-digitata: *foliis* sessilibus, laciniatis, acuminatis; *intermedio* tripartito; *lateralibus* bipartitis. *Scapus* vniflorus, foliis breuior. *Inuolucrum* remotum villosum. *Corolla* alba, subtus villosa. *Stamina* lutea.

Flor. Germ. p. 235. n. 2. *Anemone vernalis.*

A. pedunculo inuolucrato, foliis pinnatis, flore erecto. *Linn. Syst. Plant. T. 2. p. 632.*

Pulsatilla Apii folio vernalis, flore maiore. C. Bauh. pin. p. 177. prodr. p. 94. Bergen Flor. Francof. p. 156. n. 3.

Caules plerumque quatuor ex vna radice, erecti, teretes, villosi, simplices, nudi, supra medium inuolucro multifido, villoso, praediti. *Folia* in cespitem congesta, pinnata, crassiuscula, nitida, glabra: *pinnis* basi angustioribus, in petiolum breuem desinentibus, inciso-lobatis. *Flos* terminalis, subnutans, solitarius, magnus. *Petala* alba, ouato-lanceolata, obtusa, extus purpurascens, villosa. *Semina* ouata, villosa, cauda longa, superne glabra, terminata.

Flor. Germ. p. 235. n. 3. *Anemone Pulsatilla.*

